



TABVLA I.
DE
MORBIS IN GENERE.

I. DEFINITIO.

Morbis est status præternaturalis corporis vivi, in partibus tam fluidis, quam solidis, utrarumque crasin & mobilitatem lædens: concurrentibus variis Symptomatibus, quæ vèla materiali noxa, vel a motibus Principii vitalis conservatoriis, materiali noxæ oppositis, ultra gradum naturalem ut plurimum auctis, rarius remissis, dependit.

II. DIFFERENTIA.

1. *Symptomata non solum ab ipso morbo, verum etiam a se ipsis sollicite distinguere, universæ Medicinæ, tam theoreticæ quam practicæ, maximam lucem affundit.*
2. *Est autem Symptoma præternaturalis actionum constitutio, quæ vel tanquam vere morbida & passiva læsio actionum, vel tanquam activa, proportionata, & salutari intentione suscepta alteratio motuum secretoriorum & excretoriorum, considerari debet.*
3. *Præter ea morborum differentia petitur*
 - a) *Vel a læsione quantitatis, ubi humores vel excedunt, vel deficient.*
 - b) *Vel a læsione qualitatis, quando humores nimis spissi, vel rarefacti sunt.*
 - c) *Vel a vitio motuum, quando vel ultra consuetum gradum augentur, vel deficient, vel perversè instituuntur.*
 - d) *Vel ab accidentalibus circumstantiis. Harum respectu morbi sunt*

- 1) Chronici, Acuti, Peracuti.
- 2) Continentes, Continui, Intermittentes.
- 3) Epidemici, Endemii, Sporadici. *qui in certa parte sunt*
- 4) Contagiosi, non contagiosi. *et quasi inhaerent.*
- 5) Benigni, Maligni.
- 6) Legitimi, Nothi; Regulares, Irregulares.
- 7) Habituales, nondum obfirmati.
- 8) Corrupti, non corrupti.
- 9) Idiopathici, Sympathici. *quibus plures consociantur, v. g. affecto stomacho caput dolere.*
- 10) Salutares, Lethales.
- 11) Curabiles, Incurabiles.
- 12) Simples, Compositi.
- 13) Periodici, Vagi.
- 14) Vernaes, Aestivi, Autumnales, Hyemales.
- 15) Certam aetatem occupantes, ubi
 - a) in Junioribus caput,
 - b) in Juvenibus pectus,
 - c) in Senioribus abdomen magis afficitur.
- 16) Secundum Initium, Incrementum, Statum & Declinationem differentes.
- 17) Certis diebus & horis mutationes subeuntes, e. g. die indicatorio, critico, circa horas paroxysmorum.

III. SIGNA.

1. Motus, sive ultra gradum & ordinem Naturae aucti, sive a vi-gore, quem principium vitale ordinarie servat, remittentes.
2. Actionum, non solum vitalium & animalium, sed & ipsarum rationalium Perturbatio, Exacerbatio, aliqualis neglectio, Cessatio.
3. Variarum anxietatum & dolorum Symptomata.

IV. SUBJECTA morborum

1. in genere: Homo vivus, qui tamen à morbis raro infestatur, licet secundum mixtionem & structuram suam ad eosdem summam habeat proclivitatem. Nam multi per totam vitam à morbis profus immunes vivunt. Unde assertum Democriti, hominem totum è nativitate esse morbum, de corpore quidem mixto satis, verum, de vivo autem falsissimum est.
2. In specie: Morbis prae aliis obnoxii,

a) qui

- a) qui à motibus corporis laboriosis immunes sunt, pleno tamen & lautiore victu gaudent; inter quos literati, lucubrationibus dediti, & molliter educati, principatum tenent.
- b) Affectibus animi gravioribus expositi, e. g. iracundi, admodum sensibiles; meticulosi, suspicaces.
- c) Intemperantes; qui cibis non solum variis, sed sæpius etiam adversis, corpus suum nimium replent.
- d) Qui Diætam scrupulosam & electissimam ordinarie quidem observant, datâ autem occasione eandem negligere coguntur.
- e) Fœminæ præ viris, ob majorem in primis animi sensibilitatem, molliorem corporis texturam, præcipue etiam ob negotium mensium, gestationis, partus, & lactationis. Quæ considerationes haud dubie Hippocratis Elogio, quod fœmina bis morbum patiatur, aulam dederunt.
- f) Homines præ Brutis; licet enim eandem corporis habeant constitutionem, bruta tamen tales excessus in cibo, potu & affectibus non committunt. Quo magis autem bruta cum corruptis hominum moribus commercium habent, eò magis etiam morborum subjecta evadunt; e. g. canes delicatuli, die Schoos Hündchen/ so die leckere Speisen essen/ und auf welschen süßen schlafen.

V. CAUSÆ.

1. Causa morborum *remota* est dispositio illa corporis, ad morbos facile subeundos.
2. Causæ magis proximæ sunt
 - a) Vel *generales*: nempe plethora & spissitudo humorum.
 - b) Vel *speciales*: vitia scilicet lymphæ, seri, salivæ, urinæ, bilis, mucii, fæcum alvinarum &c.
3. Causæ *procatarctice*, quæ dispositionem ad morbos in actum perducunt, sunt præcipue vitia e sex rebus, *non-naturalibus* dictis, provenientia, nempe aëre, motu vel quiete, somno vel vigiliis, cibo & potu, excretis & retentis, maxime omnium animi pathematibus, quorum efficacia omnes *materialis* causas longo intervallo post se relinquit.
4. Causæ etiam certorum morborum observantur pericli *etatis*, diversitas *sexus* & *temperamentorum*.

Sanke

TABULA II

DE

PLETHORA.

I. DEFINITIO.

Plethora est abundantia sanguinis, ordinariam proportionem excedens. Derivatur a *πληρω*, impleo.

II. DIFFERENTIA.

Plethora est vel

1. *Simplex*, ubi sanguis quantitate quidem excedit, sed nondum depravatus est. Vel
2. cum *Cacochymia* conjuncta, id est, ubi vel notabilis spissitudo, vel alia dyscrasia humorum accedit.
3. Plethora porro dividitur in eam, quæ est
 - a) ad *Vasa*, quando sanguis simpliciter abundans vasa turgida reddit, sine ulla notabili molestia,
 - b) ad *Vires*, in qua insignis lassitudo artuum, ac torpor membrorum accedit.
4. Plethora *sibi relicta* bene distinguenda est a *commota*, ubi ebullitio & orgasmus sanguinis concurrit.

III. SIGNA.

1. Constitutio corporis florida.
2. Usus rerum non naturalium dictarum, satis tolerabilis.
3. In specie tolerantia optima ciborum & somnus bonus, profundus ac quietus.
4. Ubi autem plethora commoveretur, vel corpus calore extrinseco molestat, jectigatio inquieta somnum turbat.
5. Et tum insomnia anxia & præfigurationes effusionum sanguinis, vulnerationis per bombardas & gladios accedunt.
6. Aspectus faciei rubicundus in *sanguineis*, spongiosis; in *cholericis* autem & *melancholicis* notabilis vasorum turgescitio.
7. Artuum gravitas & obdormitio.
8. Unde segnities ad laborem, & repentina sub qualicunque motu inconstituto fatigatio atque respirationis difficultas exoritur.

5. Præcipue autem *adsuendo* & *zgro*tandi & *sensibilitas* subiecti multum valent ad morbos fovendos & revocandos.

VI. PROGNOISIS.

1. Quò delicatius est subiectum, eò difficiliius curatur morbus, & contra.
2. Plenariam visceris cujusdam aut partis organicæ destructionem reparare, nec arti, nec naturæ concessum est.
3. Morbi, a causis immaterialibus dependentes, longe sunt pertinaciores, quam qui a materialibus proveniunt.
4. Morbi *hereditarii* raro perfecte & prorsus auferuntur, cum primis si per crebrum recursum in habitum & consuetudinem deducti sunt; qui proinde mitigari saltem possunt.
5. Morbi Epidemici, nisi malignitas complicata sit, facilius tolluntur, quam Endemii.
6. Item morbi periodici, quam vagi.
7. Porro morbi simplices, quam compositi.
8. Morbi a motuum defectibus provenientes, majus periculum involvunt, quam qui a motuum excessu oriuntur.
9. Morbi certis ætatibus, temporibus & tempestatibus familiares, si hi ipsis circumstantiis respondeant, minus periculosi sunt, quam qui multum inde deficiunt.
10. Motus morborum extraordinarios si sensibiles non sequuntur excretiones, melioris notæ non existunt.
11. Morbi vernaes benigniores ut plurimum sunt, quam reliquorum temporum.
12. Morbi sine omni medicatione sibi relictæ, longe manifestius indolem suam ostendunt, longe certius statas periodos & dies criticos observant, longe feliciter & constantius conquiescunt, longe etiam tranquillius, si omnino superari nequeant, ad mortem deficiunt, quam qui variis medicationibus, præcipue manifeste operantibus, tractantur.
13. Morbi sub initium causam materialem pro fundamento habentes, in consuetudinem autem degenerati, ita plerumque insolent, ut, sublatis licet causis materialibus, pertinaciter tamen durent & recurrant.
14. Multi morbi curantur sine Medico & medicina per *αὐτανάτη* av naturæ.

VII. *METHODUS MEDENDI & REMEDIA.*

1. Quoniam natura in plurimis morbis per secretorios & excretorios motus materiam noxiam e corpore eliminare allaborat, Medicus, qui illius minister esse debet, hosce motus secretorios & excretorios quovis modo imitari, & omni prudentiâ adjuvare studeat. Huic scopo inserviunt Remedia

a) Pharmaceutica, e. g. Emetica, Purgantia, Diaphoretica, Diuretica, Salivantia, Emmenagoga, &c.

b) Chirurgica: Venæ sectio, scarificatio, hirudines, vesicatoria, fonticuli, setacea, incisiones, Paracenteses.

c) Dietetica: Prudens regimen circa cibum & potum, calorem moderatum & animi tranquillitatem, et *aliquas res non rãales.*

2. Ante autem, quam moveat Medicus, materiam prius mobilem reddere & vias aperire debet, per præparantia, incidentia, resolventia, digestiva.

3. Pauciores etiam morbi obveniunt, ubi non convenit, materiam noxiam directe & immediate evacuare, sed corrigere. Quare & in his, licet rarioribus casibus, prudenter se gerat necesse est. Corrigunt autem Remedia Alterantia, Præcipitantia, Temperantia.

4. Et quoniam non raro *motus* sive excessu, sive etiam nonnunquam defectu in morbis peccant, Medicus firmiter sibi persuasum habeat, *Medicinam motuum* præcipuam esse partem præxeos felicitis, & discat

a) motus *excedentes* placide ad mediocritatem revocare,

b) motus *erroneos* corrigere,

c) motus *deficientes* excitare.

Remedia, quæ motus excedentes & erroneos corrigunt atque sedant, sunt: Specifica, Anodyna, Pægorica.

Motus autem excitant: pleraque Evacuantia superius nominata, item Analeptica & Confortantia.

VIII. *CARTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.*

1. Si natura noxiam materiam eliminare intendit, vel actu jam evacuat, caveat sibi Medicus, ne addito stimulo fiat nimium.

2. Evacuaciones particulares non adhibeat, nisi præmissis universalibus, h. e. institutâ prius, ubi opus est, Venæ sectione, Catharsi,

- tharfi, Sudatione, &c. Non vero his omnibus simul in quovis Individuo, sed pro ratione circumstantiarum adhibendis.
3. *Quantitas* humorum plurimis morbis ansam dat, quam *Qualitas*; quod eo magis considerandum, quia vulgata praxis circa *correctionem qualitatis* materiz potissimum occupata est.
 4. Moderata autem durant, & omnes *sumptuarie* Evacuaciones tantum nocent, quantum *moderate* profunt.
 5. *Motuum* magis quam *materie* respectum in omnibus morbis habere convenit: qui proinde, ad evitandum errorem satis communem, non temere sistendi sunt.
 6. Ad tempora morborum semper etiam respiciendum est, num cursu anni legitimo invadant, ætati patientis quadrent, debitasque periodos exhibeant.
 7. Denique Medicus dictum sibi putet, quod facilius sit, motus in solidum suppressere, quam moderare,



TABULA II.

DE

PLETHORA.

I. DEFINITIO.

Plethora est abundantia sanguinis, ordinariam proportionem excedens. Derivatur a *πλεθρον*, impleo.

II. DIFFERENTIA.

Plethora est vel

1. *Simplex*, ubi sanguis quantitate quidem excedit, sed nondum depravatus est. Vel
2. cum *Cacochymia* conjuncta, id est, ubi vel notabilis spissitudo, vel alia dyscrasia humorum accedit.
3. Plethora porro dividitur in eam, quæ est
 - a) ad *Vasa*, quando sanguis simpliciter abundans vasa turgida reddit, sine ulla notabili molestia.
 - b) ad *Vires*, in qua insignis lassitudo artuum, ac torpor membrorum accedit.
4. Plethora *sibi relicta* bene distinguenda est a *commota*, ubi ebullitio & orgasmus sanguinis concurrit.

III. SIGNA.

1. Constitutio corporis florida.
2. Usus rerum non naturalium dictarum, satis tolerabilis.
3. In specie tolerantia optima ciborum & somnus bonus, profundus ac quietus.
4. Ubi autem plethora commovetur, vel corpus calore extrinseco molestat, jectigatio inquieta somnum turbat.
5. Et tum insomnia anxia & præfigurationes effusionum sanguinis, vulnerationis per bombardas & gladios accedunt.
6. Aspectus faciei rubicundus in *sanguineis*, spongiosis; in *cholericis* autem & *melancholicis* notabilis vasorum turgescitio.
7. Artuum gravitas & obdormitio.
8. Unde segnitias ad laborem, & repentina sub qualicumque motu inconsueto fatigatio atque respirationis difficultas exoritur.

9. Capitis vertiginosa aut temulenta afflictio, quando versus terram incurvatur, & repente iterum tollitur.
10. Sub levi incalescentia, quam cito incurrunt, obtingit sensus in cute levissime punctorius, quasi seta leviter compungere-tur.
11. Facilis sensatio a frigore & aestu.
12. Oculi continuo humidi.
13. Sensatio illa in sœminis hystericeis, ac si frustum glaciæ capitæ impositum esset, de plethora etiam testatur.

IV. SUBJECTA.

plethoræ familiariter expositi sunt homines

1. Otiosi, & dixta¹ plena¹ atque lautiore gaudentes.
2. Ætas juvenilis præ senili.
3. Sexus sœmininus præ virili.
4. Qui Evacuationibus sanguinis, sive naturalibus sive artificia-libus, largiter antea adsuæti fuerunt, jam autem illas sive suppressas, sive omittas negligunt.
5. Qui vitæ genus laboriosum in sedentarium mutarunt, quoad nutrimentum autem corpori nihil detraxerunt.

V. CAUSÆ.

1. Causa *formalis* est ipsa provida Natura, quæ præcipue in junioribus corporis incremento, in sœminis autem negotio generationis prospicere intendit.
2. Causa *materialis* in Subjectis jam indicata est, nempe
 - a) Dixta largior cum otio & vitæ sedentariæ conjuncta.
 - b) Suppressio hæmorrhagarum consuetarum.

VI. PROGNOSIS.

1. plethorici facilius morbis expositi sunt, quam alii minus tales.
2. præcipue facile conjiciuntur in æfferas hæmorrhagias, inflammationes & febres acutas.
3. Leviores morbi plethoricis obvenientes magis refractarii sunt quam in aliis Subjectis; multo magis autem graviores & periculose febres.
4. plethora *morbus* quidem appellari nequit, est tamen multorum morborum mater.
5. Quoniam plurimi plethoricorum motum corporis laboriosum, ceutemedium efficacissimum, renuunt, morbi etiam. præci-pue

pue Chronici, a Plethora dependentes, funditus in illis non possunt extirpari.

6. Plethora *commota* sive per exagitationem corporis, sive per Pathemata animi, sive per Remedia valde calida, exitu autem non potita, ineffabile damnum inferre potest.
7. Plethora, quæ ab hæmorrhagiis sive naturalibus, sive artificialibus exoritur, facilius morbos producit, quam reliqua.
8. Incommoda, quæ à Plethora dependent, certius & citius solvuntur per hæmorrhagias naturales, quam per artificiales.
9. Plethora cum *Cacochymia*, imprimis spissitudine conjuncta, non solum plures morbos, quam *simplex*, causatur, sed etiam varias morborum anomalias involvit.
10. Actiones etiam vitales, e. g. secretio, excretio, respiratio, circulatio, &c. per eandem impediuntur, unde stagnationes, stases, corruptiones, proveniunt.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Plethoram *simplicem* imminuunt duo Remedia satis efficacia, nempe
 - a) cibus parcius, &
 - b) motus corporis sufficiens, placidus & continuus.
2. Quæ duo autem Remedia efficacissima, imo fere unica, quia à multis Plethoricis repudiantur, Medicus *duo alia*, sed minus efficacia, substituere cogitur, nempe
 - a) Laxationes leniores, singulis fere mensibus, exceptis calidioribus & frigidis, repetendas.
 - b) Venæ Sectiones æquinoctiales, lunâ decrescente, apud juniores in brachio, proveciore autem ætate in pede instituendas. De Plethora prægnantium Venæ Sectione sublevanda videatur Tabula de Affectibus Gravidarum. *egg*
3. Plethora cum *Cacochymia* exposcit
 - a) lenes primarum viarum expurgationes, pro Subjectorum diversitate adornandas.
 - b) Venæ Sectiones æquinoctiales, vel etiam in humidioribus & succulentis Scarificationes.
 - c) Postea Remedia, quæ æqualem sanguinis distributionem promouent; cui scopo inserviunt lenia Diaphoretico-Diuretica, e. g. Essent, Alexipharm. Stahlii, subjunctis subinde

D. J. Prof. nostro magis esse videtur esse.

alvum leniter aperientibus,

4. Orgasmus sanguinis si in Plethora concurret, Temperantia, & Nitr. egregie conducunt, e. g. Nitr. depuratum ocul. 69. Acido Citri saturat. Conch. ppt. &c. *males sercarum.*
5. Hæmorrhagiarum naturalium suppressarum, præcipue autem Mensium & Hæmorrhoidum ratio habeatur. His enim revocatis, artificiales sæpissime possunt omitti.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Venæ Sectiones & Sacrificaciones, quam salutariter Plethoricis eveniunt, si legitimo tempore & justâ ratione instituuntur, tam notabilia damna iisdem succedunt, quando immature & perverse administrantur. Hinc cavendum
 - a) ab insufficiente sanguinis emissionem, quia facile affectus Spastico-Arthritici, Erysipelacei, febres acutz & inflammatoriz proveniunt.
 - b) ab immatura Venæ Sectionis institutione. Quando enim eo tempore suscipitur, quo variz sanguinis commotiones a quibuscunque causis inductæ sunt, sæpissime morbi, inprimis acuti, sive inducuntur, sive augentur. Præstat igitur, ebullitionem sanguinis per Nitr. & Temperantia prius placare, vel decursum præsentis morbi expectare. Sic etiam minus conducit Venæ Sectio circa Solstitia.
2. Venæ Sectio omnibus in genere hominibus, utrique Sexui, & cuius ætati convenit, exceptis fere admodum junioribus.
3. Scarificatio minoris est efficaciz, & non nisi in Subjectis spongiosis, in Affectibus intercutaneis, item per Paroxysmos repullulantibus, laudatur, sub hac autem cautela, ut frequentius, ad minimum singulis anni quadrantibus, repetatur.
4. Quando incommoda Plethoræ per Evacuaciones sanguinis artificiales sublata sunt, & patiens ad plenariam restitutionem pervenit, caveat sibi, ne temere easdem prætermittat, quia certius inde damnum subsequitur.
5. Plethora *commota* quia gravia damna producere potest, ut sub Prognosi indicavimus, quam maxime caveat sibi patiens ab omnibus Remediis calidioribus & Orgasum sanguinis inducentibus; cujus census sunt Alexapharmica calida, cumprimis sub regimine coacto propinata, olea destillata, Purgatio-
nes

*subiacet nullo
dicitur admodum
nisi.*

nes vehementes, Diæta spirituoſa & aromatica, balnea & pediluvia nimium fervida, & motus corporis repentinus ac violentus.

6. Plethoræ Evacuatio per interna Medicamenta directe & immediate fieri non poteſt, ſed vel agitando & mobilem reddendo ſanguinem, vel Naturam ad Excretionem ſtimulando, efficaciam ſuam edunt; unde Paracelſi aſſertum de Helleboro & Chamædri, quod ſcilicet *tantum* ſanguinis e corpore expurgent, *quanto pondere* propinata fuerint, cum grano ſalis accipiendum eſt.
7. Non imminutâ prius ſanguinis *quantitate*, nemo in animum ducat, *qualitatem* Cacochymicam corrigere.
8. Incommoda Plethoræ, ſi infimas corporis partes infeſtent, Venæ Sectio in brachio inſtituatur, ſi vero ſuperiores partes obſideant, in pede adminiſtranda eſt. Non urgentibus autem incommodis, ad ætatem reſpicitur. *Vid. Method. lit. b.*



TABULA III.

D E

HAEMORRHAGIIS IN GENERE.

I. DEFINITIO.

Hæmorrhagia naturalis est vitale negotium Naturæ, seu Principii Agentis in corpore humano, mediante quo sincerus Sanguis, quantitate ut plurimum excedens, evacuatur, ad motum sanguinis progressivum facilitandum, & incommoda gravia, quæ Plethora inducere valet, præcavenda. Derivatur ab αἷμα, sanguis, & ῥήγνυμι, rumpo.

II. DIFFERENTIA.

Hæmorrhagiæ sunt vel

1. *Naturales*, quæ ab interna causa proveniunt, & per ipsam Naturam excitantur, mediante congestione per motum tonicum. Hujus species sunt
 - a) Hæmorrhagia narium,
 - b) Hæmoptysis.
 - c) Hæmorrhoides.
 - d) Fluxus Mensium.
 - e) Fluxus Lochiorum,
 - f) Vomitus cruentus.
 - g) Mictus cruentus.
2. *Præternaturales*, quæ a causis externis & violentis originem sumunt, e. g. a lapsu, allisione, vulneratione. Huc etiam pertinent hæmorrhagiæ artificiales per Venæ Sectionem, Scarificationem, &c. inductæ.
3. Hæmorrhagiæ naturales possunt etiam dici *Active*, & præternaturales *Passive*.
4. *Naturales* dicuntur, non quod de Natura & Essentia hominis sint, nam multi sexus masculini per totam vitam ab Hæmorrhagiis immunes vivunt; sed quod *Natura* hoc remedio utatur, si per corruptos hominum mores Plethora inducatur,

5. Sunt

5. Sunt adhuc aliz sanguineæ excretiones, quæ extraordinariam & pertinacem Agentis intentionem indicant, nempe ubi e. g. in *brachio* vel *pede* sanguis sponte erumpit, de qua re notabile exemplum reperitur in Dissert. de Motu Tonico vitali. Et notæ sunt abunde *Varicum* in cruribus fluxiones; quæ singulæ ad *naturales* fluxus omni jure referendæ sunt.
6. Hæmorrhagiæ differunt ratione *ætatis*. e. g.
 - a) Hæmorrhagia narium familiariter Junioribus evenit,
 - b) Hæmoptylis mediæ ætati,
 - c) Hæmorrhoides & Mictus cruentus magis proveciori.
7. Differunt etiam ratione *indolis*, aliz enim sunt *modica*, aliz *nimie*, aliz *boni*, aliz *mali* moris.
8. Differunt denique ratione *temporis*,
 - a) Aliz enim certa tempora observant, & hinc *periodica* dicuntur, ad quas etiam referri potest Hæmorrhagia *critica*, in febribus continentibus contingens.
 - b) Aliz statas periodos non observant, & hinc *vagæ* dicuntur.

uti in
in dicto
dia fluxu
manente
per se
ante hæc
negatum
patieba

III. *SIGNA.*

1. Hæmorrhagiæ *simplices*, a causis *mere* internis provenientes, tacite quasi, & sine ullo notabili sensu, impetu & incommodo oriuntur.
2. Ubi autem sensus aliquis præcedit aut concurrat, est ille plerumque tenivus saltem, gravativus & pressorius.
3. Quo *in junior* autem Plethora adest, eo difficilius cedit negotium, & eo facilius dolores pungentes & lancinantes circa illam regionem sese exerunt, ubi excretio sanguinis intenditur.
4. Cessant autem hi dolores & reliqua incommoda, quam primum Hæmorrhagiæ legitime succedunt.

IV. *SUBJECTA.*

1. Hæmorrhagiæ omnibus fere ætatibus solennes sunt, cuius tamen ætati per peculiaria loca, uti sub *Differentia* indicatum est. conf. Hippocrat. III. Sect. 27. & 29. aphor.
2. In primis tamen Hæmorrhagiis obnoxii sunt Juniores, sanæ & floridæ constitutionis.
3. Plethorici, indolis *agilis* & *sensibilis*, id est, Temperamenti Cholericæ - Sanguinei, & Melancholico - Sanguinei.
4. Magis illi, qui sanguinem fluxilem, sanum & floridum habent,

quam alii, qui ejusdem dyscrasiâ laborant.

5. Qui Dietâ aromaticâ & vinosâ gaudent.
6. Maxime omnium, qui vehementibus animi commotionibus, præcipue autem irâ undiâ expositi sunt. Hinc
7. In Brutis Hæmorrhagiâ satis raro observantur.

V. CAUSÆ.

1. Hæmorrhagiarum causa *materialis* est Plethora, consentientibus plerisque Antiquis.
2. *Simplex* autem Plethora non exhaurit universum negotium, nam multi Plethorici ab Hæmorrhagiis & aliis *symbolicis* affectibus profusè immunes vivunt.
3. Sed *commotio* Plethoræ plurimum valet ad Hæmorrhagias concitandas.
4. Commovent autem Plethoram, & sic ad Hæmorrhagias suscipiendas Naturam excitant
 - a) Calida, Aromatica, Spirituosa, Fermentativa, sanguinem rarefacientia. *expansiva*
 - b) Exagitatio corporis vehemens, & connisus fortior ad pondera tollenda.
 - c) Constitutio aëris calida.
 - d) Repentina Refrigeratio, corpore calente.
 - e) Commotiones animi insignes.
5. Causa Formalis s. *Efficiens* omnium Hæmorrhagiarum naturalium est Principium Agens, quod per tales Excretiones Plethoram imminuere, & sic multa incommoda avertere intendit. Adsuescit etiâ facile hisce excretionibus, & easdem, licet Plethora absit, continuat. Huc pertinent Hæmorrhagiâ ex vitio hæreditario pullulantes.
6. Exulent itaque Causæ stasium passivarum, fermentationum, acrimoniâ, vasa arrodentis, item etiâ spissitudinis, a cujus intercepto transitu venâ obstruantur & distendantur, ut dehiscere necesse habeant; quæ omnia simplicibus Hæmorrhagiarum phænomenis & circumstantiis repugnant.

VI. PROGNOISIS.

1. Hæmorrhagiâ naturales secundum intentionem *Agentis* consideratæ, omnes quidem salutarem finem respiciunt, ob varias autem circumstantias, præcipue ob loca periculosa, per quæ sanguis

guis excernitur, optatum effectum non semper attingunt.

2. Hinc Hæmorrhagia per vasa pulmonum, item Vomitus & Mictus cruentus periculose sæpius exeunt.
3. Reliquæ autem Hæmorrhagiæ, legitime & moderate succedentes, exitiam adferunt utilitatem.
 - a) Multos morbos, qui Plethoram succedunt, præcauent.
 - b) Solvunt illos, qui ex eodem fonte originem sumserunt.
 - c) Inprimis multa mala Chronica pertinacia auferunt, e.g. Hæmorrhoides tollunt pathemata hypochondriaca, & plures alios abdominis affectus.
 - d) Non solum non debilitant, sed trahunt etiam post sese sensibilem corporis alacritatem.
4. Imo, licet Hæmorrhagiæ copiose & impetuose succedant, non facile tamen insignis debilitatio sentitur, multo minus tam frequenter Phthisici vel Hydropici effectus sequuntur, ut communiter traditur.
5. Quando autem Hæmorrhagiæ, ut vulgo moris est, per varia incongrua artificia, præcipue *Adstringentia*, cohibentur, succedunt Stagnationes, Stases, Inflammationes, Febres pessimi moris, & alia fontica mala. *mae Ludwigs.*
6. Hæmorrhagiæ, quo magis statas Periodos formant, eo certius etiam moderate sese gerunt.
7. Omnes Hæmorrhagiæ, quæ laborioso Naturæ conamine & insigni *Nisu* exprimuntur, illæ communiter ad *Excessum* inclinant; Principium enim Vitale non facile a tali Excretionem desinit, quæ multo labore fuit obtinenda.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Hæmorrhagiæ moderate, legitime & per loca convenientia fluentes, nullâ indigent Medicatione.
2. Quando autem contrario modo se habent, prudenti ratione illis occurrendum est.
3. Ante omnia Intentioni Naturæ, quæ Plethoram imminuere intendit, satis fiat
 - a) Per Venæ sectiones, *extra Paroxysmum*, circa Æquinoctia, conveniente loco instituendas.
 - b) Per Scarificationes vel Hirudines, pro diversa circumstantiarum ratione administrandas.

- c) Per Motum corporis laboriosum, modestum, perennantem.
4. *Quantitate* sanguinis imminutâ, ejusdem *Qualitas* corrigatur, & quidem iterum extra Paroxysmum.
- a) Ad Crafin sanguinis *Sulphureo-acrem* corrigendam adhibeantur *Nitrosa & Absorbentia*; Item etiam *Emulsiva & lenia Acida*, e. g. Nitr. depurat. Nitr. tabulat. Lapis Prunellæ, Ocul. Cancr. Conch. ppt. Mater Perlar. Succus Citri, Berberum, Ribium.
- b) Ad Crafin sanguinis *spissiolem* attenuandam conducunt: *Resolventia, Incidentia, Attenuantia*, e. g. Salia media digestiva, Antiscorbutica temperata, & Radices Alexipharmaco-Diureticæ. Ex his & lenioribus Laxantibus Vinum Medicatum parari, & per octo circiter dies usurpari potest.
- c) Commendatur sufficiens, dilutus Potus, & parcior Victus.
- d) Injungantur simul Cautelæ, de Causis occasionalibus & Procatarteticis evitandis, præcipue Animi commotionibus.
5. *In ipso Paroxysmo* exhibeantur
- a) Pulveres Orgasium Sanguinis contemperantes, e Nitrosis, Absorbentibus, & Cinnabarinis parati, e. g.
- Recip. Nitr. depurat.
Ocul. Cancr. Acido Citri saturat. ana Drachm. ij.
Cinnab. opt. ppt. gran. XXX.
M. Singulis vel binis horis exhibeatur Scrup. I.
- b) His Pulveribus interponatur subinde Mixtura Tonicæ Nervinæ Stablii, quæ simul Effectum habet Diuretico-Discutientem.
- Recip. Spirit. C. C.
Tinctur. Antimon. Tartarisat. ana Unc. femis.
M. Dos. gtt. XXX.
- c) Si his non cedat Hæmorrhagia, tum *moderate Sistentia*, & *Sedativa - Anodyna* in usum trahantur, dictisque Pulveribus immiscantur. e. g.
- Recip. Pulveris jam descripti Drachm. I.
Spec. de Hyacinth. gr. XVI.
MP. de Cyngloff. gr. IV.
M. D. in 4. partes, & versus noctem una vel altera propinetur, non neglectis per diem Pulveribus simpliciter temperantibus.

d) *Adstringentia* autem *fortiora* non exhibeantur, nisi summā urgente necessitate, de quibus sub *Speciebus* Hæmorrhagiarum plura dicentur.

e) Post Paroxysmum, si ingens sanguinis quantitas evacuata sit. Analepticis, sed minus spirituosis, Patiens reficiatur.

VIII CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Facilius est, *Hæticam* per *Adstringentia* provocare, quàm Hæmorrhagias per eadem sistere: nam in *parva* dosi exhibita, fluxum non sistunt, sed potius augent; quando autem copiose ingeruntur, succedunt Obstructiones Viscerum & his Consecraria, nempe Stases, suppurationes, &c.

2. Ut itaque error, satis communis, evitetur, sequentes Regulæ, quæ errare non permittunt, de Usu *Adstringentium* observentur.

a) Non exhibeantur, nisi omnia prius applicata sint, quæ superius commendavimus.

b) Quando autem Casus necessitatis eorum usum efflagitare videatur, tum potissimum *externè*, raro autem, nec affatim *internè* adhibeantur.

3. Nam absurdum & rationi contrarium est, per talia Remedia Hæmorrhagiis occurrere velle, quæ sanguini, vasa & vias prementis, Exitum saltem, sed non Aditum prohibent.

4. *Adstringentia*, utpote paucis sæpius granis exhibita, non perveniunt ad locum *dissuum*, e.g. Pulmones, Uterum; sed ipsi Naturæ, sensu tali adstrictorio in Ventriculo inducto, motum similem imprimunt, quæ deinde eundem non solum in locis periclitantibus, sed facile etiam in aliis Visceribus administrat.

5. Circa *Ligaturas* partium sequentia sunt observanda.

a) Fieri illa debet in partibus *extremis*, pedum & manuum.

b) Pars ligata non penitus opprimatur, sed maneat aliqualis sanguinis concursus.

c) Neque nimis cito Ligatura est solvenda, neque etiam nimis diu in illo gradu detinenda est, ne Sphacelus inducatur.


6. Ex *Amuleticis* Pulvis Sympatheticus Dygbæi satis probatus est, & in *Extremis* sacra Ancora. Scrupulosa Vitrioli ad eundem parandum electio, nullum habet usum: Sufficit Vitriolum bonum, leviter contritum, diebus *Canicularibus* sub Solis radiis ad

- albedinem calcinare. Solvitur hujus Pulveris Drachm. I. vel II. paucioribus Aquæ Cochlearibus, cui Solutioni sanguis deinde instillatur, seu inspuitur, & sub exiguo calore, mediante Spatulâ lignea, agitatur.
7. Radix *Pseudo-Acori*, seu Irid. vulgaris, palustr. in t̄aleolos confusa, & frustulum sub lingua detentum, admodum sensibilem adstrictionem offert, & Experimentiâ satis probata est. Modo observetur, quod Amuletica non sub imperu fluxûs, sed statim sub initium, vel in Declinatione adhibenda sint.
 8. Radix autem *Nigelle*, quam *Simon Pauli* admodum deprædicat, manu vel ore detinendam, est quidem *subadstringens*, sed *sine successu* ab Aliis exhibitâ.
 9. *Buonis exsiccati* applicatio, quæ *Helmontii* temporibus admodum inclaruit, bene se commendat; inprimis in Hæmorrhagia *Uteri*, quadantenus *Narium*, non æque adeo in *Hemoptysi*. Involvitur linteo, & ne aperiatur, Sigillo munitur, atque sub Axillis gestatur. Juvit aliquando, ubi Adstringentia sine effectu adhibita fuerunt.
 10. *Borellus* quam maximè commendat usum *Jaspidis rubri* Amuleticum, sub Axillis detinendo, Collo suspendendo, seu Fronti applicando.
 11. *Vulgus* in locum *Jaspidis* laudat Concretum illud Minerale, *Hematitem*, nec irritum semper.
 12. *Sanguis* Patientis *costus*, contritus, & instar Pulveris Sternutatorii applicatus, bonum etiam Effectum edere dicitur.
 13. Ex *Suppuratis Topicis*, licet ingravioribus, *Stercus scæillum* seu *Equinum* commendatur.
 14. Mixturem Tonico Nervinam, de Sale Volatili participantem, in Hæmorrhagiis commendare, ubi Sanguis jam notabiliter fluxilis & exagitatus est, videtur rationi planissimè repugnare; sed sola Volatilia non commendantur, verum cum *Alcalicis fixis* combinata, utpote optimo Effectu sæpissimè confirmata.
 15. *Salia* autem *Volatilia*, quando sola & insuper largis dosibus adhibentur, in Hæmorrhagiis æque ac in Febribus Tumores œdematosos faciliè relinquunt.
 16. Multò segnior est Efficacia Remediorum *in Paroxysmo*, si extra eundem Venz sectio non fuerit administrata, & tamen sensibilibus Plethora concurrat,

17. Hæmorrhagiis nimis quando Vires exhaustæ sunt, caveat sibi Patiens a multis *Lectitionibus*, quia Oculi quam maximè per eandem tum debilitantur.
18. Hæmorrhagiæ *Præternaturales*, Violentæ, spectant quidem magis ad Chirurgiam; verum quia Medici Consilium in tali Casu sæpe requiritur, Cautelas & observaciones quasdam e Collegio Chirurgico D. D. Stablii adjiciemus.
- A. Arteria quando vulnerata est, dispiciendum, an vas illud sit *plane discissum*, an vero *saltem incisum*.
- a) Arteria *saltem incisa* difficilius consolidatur; hinc Chirugi sæpe coguntur, eandem *prorsus discicare*.
 - b) In *plane discissa* præcipuus Coagulationis Nervus consistit in eo, ut Arteria superius, id est, versus cor ligetur, & deinde Coagulantia Topica adhibeantur. Inter Coagulantia *Spiritus Vini Rectificatiss.* efficacissimus est, discutit enim Stases, & præcavet Corruptiones. Combustio etiam locum habet.
 - c) Si Membra penitus abscindantur, eadem circiter Methodo Vulnerus tractatur, nempe
 - 1) Sanguis sistitur per Spiritum Vini Rectificatiss.
 - 2) applicatur Emplastr. Styptic. Crollii.
 - 3) Arteria comprimitur cum *Globo Saturni*.
 - d) *Interne*, ad Febrem Vulnerariam præcavendam, adhibeantur Pulveres Nitroso-temperantes.
 - e) *Externe* autem in usum trahatur Balsamum ex Essent. Succini Drachm. II. & Spirit. Therebinth. Scrup. I.
 - f) Adstringentia interne usurpata non possunt contrahere Vasa, leviter saltem capacia, multò minus majora. Hinc minima in illis spes collocanda, præcipue quia Febres vulnerarias & alia incommoda facile invitant. Externus Adstringentium usus etiam non infervit *vasis* consolidandis, sed tantum *Carni*.
 - g) In Hæmorrhagia non adeo *effera*, sed aliquo modo tolerabili, Cohibitio non præmaturè instituitur, præsertim in Plethoricis, Iracundis, Inebriatis, ne Inflammatio in affecta parte, & Febris vulneraria accedat.
 - h) Notandum est præterea, quod tales Hæmorrhagiæ, five ex

Arteriis, five e Venis sanguis proveniat, intra XII. vel XXIV. horas cum novo Impetu recurrant, ubi vulnus Emplastro Styptico & Lamellâ Saturni superimpositâ comprimendum est.

- B. In *Venarum* Vulneratione Hæmorrhagiæ facilius consolidantur
- a) per Methodum & Remedia sub Vulneratione Arteriarum commendata,
 - b) imo per leviora adhuc Remedia, nempe per Pulveres adstringentes externè adhibitos, cum Acidis Spirituosis, e. g. Gall. Bistort. Tormentill. Huc pertinent etiam plurimi Cortices arborum, præcipue Quercuum, Fraxini, item Vitriolum album, igne calcinatum. Pulvis Sympatheticus, & Euporiston illud, nempe Tela Araneæ.
 - c) In Vulneribus carnosarum partium *Crepitus Lupi* utilis est, item Farina volatilis. *Sanguis Draconis* in Spiritu Vini solutus.
 - d) Alvus semper sit aperta in Vulneratis, quod optimè per lenes Clysteres obtinetur.
 - e) In Vulnere tali Balsamo superius descripto Essent. Myrrhæ addi potest. *3i. v. 3ijß.*
 - f) Deligatio ipsa sit *mediocriter* stricta, ne pars suffocetur.
 - g) Febris Vulneraria, quamprimum in quacunque Hæmorrhagiâ Violentâ, citò suppressâ, accedere videtur, Vena utiliter secatur in regione opposita, ubi ad minimum Unciæ tres sanguinis emittendæ sunt,



TABULA IV.

DE

HAEMORRHAGIA NARIUM.

I. DEFINITIO.

Hæmorrhagia Narium est Evacuatio sanguinis sinceri per Nares, a Natura ipsa, mediante Motu Tonico speciali, suscitata, ut per illam Plethora imminuatur, & Motus sanguinis Progressivus faciliatur. Derivatur ab αἷμα, sanguis, & ῥήγνυμι, rumpo.

II. DIFFERENTIA.

1. Dicitur Hæmorrhagia Narium ratione *Indolis*.

a) Est enim *vel boni moris*, quæ placide, & proportionate accedit & succedit, sponte etiam sua salutariter iterum cessat.

b) Vel est *mali moris*, quæ laborioso molimine erumpit, cum impetu effero succedit, & varia incommoda inducit.

2. Hæmorrhagia Narium, quando in Morbis Acutis contingit,

a) Est *vel Critica*, quæ post Commotiones sanguinis insignes in Febribus *Continentsibus* exquisito temporis Ambitu circa Dies Criticos, imo statas horas erumpit, & hoc quasi proprium habet, ut copiose profuat, unde Antiquum Medicorum Dicterium enatum: *Nullum Criticum est paucum*.

b) Vel est *Symptomatica*, quæ extra Dies Criticos Morbis accedit, sed minus salutaris Eventu, e. g. Febribus Petechizantibus, Variolis, &c.

3. Quando autem Hæmorrhagia hominibus extra Morbos constitutis evenit, dicitur illa *Chronica*, quæ vel statas Periodos servat, vel incerto tempore erumpit.

4. *Phlegmatorrhagia* Narium, a Salmutho commemorata, ipso quidem Nomine sub primo Auditu se distinguit ab *Hæmorrhagia* Narium, quoad causas tamen nulla insignis intercedit *Differentia*; sicut etiam ipsa Coryza, quoad modum *fiendi & succedendi* iisdem cum Hæmorrhagia Narium Rationibus innititur.

III. SIGNA.

1. *Mitior* Hæmorrhagia Narium admodum familiariter *sponte & qua-*

si tacite erumpit, sine ullo incommodo.

2. *Minus* autem *salis* laboriosis ut plurimum Moliminibus ante Eruptionem conspicua est, nempe
 - a) Antecedunt *Congestiones* sanguinis versus caput admodum *molestæ*.
 - b) *Rubor* Genarum.
 - c) *Faciei Inflatio*.
 - d) *Turgescencia* Vasorum in Cello & Temporibus.
 - e) *Tinnus* & *Sonitus* Aurium.
 - f) *Oculorum Dolor* gravativus cum *Prominentia* quasi, *Siccitate* & *Scintillulis*.
 - g) *Capitis* *Vertiginosa* *Afflictio* cum sensu gravativo.
In Partibus autem oppositis & remotis a Motu Tonico nimis aucto obveniunt
 - a) *Adstrictio Alvi*.
 - b) *Urine* non tantum *Imminutio*, sed etiam *Tenuitas*.
 - c) *Tensiones* in *Hypochondrio*, præcipuè *dextro*.
 - d) *Sudoris* *suppressio*.
 - e) *Frigus* partium inferiorum. Conf. *Theoria D. D. Stahlii de Hæmorrhagia Narium*.

IV. SUBJECTA.

1. Hæmorrhagia Narium competit regulariter Junioribus, intra secundum & tertium Septenarium adhuc constitutis.
2. Sexui magis Virili, quam Fæminino.
3. Ordinariè non nisi manifestis Plethoricis.
4. Ubi autem hæreditaria Dispositio adest, vel Assuetudo, aut externæ insolentes Commotiones, ibi etiam extra Plethoræ insignem præsentiam evenire solet.
5. Aliâ ætate si contingit Hæmorrhagia Narium, fit communiter per Palindromen, nempe in iis Subjectis, quæ Juniore ætate eidem Hæmorrhagiæ obnoxia fuerunt, alias deinde vicarias Evacuationes experta sunt, ab his autem iterum libera existunt.
6. Subjecta Hæmorrhagiæ Narium Criticæ per se nota sunt.
7. Quod *Scorbutici* Hæmorrhagia Narium subinde corripiantur, non est mirum, nam Scorbutus Natales suos plurimum debet Plethoræ,

V. CAUSÆ.

1. *Causa Antecedens remota* est Ætas puerilis, huic sanguinis Eruptioni præ aliis favens.
2. *Causa magis proxima* est Plethora, & quidem *commota*.
3. *Causæ Occasionales* sunt
 - a) Corporis & Animi Commotiones vehementes.
 - b) Violentæ Allisiones, Contusiones & Ictus Narium.
 - c) Abusus Vini, & aliorum Spirituosorum vel Aromaticorum.
 - d) Ingens Fervor Solis, aut Conclavium calefactorum.
 - e) Imo subinde levissimæ causæ hic sufficiunt, e. g. Inclinatio Capitis ad terram, Agitatio Narium inter lavandum.

VI. *PROGNOSIS.*

1. Per vulgus notum est, quod Hæmorrhagia Narium, moderate & proportionate succedens, sensibilem alacritatem afferat, & ab Artuum gravitate, ante Eruptionem in Plethoricis communitè præsentè, liberet.
2. Quando autem Hæmorrhagia Narium *assuescenda*, sub Constitutione Plethoricâ iterum cessat, vel Adstringentibus perverse tractatur, succedunt Congestiones circa Caput, Inflationes Vasorum, Oculorum Rubores & Dolores, Ophthalmiæ, Capitis tensorii, pulforii, æstuosi dolores. Conf. Tabula de Hæmorrhagia Narium suppressa. p. 66.
3. Licet enim Metus ille vulgaris subsecutoræ Phthiæ post largiorem in puerili ætate Hæmorrhagiam Narium, sæpius quidem frustraneus sit, interdum tamen non plane de nihilo censendus est.
4. Si enim accedente ætate Motus hi Congestorii a Capite in Petus desultant, nec tempestivis sanguinis Evacuationibus Natura ab hoc loco avocatur, Molimina Hæmoptica & tandem Phthiæ succedere possunt.
5. Hæmorrhagia Narium *Critica*, largiter profluens, Febrem salutariter solvit, cum universali Euphoria; minore autem quantitate succedens, Criseos nomen non promeretur, & pejus cedit totum negotium. Conf. Tab. de Febre Synocha. p. 26.
6. Hæmorrhagia Narium Symptomata, in Febribus Petechiantibus, Variolis & aliis Malignis, optimæ non est Prognoseos; in Variolis tamen non æque ac in reliquis periculosa.
7. Ita adsuescunt facile Hæmorrhagiæ, ut non solum a Naribus per

per ætatum Gradus ad quælibet alia Sanguinis Emunctoria tendant, sed etiam tanto promptius iterum ad Nares recurrant, quando Successus illarum in aliis viis impeditur.

8. *Habitualis* autem illa Narium Hæmorrhagia, quæ ætate minus congruâ contingit, *Labem* cujusdam *Visceris* Abdominalis sæpe conjunctam habet.
9. In Senibus Narium Hæmorrhagiæ facile disponunt ad Vertiginem & Apoplexiam. Quando enim Congestiones ad Caput contingunt, Fluxus autem, secundum morem illius ætatis, non legitime succedat, ad dicta Symptomata Porta aperitur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Quoniam spontanea hæc sanguinis Eruptio sponte plerumque iterum cessare solet, absit in Paroxyismo omnis Medicatio, si Fluxus legitime succedit, nempe
- Quando *moderate* fluit.
 - Sanguinem *floridum* sub fatis conspicua Plethora exhibet.
 - Ætati *congrue* respondet.
 - Præcipue si jam adfuetus sit, & Alacritatem potius, quam virium jacturam inferre soleat.
2. In *Effera* autem Narium Hæmorrhagiæ, quæ nimis *copiose* profluit, ob levissimas non evitandas occasionales Causas *sæpius* recurrit, ætatem minus congruam occupat, & *Vires* prostermit. Nequente Methodo incedendum est.

A. In Paroxyismo.

- Ad Orgasium sanguinis Sulphureo-agilioris contemperandum, exhibeantur
 - Pulveres Nitroso-Aborbentes Cinnabæراتi, e.g. Nitr. depurat. Lapis Prunell. Mater Perlar. Ocul. Cancr. Conch. ppt.
 - Item Acidula, Emulsiva & Gelatinosa, v.g. Tinct. Flor. Bellid. Tinct. Papav. erratic. Decoct. C. C. Decoct. Rafur. Ebor. *den Hippocast. p. iapocell.*
- Quod si vero in Casu quodam *rebelle* Temperantia non sufficerent, lenia Anodyna iisdem immisceantur; ubi M. P de Cynogloss. ad gr. I-- II. pro dosi reliquis præferatur, versus somnum cum Pulvere Temperantia propinanda.

3) Æqua-

3) *Æqualis Motus Tonici Dispartitio promoveatur, inprimis sub Declinatione Paroxysmi.*

a) *Interne conducunt: Mixture Tonicæ Nervinæ Stahlii & Sale Volatili & Alkali fixo parata. Item Infusa ex Herb. Millefol. Sanicul. Plantag. Pyrol. Virgæ Aureæ angustifol. Item lenia Laxantia.* *camp. wall. & gr. ?*

b) *Externe: Frictiones, Signaturæ Veterum, Sinapismi, Ligatura extremorum, Applicatio Spirit. Vini Camphorati.* *frict. ta in rosar. & sissa camp.*

4) *Dixta conveniens injungatur, nempe*

a) *Abſtinentia a cibis aromaticis & potu ſpirituoso.*

b) *Evitatio æſtus nimii Solaris, & hypocaustorum.*

c) *Moderamen Animi Pathematum.*

5) *De Specificis & Adſtringentibus, in deſperatis Caſibus externe adhibendis, vid. Cautelæ ſub Hæmorrhagiis in genere, Præ aliis in hac Fluxus ſpecie laudantur: Jaſpis rubra, Bufo exſiccatus. Pulv. Sympather. Dens Hippopot. Rad. Irid. vulgær. paluſtr. Videantur etiam ſubſequentes Obſervationes Præctiçæ.*

B. *Extra Paroxyſmum*

Intentioni Naturæ ſatisfaciendum.

a) *In Adultioribus per vicarias Vene ſectiões in Pede, Verno & Autumnali tempore inſtituendas, vel pro re nata per Hirudines ad Hæmorrhoidalia loca applicandas.*


b) *In Junioribus vero loco Venæ ſectiões, ad ſanguinem a Capite derivandum, ſingulis Menſibus exhibeantur Laxantia blandiora ex Rhabarb. Senna, Manna, Tamarindis parata; circa Æquinoctia vero poſſet etiam Inſuſum Laxans per aliquot dies præſcribi, ubi Antifcorbutica temperatiora præcipue addeenda eſſent, quia plerumque Dyſcraſia ſanguinis concurrit.*

c) *Conducunt etiam Pediluvia, alternis ſeptimanis inſtituenda.* *fol. Salicy. fol. vitis. capita yappæ.*

d) *Ad æqualem diſtributionem ſanguinis conſervandam, Mixture Tonicæ & Eſſent. Alexiph. Stahlii ſubinde in uſum trahantur, & motus corporis placidus, ceu optimum Tonicum, non negligatur.*

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quæ sub Cautelis Hæmorrhagarum in genere ratione Adstringentium, Specificorum Amuleticorum, Ligaturæ partium, monuimus, quam maxime hic in animum revocanda, & applicanda sunt, nempe
2. Absit Adstringentium *internus* usus, tanto magis, quia in nulla Hæmorrhagarum specie minoris quam in hac est Efficaciæ.
3. *Externus* etiam usus non prius locum habeat, quam post frustra-
neam præscriptæ Methodi applicationem. In tali desperato
casu Turunda ex Alumine vel Solutio illius commendatur, sub-
junctis tamen Discutientibus, seu Diaphoreticis temperatis.
4. Ligatura partium extremarum in Casu tali necessitatis eadem
circumspectione suscipiatur, quæ dicto loco commendata est.
5. *Specialius* in hac Hæmorrhagarum specie ab Auctoribus, inpri-
mis Borello, commendatur *Succus Urticæ* minoris, Fronti appli-
candus; quem tamen Alii in Hæmoptysi magis laudant.
6. *Lapis Carpcionum* triangularis, sub lingua detentus, num Efficaciam aliquam exhibeat, ulterius observandum est.
7. *Lintea madida* Regioni *Hepatis* suavisu Veterum imponenda, magis nocent, quam profunt.
8. Idem etiam sentiendum est de *Ventosis* cum magna flamma eidem regioni applicandis.
9. De Hæmorrhagiis Narium *Criticæ* præcedente Tabula fati dictum est.
10. Ab *Opiatis* ubique abstinendum, præcipue, ubi vires jam multum exhaustæ sunt, quo in casu potius *Analeptici* temperatis succurrendum est.
11. Post enormes Narium Hæmorrhagias Caput a *Frigore* & *Æstu* nimio defendere, Oculisque parcere, quam maxime commendatur.



TABULA V.
DE
HAEMOPTYSI.

I. DEFINITIO.

Hæmoptysis est Evacuatio seu excretio sinceri sanguinis per Vasa pulmonaria profundiora, a Natura ipsa ad Plethoram imminuendam, & reliquorum humorum liberioræ circulationem promovendam, fuscitata. Derivatur ab αἷμα, sanguis, & πτύω, spuo.

II. DIFFERENTIA.

Hæmoptysis differt

1. à *sputu cruento*, nam in Hæmoptysi *sanguis floridus* & purus e pulmonibus ejicitur, placido magis quam violento conamine; in sputu autem cruento rejicitur *salva sanguineis striis* mixta, cum multo laborioso screatu. Sputum insuper cruentum etiam aliunde ortum suum ducere potest, nempe ex Infundibulo, e recessu narium ad uvulam terminante, e gingivis, aut, ad summum, e summis faucibus.
2. à *Vomitu cruento*. Per Hæmoptysin ejicitur sanguis *arteriosus*, rubicundus, & quidem, ut modo dictum, placide magis, quam laboriose; per Vomitum autem cruentum excernitur sanguis *venosus*; plerumque crassus, nigricans, coagulatus, sub anxio vomendi conamine, & sine ulla tussi.
3. Dividi de reliquo Hæmoptysis potest in *Periodicam* & *vagam*.

III. SIGNA.

1. Præcedit ordinarie notabilis congestio & oppletio circa pectus, unde sensus spasticus & angustia circa thoracem exoritur.
2. In aliis *tacite* magis & tranquille erumpit, cum sensu tantum aliquis titillationis pruriginosæ per longitudinem Arteriz asperæ.
3. *Tussis* in aliis antecedit, non aspera, sed *clangosa* & sonora, *parva* magis, quam impetuosa, maxime omnium *sicca*.
4. In aliis *citra* ullam *tussim* sanguis erumpit, sub hoc saltem sensu;

ac si calidum quid e pectore in fauces scaturiret.

5. Sanguis, qui excernitur, floridus est, & *spumescent*, cum copia aliqua *notabilis* conspicuus.
6. Quæ excretio tam placidè plerumque procedit, ut illi, qui ante eruptionem vehemente tussi corripuntur, sub ipsa sanguinis excussione ne exiguam quidem molestiam ab illa perferant.

IV. SUBJECTA.

1. Hæmoptysis satis raro contingit, & quæ subjecta occupat, sunt ordinarie *juvenilis ætatis*, ab anno XVIII. ad XXV. rarius usque ad XXX. *Confer. Hippocrat. aphor. XXIX. Sect. III.*
2. Obringit maximè *Plethoricis*, & *pleno vitæ* utentibus.
3. Qui sunt Temperamenti Cholericæ-Sanguinei, magis adhuc Cholericæ-Melancholici, aut Sanguineo-Melancholici, habitus corporis gracilioris, & qui plus sanguinis in *venis* habent, quam in *poris*.
4. Sexus *fœmininus* magis Hæmoptysi obnoxius videtur, ob mensium turbas frequentes, quàm *virilis*. *Conf. Phthificos subjecta Tabul. XXVI.*
5. Quam sæpius etiam iis evenit, qui clamando aut cantando pectus percussunt, vel perpetuo compresso abdomine sedent.
6. Qui ex agiliori vitæ genere in sedentarium & otiosum transierunt.
7. Maximè omnium, quibus aliæ adfuetæ Hæmorrhagiæ cessarunt, imprimis Hæmorrhagia narium, & tum Mensium, rariùs Hæmorrhoidum; quo etiam pertinet Venæ sectionis & Scarificationis consuetæ neglectus.

V. CAUSÆ.

1. Causa *antecedens remota* est ætas juvenilis & temperamentum, sanguinis excretionibus præ reliquis expositum. *vid. Subjecta.*
2. Causa *adhuc propior* est Plethora; nam nemo alius (exceptis causis violentis) Hæmoptysi corripitur, quam qui sanguine, imprimis non sufficienter diluto, ad sensum abundat.
3. Causa *proxima* est vasculi alicujus sanguiferi disruptio, modo in aspera Arteria, & præcipue superiore ejus parte, modo profundius intra bronchia contingens.
4. Causa *Efficiens* est Principium vitale, sanguinem mediante motu Tonico copiosius ad pulmones constringens, & moliminibus qualibuscunque spasticis ibidem exprimens.

5. Ad

5. Ad causam formalem etiam *Consuetudo* referri potest, nam natura huic eruptioni semel adsueta, hosce motus congestorios & expressorios repetere solet, licet causa materialis subtracta sit.
6. Causæ *externæ, occasionales & præcæriticæ* sunt
 - a) Nisus enormis in tollendis & gestandis oneribus, præcipue in iis, qui talibus non adsueta sunt.
 - b) Respirationes vehementes in *tubis, cornibus*, item clamores, cantationes, cachinnus.
 - c) Commotiones *animi* vehementes, imprimis iracundæ.
 - d) *Corporis* exagitationes æstuosæ, currendo, saltando, &c. contingentes, præcipue in minus adsueta.
 - e) Vehemens *tussis* Hæmoptysin quidem etiam causare potest, sed non tam frequenter, ut vulgo creditur, & ubi omnino conjuncta apparet, est potissimum Hæmoptysios effectus.

VI. PROGNOSIS.

1. Hæmoptysis est affectus maximæ considerationis, & ratione periculi inter reliquas Hæmorrhagias principatum tenet.
2. Et licet sanguis non semper tantâ quantitate profundatur, ut *presentanea mors* succedat, a remanente tamen cruore extravasato facile *putrefactio*, pulmonum *exulceratio* & Phthisis exoritur, Præcipue
3. Quando fortiora *Adstringentia* in Paroxysmo adhibentur, tam *Phthisis* quàm *Hæctica* abdominalis inducitur; Phthisis quidem, a portione sanguinis per talem adstrictionem conclusâ corruptâ, & in ulcerationem deductâ; Hæctica autem abdominalis ob effectum, quem Adstringentia prius in *Venam Portæ*, quàm in pulmones exferunt.
4. Vel Hæmoptysis iterum repullulat, eo ipso autem periculum non minuit.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. *Methodus curatoria.*

1. Quando eruptio sanguinis non ita magno impetu & quantitate, verum magis moderatè succedit, sufficiunt plerumque Medicamina Orgasmm sanguinis contemperantia; ubi *Nurum* cum *Aborbente* & *Cinnab.* combinatum omnibus palam præripit.
2. Casu paulo magis urgente, lene *Anodynum* hisce Temperantibus

addatur; ubi M. P. de Cynogloss. reliquis præfertur, dos. gr. I. vel II. Eleætuarium Semin. Hyosc. albi etiam bono cum effectu dictis Temperantibus commiscetur.

3. In *effera* autem sanguinis *profusione*, & ubi *Temperantia* non sufficiunt, *Adstringentia*, urgente ita summa necessitate, in auxilium vocanda sunt, quibus tamen semper lene Anodynum commixtum esse debet. Hic *Crocus Martis Antimoniatu adstringens*, qui e crassioribus Scoriarum partibus paratur, adhiberi potest. e. g.

Recip. Croc. Martis Antimoniat. adstringent. Scrup. I.

M. P. de Cynogloss. gr. v. M. divid. in 5. part.

Item *Pulvis Sympatheticus Dygbszi*, præ aliis Hæmorrhagiis, in Hæmoptyli momentaneam efficaciam habet. *Conf. Tab. III. Caut.*

Item *species de Hyacinth.* a gr. VI. ad VIII. cum Anodyno conveniente & Cinnab. junctæ, placidissimam sæpe sedationem inducunt.

4. Revulsio & æqualis distributio sanguinis per totum corporis habitum respiciatur.
- Efficiunt hoc *Diapnoica* temperata, e. g. *Potiuncule Diapnoica*, vel, si nihil febrilis concurrat, dosi *Essent. Alexipharm.*
 - Mixtura Tonico-Nervina* e Salibus Volat. & Tinct. Alcalin. parata, effectum nonnunquam præsentaneum, cum primis Paroxysmo repullulante exhibet, quæ proinde in casu non adeo urgente, cum temperantibus pulveribus combinata, sufficere solet.
 - Revellentia* etiam *externa* hic locum & usum habent, e. g. *Ligatura, Frictiones, Sinapismi* extremorum, *fovus calidi*, manibus, & inprimis plantis pedum applicandi.
 - Vene sectio* in pede optimum quidem revellendi effectum haberet, si confectaria abessent, quæ sub Cautelis indicantur.
5. *Alvus* semper succedat, quod per præparata e *Tamarind. Passul. minor. Senna* cum *Cremore Tart.* vel per *Clysteres* obtinetur.
6. In *Declinatione Affectus* propinentur *Pectoralia Abstergentia*, ad restitantes forte grumosas in parte affecta portiones resolvendas, & motum Tonicum restaurandum.
- Laudantur* in hunc finem *Flor. Bellid. pratens. Heder. terrestr. Veronic. Urtica min.* in forma Decocti usurpanda. b)

b) Item *Sanguis Hirci* exsiccatuſ Temperantibus pulveribus admiſcendus.

c) Item Lixivium ex Unc. I. Ocul. 69. & lbj. vini paratum.

B. *Methodus Præſervatoria.*

1. Suppreſſio *fluxûs menſtrui* vel *hæmorrhoidalis* ſi anſam huic Malo dederit, revocetur per prudentem Methodum, ſuo loco commendatam.
2. In ſpecie applicatio *Hirudinum* ad hæmorrhoidalia loca quam maxime commendatur iis, qui hujus fluxûs *molimina* vel *ipſas excretionem* unquam habuerunt, quia Hæmorrhoides, legitime fluentes, Hæmoptyiſin optimè præoccupant.
3. Sub his omnibus *Vene ſectio in pede* circa æquinoctia non præmittatur, nec in adſuetis *Scarificatio*.
4. Ad æqualem diſtributionem ſanguinis conſervandam *efficax eſt Mixtura Tonica Polychreſta Stahlii* ſubinde propinata, *efficacius autem motus corporis placidus & perennans.*

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quoniam Natura in Hæmoptyiſi ita pertinaciter plerumque ſe gerit, ut e leviſſimis cauſis occasionalibus hæc ſanguinis excretionem repetat, tantò magis Methodum præſervatoriam Medicus ſibi habeat commendatam.
2. In tempore venire, & fluxum repente ſupprimere, primarium eſſe in Hæmoptyiſi, teſtantur quidem omnes Autores; *Remedia* autem, quæ e penu ſua in hunc finem proferunt, majorem communiter noxam, quam Hæmoptyiſis ipſa, inferunt.
3. Alii enim repentinam fluxûs ſuppreſſionem per *Adſtringentia* commendant; ſed quàm gravia damna per illa inducant, ſub Prognofi jam indicavimus.
4. Alii *Opiata* promiſcuè adhibent, quo infelici autem effectû, experientia teſtatur.
5. Alii *Vene ſectionem* in ipſo Paroxyſmo, nec ſine ratione, commendant; involvit autem hoc conſilium aliquas non minimi ponderis conſiderationes.
- a) In Vigore Paroxyſmi, præſertim in Junioribus ſucculentis, ſine effectû inſtituitur, niſi copioſe ſanguis educatur; quod tamen, ob multam illius jam perpeſſam jaçturam, difficultate minime caret.

b) Af-

- b) Affectus facile repullulat; nam Natura Venæ sectionem, ceu Remedium ipsi exoptatum, denuo efflagitat, & antecedentem actum Hæmoptyseos cum subsequente Venæ sectionis sæpius connectit, id est, Hæmoptysin suscitatur, sub spe securatur Venæ sectionis.
6. Docent hæc manifestissime, quod magis sit necessarium, motu nature præoccupare, quàm ad pondus & mensuram materiae corrosivæ, quæ vulgo supponitur, animum applicare.
 7. Nuxum in temperanda & coercenda Hæmoptysi incredibilem sæpiissime efficaciam præstat, conjunctis *Absorbentibus* & *Cinnabarinis*; quoniam autem effectum non prius edit, quam post unius vel alterius horæ spatium, hinc in *effera* Hæmoptysi, ubi periculum est in mora, satisfacere non potest: quare in tali casu statim *Subadstringentia* cum *Anodynis*, e. g. *Species de Hyacinth.* & *M. P. de Cynogloss.* vel fortiora *Adstringentia*, in subsidium simul vocanda, & cum pulveribus Nitroso-Temperantibus conjungenda sunt.
 8. Quando Hæmoptysis *tussim* vel *dyspnæam* relinquit, tum justa suspicio subest, quod portiones congruatæ remanserint. Hinc tanto magis necessarium erit, Remedia illa Pectoralia Abstergentia adhibere, quæ sub Methodo in Declinatione Mali commendata sunt.
 9. Admodum notabile est, quod Antiqui, ubi Hæmoptyseos mentionem faciunt, simul quoque *Prognosin*, *Phthiseos* subsequitur, adjiciant, quod apprimè cum Methodo illorum adstringente quadrat.
 10. Caveatur, ne sub prætextu Balsamicorum, vulnus consolidantium, *Myrrha* vel alia calida, quæ sanguinem in majorem Organismum concitare possent, adhibeantur.
 11. Imo ne ipsæ quidem *Pilule Stahlianæ*, licet lenissimæ, in usum trahendæ sunt; nisi Plethora per VSIONEM prius imminuta sit.
 12. In Dieta absint cibi aromatici, eligantur autem molliores & analeptici, multâ digestionem non indigentes. Potus quoque sit dilutus, vitanda spirituosa.
 13. Ante omnia *Venus* exulet, parum Patientes loquantur, & corporis atque Animi tranquillitatem conservent.
 14. Conferantur Cautelæ, quæ Tabula III, de Hæmorrhagiis ingenere traditæ sunt.

TABULA VI.
DE
VOMITU CRUENTO.

Bescha

*Tabula vi
de
Vomitu cruento.*

I. DEFINITIO.

Vomitus cruentus est evacuatio sanguinis sinceri, e Vasibus brevibus in ventriculum prius effusi, & deinde mediante vomitu rejecti; quā, incongruā licet, via Principium vitale portionem sanguinis, circa Venam Portæ molesti, excernere, & reliquum illius cursum facilitare intendit.

II. DIFFERENTIA.

1. *Vomitus cruentus* quomodo ab *Hæmoptysi* discernendus sit, Tabula præcedente jam indicatum est.
2. Differt Vomitus cruentus *ratione causarum.*
 - a) Alius enim a causis *internis* sponte provenit, & facile *stata tempora*, inprimis vero *menstrua* servat, unde *Periodicus* vocatur.
 - b) Alius autem a causis *externis & violentis* inducitur, e.g. *Vomitioris & Purgantibus* fortioribus, vel *corrosivis*.

III. SIGNA.

1. Præcedunt *Angustia & Anxietates* præcordiorum, cum tensionibus, & valde gravativis, suspiriosis pressionibus.
2. Succedit *Nausea*, & mox *conatus vomendi*, isque *major*, quam qui simplicem Vomitus respicit.
3. Tandem excutitur *sincerus sanguis*, ut plurimum copiosus.
4. *Qui* tempore intercedentis quietis *sensim* in Stomachum colligitur, & deinde novis succedentibus conatibus evacuatur.
5. *Quo* citius sanguis ille, in ventriculum collectus, excernitur, eo clarior existit; quo diutius autem ibi moratur, eo spissior, magis nigricans, & cum frustis coagulatis ejicitur.

IV. SUBJECTA.

1. *Vomitus cruentus* omnium Hæmorrhagiarum species est rarissima.
2. Familiarior est *Sexui feminino*, quam virili.
3. *Puellis Junioribus* rarius evenit, quam paulò *adultis*, intra tamen fluxus menstrui periodum adhuc constitutis.

4. Ut plurimum illis evenit, quæ fluxus mensium ataxiâ, aut plenariâ suppressione laborant, aut quibus menses maturè cessarunt. Præcipue
5. Si sæminæ plethoricæ circa finem mensium magnas turbas & impetus in abdomine experiuntur, Vomitus cruentus non raro erumpere solet.
6. Viri, quando Vomitu cruento corripiuntur, sunt communiter tales, quibus Hemorrhoides emanerunt & postea congestiones spasticosque affectus, imprimis autem dolores prementes & pungentes in sinistro Hypochondrio experti sunt.
7. Scorbutici etiam Vomitum cruentum nonnunquam incurrere observantur, post multas catarrhales affectiones jam cessantes.
8. Sic etiam, qui Febre quartana diu laborarunt, Vomitum cruentum subinde experiuntur.
9. Omnibus denique Subjectis, & cuius ætati, Vomitus cruentus a causis violentis externis obtingere potest.

V. CAUSÆ.

1. Causa materialis remotior est spissitudo sanguinis circa Venam Portæ, sive ab impeditis mensibus, sive hæmorrhoidibus, sive aliunde originem sumferit.
2. Causa magis propior est sanguis speciali congestione e Ramo Mesenterico in Ramum splenicum restrictus.
3. Causa proxima est disruptio aliqua in vasibus brevibus.
4. Causa Formalis seu Efficiens est Principium vitale, a quibuscunque causis turbatum, & in hos erroneos motus concitatum; ubi iracundia, item abusus potuum spirituosorum multum contribuere solet. Conf. Forest. Libr. XVI, Obs. 24. 25. ubi notata digna exempla occurrunt.
5. Causæ externæ violentæ, procatarticæ, e.g. Vomitus vehemens, arte inductus &c. possunt quidem Vomitui cruento ansam dare, præcipue in Plethoricis, sed longe minorem in illum habent potentiam, quam internæ.

VI. PROGNOISIS.

1. Vomitus cruentus periculo non vacat, licet enim non ita sæpius tam copiose sanguis ejiciatur, ut presentanea mors succedat, ab ita tamen facile in consuetudinem, & tunc communiter Tabem in Viris, Cachexiam autem in sæminis inducit.

2. Vel Sanguis in Ventriculo abit in *Putrefactionem*, unde talia Symptomata proveniunt, quæ vix a *Veneno assumpto* expectanda essent.
3. In junioribus puellis, viâ semel trita, facilius repullulat, quam in annosioribus, ubi intentio *sanguinea* excretionis non magis ita viget.
4. In sexu fœminino *brevius*, in virili autem *longius* durat.
5. Apud fœminas familiariter sponte iterum cessat, non idem apud viros.
6. Fœminis, imprimis junioribus, minus periculosus est, quam viris. *Ubiq̃ue* tamen, quando insolescit, deterioris est consecutionis; Præcipue si a causis violentis primam originem duxerit.
7. Vomitus cruentus, *copiosissimâ eruptione* conspicuus, vel *Adstringentium Abusu* incongrue tractatus, Oedemata, Hydropem, Hæticam, pathemata hypochondriaco-hysterica, imo spastico-convulsiva causatur.
8. *Periodicus* non ita graviter quidem est periculosus, præcipue mensium *Vicarius*, quam qui *vagus* est, si tamen opprimitur, non vero simul iterum discutitur, sanguis in *Liene* restagnat.
9. Hanc stagnationem sequitur *Strasis*, quam excipit *Inflammatiœ lienis*, corruptio denique illius sanguinis, & tandem *Vomitus niger* instar *Rob Sambuci*.
10. Eventu certissime funesto, si *initium fuerit acutum*; *Lentiore progressu*, Hydrops: *Medio modo*, graves spasticorum moliminum exacerbationes. Confer. D. D. *Stablii Theor. medic. de Vomitu cruento*.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

Methodus in Vomitu cruento eadem fere est, quam in Hæmoptysi, nempe

A. In *Paroxyfmo*.

Sanguis congestus & circa Hypochondria stagnans, discutendus, motusque Tonicus ad æqualem tenorem reducendus est. Faciunt hoc

a) in *Malo leviore*:

1) Pulveres Nitrosi, Absorbentes, Cinnabarini, singulis circiter horis repetendi. Commendantur in hunc finem Nitrum

depurat, Conch. ppt. Mater perlar. Ocul. 69, Cinnab. Antimonii; quibus Sal Digestivum addi potest, v. g. Tart. Vitriolat. Nitrum Antimoniat. *arian Dupl.*

- 2) His pulveribus accedat usus *Essent. Millefol.*, sed providus. vid. Cautel.
- 3) Vel *Essent. Adianth. albi*, quæ herba eundem specificum effectum in pathematibus Venæ portæ edere dicitur, ac Millefolium.
- 4) Adhibeatur etiam, vel cum dictis Essentiis misceatur Tinct. Tónico-Nervina Stahlii. e. g.

Recip. Spirit. C. C. rectificat.

Tinct. Tart. ana Drachm. j.

Essent. Millefol. Drachm. ij. M.

Dof. gtt. XXX. bis per diem.

- b) Quando autem necessitas magis urget, & excretio sanguinis pertinaciter continuat, prædictis medicamentis sociari debent *Subadstringentia* & lenia *Anodyna*, e. g. Spec. de *Hycinth.* Tinctur. Corall. Tinct. *Terra Catechu*, Tinct. Martis aperit. Ludovic. M. P. de *Cynoglossa*.
- c) *Revellentia* etiam externa hic in subsidium trahi possunt, licet minoris hic sint efficaciz, e. g. Ligaturæ, Frictiones, Sinapismi extremorum, fofus calidi, plantis pedum & manibus applicandi. Item Ventosarum applicatio, Pediluvia.
- d) *Adstrictio Alvi* impediatur per *Clysteres* lenientes, Salino stimulo imbutis.

B. Extra Paroxysmum.

1. Ante omnia lene aliquod *Laxans Rhabarbarinum* cessante Paroxysmo statim adhibeatur, quo satis mature evacuetur, si quid sanguinis congrumati in ventriculo restitet, e. g.

Recip. Rhabarb. subtiliss. pulverisat. Drachm. j.

Ocul. 69. ppt. Drachm. ij. M. Dof. Drachm. Semis.

Post aliquot dies repetatur.

2. Ad recursum Paroxysmi præoccupandum, *Vena Sectio in pede* circa æquinotia instituat.
3. Mensium suppressio, si in causis fuerit, congrua methodo tollatur, nam mulieri, sanguinem vomenti, menstruis erumpentibus, mali sit solutio, dicit Hippocrates.

4. Vel, ubi ab Hæmorrhoidum obſtructione Malum originem ſumferit, *Hirudines* ad hæmorrhoidalia loca applicentur.
5. Pro diverſitate Subjectorum, & craſeos humorum vitiatæ. Sanguinem & Lympham corrigentia adhibeantur. Prodeſt hic egregie *Tinct. Antimonii Tartariſat.* item *Effent. Alexiph.* *Stahlii*, præmiſſis & ſubjunctis convenientibus Laxantibus.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Millefolium*, ſive in Effentia, ſive in Infuſo uſurpatum, ut in aliis affectibus, cum Vena Portæ connexionem habentibus, ſic etiam in Vomitu cruento, ſpecificam plane efficaciam exhibet. Eſt enim leniſſimum adſtringens. Cautus autem ſit illius uſus, præcipue in viris, quia hic & alibi facile fit *nimum*.
2. Ad poſitive Adſtringentia extra *neceſſitatis* caſum non progredendum, præſertim ubi fruſta ſanguinis coagulata adhuc notabiliter rejiciuntur, nam ſanguis in Ventrículum reſtringitur, ut in putrefactionem abeat, & reliquus affluens circa Lienem abit in ſtalin, &c. & utrinque graviffima ſymptomata producant. Conf. Prognofis.
3. Sunt quidem, qui e periculis, uſui adſtringentium ſuccedentibus, eluctantur, ſed vix alii, quam *robuſtiores*; quorum vegeta natura adverſus incongruum medicamen impetum facit; *ſenſibiliores* autem ſpongioſi Hydropem, &c. macilenti Hæcticam incurunt. Conf. Prognofis num. 7.
4. *Martualia*, exceptis leniter Tonicis, prorfus abeſſe debent, item etiam *Opiata*.
5. Ante omnia caveatur a perverſa illa methodo, quæ Hypochondriacis & Hyſtericis, de Cardialgiis & aliis ſpaſticis circa Ventrículum incommodis conqueritantibus, *Emetica* præſcribit, unde non raro Vomitus cruentus provocatur.
6. Qui ſemel Vomitu cruento correpti fuerunt, caveant ſibi per totam vitam a Vomitoriis & Purgantibus fortioribus, quæ in omnibus ſanguinis eruptionibus ſuſpecta ſunt.
7. Hæc Cautela in ſpecie obſervanda eſt, quando poſt Paroxyſmum Menſes vel Hæmorrhoides revocari debent; alias Vomitus cruentus facile crudedeſcit; Hinc placidiſſima ſaltem & leniora ſunt eligenda.
8. Quæ Tabula de Hæmoptyi ſub Cautelis num. 12, ratione Dixitæ

dicta sunt, etiam in Vomitu cruento notari debent.

9. Sic etiam Cautelæ & Observationes, Tabula de Hæmorrhagiis in genere traditæ, hic sunt applicandæ.



TABULA VII. DE MICTU CRUENTO.

I. DEFINITIO.

Mictus cruentus est evacuatio sanguinis sinceri per vias urinarias, a Congestione illius ad vasa emulgentia, in renibus facta, originem sumens, & ad Plethoram imminuendam, motumque sanguinis progressivum facilitandum, ab ipsa Natura, licet erroneè, instituta.

II. DIFFERENTIA.

Mictus cruentus est vel

1. *Simplex*, seu *Spontaneus*, de quo valet Definitio; vel est
2. *Calculosus*, seu *Violentus*, qui a calculo renum asperiorè excitatur. Sed longe rarior hic est, quam vulgo creditur, innumeri enim fuerunt *Nephritici*, qui Calculos grandiores & asperos eliminarunt, sine ullo tamen vestigio Mictus cruenti. Et si omnino contingit, iusta semper subest suspicio, quod *Lithouripicorum* usus talem effectum produxerit.

III. SIGNA.

1. Mictus cruentus, quo magis spontaneus est, eo certius *tacite*, & sine ullis incommodis erumpit.
2. Vel, si omnino aliqua incommoda præcedant, sunt illa exiguz saltem spasticæ sensationes, nempe *sensiones & gravitates* in lumbis.
3. Quo magis autem a violentis causis, præcipue *Calculo*, *Vomitus* cruentus excitatur, eo certius *sensibilissimi* dolores illum comitantur.

4. *Sanguis*, qui cum urina excernitur, est sincerus & floridus, cum larga sæpius quantitate erumpens, & per temporis moram ad fundum secedens.
5. Ubi autem insignis *Urinae fædeditio* vel plane *exulceratio* in renibus præsto est, ibi sanguis magis coagulatur, & sub *Lumbricorum* forma in urina conspicitur.

IV. SUBJECTA.

1. Mictus cruentus est affectus raro eveniens, & in primis *Senioribus*, iisque *Plethoricis*, est familiaris.
2. Quando autem in juniore vel consistente ætate hoc malum observatur, in causis violentis origo querenda est.
3. *Utrique Sexui* sine peculiari prærogativa communis, videtur tamen *virilem* adhuc magis occupare, quam *fæmininum*,

V. CAUSÆ.

1. *Causa antecedens* est *Plethora*.
2. *Causa magis propior* est sanguinis hæmorrhoidalis translatio, per errorem Naturæ ad renes facta. Quamprimum enim *Hæmorrhoides* supprimuntur, sanguis ex *Ischiadicis venis* ad *emulgentes*, vix duorum pollicum spatio ab illis distans, redundat.
3. *Causa proxima* est Disruptio vasculi sanguinei in *renibus*, raro & non nisi a violentis causis, in *vesica*.
4. *Causa formalis* est Principium vitale, quibuscumque incitamentis & præfigurationibus ad hosce erroneos motus inductum.
5. *Causæ externe, violentæ & procatartice* sunt
 - a) Abusus Diureticorum calidorum, e. g. *Balsami Sulphuris*, *Olei Succini*, præcipue autem *Cantharidum*.
 - b) Motus corporis succussatorius & violentus, e. g. *Equitatio diurna & vehemens*, *Lapsus vel ictus* in regionem *lumbarem*.
 - c) Non postremæ efficaciz est Abusus *Veneris* apud senes, nam conspiratio *Renum* cum *Vasibus spermaticis* est efficacissima.
 - d) *Excandescencia Animi*,
 - e) & *Dixta spirituosa*, quæ sanguinem nimis agilem reddunt.
 - f) *Exulceratio & Calculus Renum*.
 - g) *Consuetarum sanguinis evacuationum, sive naturalium, sive artificialium, omissio*.

VI. PROGNOISIS.

Hanc succincte tradidit D. D. Stahl in *Theoria Medica* pag. 762.
& alibi, sequentibus.

1. Effectus hujus evacuationis nullus est utilis, quin præponderent *incommoda*, imo potius pericula.
2. Hoc enim malum, nisi maximè tempestivè iterum mitescat, & intentioni Naturæ per ventilationem sanguinis satisfiat, admodum contumax est, & ad irregulares excessus inclinat; ad quam contumaciam senilis ætatis indoles, tenaciter actionibus suis insistens, multum contribuit.
3. Qui in Mictum cruentum devolvuntur *Senes*, vix diu supervivunt, nisi admodum commodè & liberè hic fluxus ipsis succedat. Alias intra pauciores annos ad vitæ suæ exitum perveniunt.
4. *Mictus cruentus*, inprimis adfuetus, si repenti & incongruè cohibetur, gravia Symptomata inducit: sequuntur enim varii affectus spastici, aut tabidi, aut tumores œdematosi, hydropici, aut febres acutæ inflammatoriæ viscerum,
5. in *ſ*, sicut *Hæmoptysis* immediatè per adstringentia suppressa, ulcerationes in *pulmonibus* relinquit: ita a *Vomitu* cruento, repente cohibito, facile tales exulcerationes in *Renibus* exoriuntur.
6. Et tum, loco sinceri sanguinis, turbulenta, subcruenta materia per urinam excernitur, quæ per temporis moram consistentia admodum tenaci ad fundum secedit.
7. Quando autem & hæc excretio supprimitur, propius præsto sunt graviora, anxia, periculosa, lethalia pathemata.
8. *Vomitus* cruentus, qui primum *Violentus* fuit, potest deinde fieri *Spontaneus*.
9. *Violentus*, a Calculosa læsione Junioribus eveniens, longè securius cohibetur, quàm in annosis.
10. Denique in hac Hæmorrhagiæ specie major sanguinis jactura, citra vitæ periculum potest perferri, quàm in aliis locis, ubi vasa magis directè ad circulationem sanguinis contribuant.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. In Paroxysmo.

1. Ad Orgasmm sanguinis & nimiam illius agitationem contemperandam, propinentur: Nitrosa, Absorbentia, Cinnaba-

rina. Huc pertinet Nitrum depuratum, Mater Perlar, Ocul, 69. Conch. ppt. Cinnab. nativa, vel Antimonii.

2. Hæc si non sufficiant, *blanda adstringentia* vel interponantur, vel commisceantur, pulveribus temperantibus, modo indicatis.

a) Hic omnibus aliis palmam præripit dulce illud subadstringens, nempe *Vitriolum*, quod e *minera Martis Hassiaca*, mediante extractione cum Aqua pluviali & Crystallisatione paratur. Solvitur in aqua, & in hac forma liquida circiter Drachm. ij. pro dosi propinantur.

b) Huc etiam pertinent alia mitiora adstringentia, e.g. Corallia, Spec. de Hyacinth. Crocus Martis aperitivus Zwölf. Croc. Martis Antimoniatus aperitivus Stahlîi.

c) Paululum fortius subadstringunt: Tinct. Martis aperit, Ludovic. Tinct. Martis Solaris, Tinct. terræ Catechu.

d) Specificè magis laudari solent: *Succus urticae*, item Decoctum *Equiseti*, inprimis autem *Radix Asparagi* in forma Théè usurpanda.

3. *Alvus* semper aperta servetur; cui scopo *Clysteres* satisfaciunt, vel Serum Tamarindinum.

4. *Æqualis sanguinis distributio* promoveatur, per interpositionem *Mixturæ Tónico-Nervinæ* Stahlîi.

B. *Extra Paroxysmum.*

1. Post Paroxysmum continentur adhuc *Pulveres Temperantes & Mixtura Tonica*, ne Malum *recrudescat*.

2. Et, quamprimum opportunum tempus accedit, *Vene Sectio* præservatoria in pede instituat; quæ in futurum etiam sub prætextu Senii non facile prætermittenda.

3. Præter ea, ubi Hæmorrhoidum vel Mensium obstructio huic Malo ansam dederit, horum fluxuum ratio habeatur, per Methodum suo loco commendatam; qua occasione applicatio *Hirudinum* ad Hæmorrhoidalialia loca in *Viris* quam maximè commendatur.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.


1. Hippocrates jam observavit, quod Hæmorrhoides *Nephriticis* salutares sint; & sic etiam Mictui cruento.

2. Ingens est conspiratio Mictus cruenti & mali Podagrîci cum Hæmorrhoidibus, præcipue *externis*; quæ observatio ad affectus

*A. uib. uib.
n. d. y. u. u.
no glauca
gr.*

tales legitime tractandos eximium habet usum.

3. *Anodyna* in affectibus *Renum & Lumborum* incommodum prorsus edunt effectum, nam *effluxum* supprimunt, *affluxum* autem non intercipiunt, unde patientes in gravia pathemata abdominis conjiuntur, quæ prius non cessant, quam Mictus cruentus cum novo impetu erumpat.
4. In casu tamen *effero*, si omnino *Anodynum* aliquod necessarium judicaretur, M. P. de *Cynoglossa* reliquis præferenda, & cum pulveribus temperantibus commiscenda est.
5. In Mictu cruento *pertinaci* Herba *Equiseti* aliquem effectum præstat, in casu autem *mitiore*, quia adstringens est, ab illa abstinendum.
6. Sic etiam *Hedera terrestris* in *leniore* tantum Paroxysmo locum habet, & quidem usu successivo.
7. *Cherofolium*, in copia assumptum, aliquid præstat; alias iners. Pariter tamen urgente Paroxysmo non exhibetur, sed tantum *leniore*.
8. Schenckius commendat *Millefolium flore albo*.
9. Porro commendantur *Succus urticae* minoris recens, *Virga Aurea* Gesneri, *Pentaphyll*. Sed hæc omnia ad summam rei nihil faciunt, nisi intentioni Naturæ satisfiat per sanguinis ventilationem.
10. Causæ occasionales, finita curâ, admodum sollicitè evitentur, quia *levissima* etiam hunc affectum revocare possunt, præcipue caveatur ab iracundiâ, abusu Vini & Veneris.
11. *Topica*, quæ ordinariè commendantur, e. g. Unguent. Comitissæ, Infrig. Galeni, &c. formam magis quam effectum exhibent.
12. *Balsama acriora*, quæ vulgo ad consolidandum vulnus præscribuntur, plane rejicienda sunt, quia orgasmum sanguinis adhuc magis augent, & malum exasperant.
13. *Dizta* sit moderata, non aromatica, nec spirituosâ; motus autem corporis admodum modestus.



TABULA VIII,

DE

HAEMORRHOIDIBVS INTERNIS.

I. DEFINITIO.

Hæmorrhoides sunt evacuationes sanguinis e vasibus hæmorrhoidalibus, sive *internis*, circa profunditatem intestini recti, sive *externis*, versus orificium illius, a Natura ipsa, ad Plethoram imminuendam, & motum sanguinis progressivum facilitandum, institutz. Derivatur ab *αἷμα*, sanguis, & *ῥέω*, fluo.

II. DIFFERENTIA.

Hæmorrhoides sunt vel

1. *Interne*; ubi sanguis e ramis *hemorrhoidalibus* Venæ Portæ profundius in intestinum rectum effunditur, & deinde cum fecibus alvini eliminatur; vel
2. *Externe*; quæ e ramis *Iliacis* Venæ cavæ originem sumunt, & circa orificium intestini recti, cum expressione Scybalorum induratorum sese manifestant.
3. De internis, quæ *fluentes* etiam dicuntur, hoc loco, de externis autem Tabula de Hæmorrhoidibus *Cacis* agetur. p. 235
4. Distinguuntur porro Hæmorrhoides in
 - a) *Periodicas*, quæ stata tempora, sive menstrua, sive æquinocetia, sive anniversaria, &c. observant; &
 - b) *Vagus*, quæ sine ordine vel rarius vel sæpius recurrunt.
5. Hæmorrhoides sunt vel
 - a) *Legitime succedentes*, quarum indoles e *Signis* petenda est; vel
 - b) *Nimie*, quæ vel nimis frequenter recurrunt, vel nimis copiose prodeunt, vel per plures septimanas, aut menses continuant.
6. Hæmorrhoides etiam distinguendæ sunt a copiosis illis evacuationibus sanguinis, quas Germani *Blut-Stürzungen* vocant, & quæ post longos affectus hypochondriacos sine prævia Scybalorum excretionem cum impetu statim erumpunt, atque sine dubio e superioribus intestinis oriuntur.

*hemorrhoides
externæ
internæ*

III. SIGNA.

A. Imminentium,

1. Antecedunt, in plurimis Subjectis, varii motus tensivi, vibrativi, spastici, circa loca Venæ Portæ connexa, nempe circa Ventriculum, Mēnterium, Lienem, Hepar & intestina.
2. Præcipue patientes percipiunt Sensum aliquem, circa exitum intestini recti, ac si nucleus durus, vel pinea aut cornus ibi hæreat; & quo magis *introrsum* hic sensus percipitur, eo difficilius Hæmorrhoides perveniunt ad eruptionem.
3. Cum motibus hisce familiariter etiam concurrit Tenesmus.
4. Sunt, sed pauciores, quibus Hæmorrhoides sine ullo sensu molesto, aut cum mediocri saltem, perrumpunt.

B. Præsentium.

1. Excernitur sanguis ut plurimum *floridus* & rubicundus, in illis nempe, quibus Hæmorrhoides liberè & frequenter fluunt.
2. *Spissus* autem & nigricans est sanguis, quando fluxus rarè revertitur, & impeditè succedit.
3. Quibus circumstantiis *facies* e flavo-viridescens conspicua est, secundum Foresti observationem.
4. Cum *Urina* crassa, sedimentum rosei coloris exhibente, nonnunquam etiam Tartaream concretescentiam.
5. Loco sanguinis materia *Mucoso-subcrementa* interdum excernitur, præcipue in illis, qui legitimum fluxum nunquam habuerunt. *ut jibgiam pridon emanat*
6. Excretio autem sanguinis non obtingit spontaneo & perpetuo successu, sed expectat semper pressionem, sub exoneratione Alvi contingentem; ubi primum *Scybala*, communiter duriora, eliminantur, quibus deinde *sanguis* ipse succedit.

IV. SUBJECTA.

1. Hæmorrhoides eveniunt quidem *Sexui utriusque*, cum evidente tamen prærogativa masculini præ fœminino.
2. *Temperamento* præcipue Sanguineo-Cholerico, vel Sanguineo-Melancholico.
3. *Ætati* communiter *consistenti*, Virili nempe & Senili, imo & summa Senectuti proximæ.
4. *Qui* ætate adolescentili affectus hypochondriacos habuerunt, ac-

*urab p apph
nem spiritum
alidolum*

cedente virili ætate, si temperamentum simul conspiret, accipiunt Hæmorrhoides fluentes.

5. Quando autem *Junioribus* Hæmorrhoides fluunt, subest potissimum hæreditaria dispositio,

V. CAUSÆ.

A. Internæ.

1. Plethora, in temperamentis modo indicatis.
2. Hæreditaria dispositio.
3. Spissitudo sanguinis sæpissimè, rarius autem nimia tenuitas, contra communem sententiam, quæ tenuitatem & acrimoniam semper accusat.
4. Causæ absolutæ non suppetunt, cur excretio sanguinis per hæc specialia loca excernatur, nisi forsitan e connexione *genitali* aliquid eliciendum sit.

B. Externæ, occasionales & Procatarctiæ.

1. Violentæ abdominis concussionis, e. g. equitatio diuturna præter consuetudinem, celerior cursitatio usque ad sensum inflationis illius dolorificæ, in sinistro hypochondrio, quæ a splene dependet.
2. Vita sedentaria, otiosa, ubi compresso sæpius abdomine motus sanguinis circa Venam Portæ impeditur.
3. Evacuationum sanguinis artificialium consuetarum prætermisio.
4. Abusus potuum spirituosorum, aromatum, aloëticorum, helborinorum & aliorum calidorum: unde Hæmorrhoides in Saxonia inferiore admodum familiares, ob usum Elix. Propriet. uti in Hungaria ob Allii abusum.
5. Pertinaces alvi obstructiones, a gravioribus torminibus colicis exortæ.
6. Refrigerationes diuturnæ & frequentes.
7. Animi insignes commotiones, inprimis autem suppressa iracundia & terror.
8. *Assuetudo* etiam hic majoris est efficaciz, quam in aliis Hæmorrhagiis.
9. Infectio Venerea magis ad Hæmorrhoidum cæcærum causas referenda est,

VI. PROGNOISIS.

1. Hæmorrhoides, legitime fluentes, sunt beneficium Naturæ, & præservant ab aliis gravioribus incommodis.
2. Præcipue autem universam scenam mali hypochondriaci claudunt.
3. Hippocrates jam observavit, quod Hæmorrhoides insanientibus supervenientes, delirium solvant, Aphor. 21. Sect. VI.
4. Solvunt etiam non raro affectus pertinaces arthriticos, nempe malum ischiadicum, Gonagram, Podagram.
5. Hæmorrhoidum fluxus, diu continuans, & sæpius recurrens, infert quidem varia incommoda, vires prostrernit, & successu temporis Cachexiam inducere valet, non facile tamen tanta copia erumpit, ut præsentanea vitæ jactura inde metuenda sit. Conferantur exempla, notatu dignissima a D. D. Stahlia Theoria Medica pag. 754. seqq. commemorata.
6. Quando autem Hæmorrhoides, sive legitime, sive ad excessum fluentes, supprimuntur, longe graviora pathemata, imo vitæ pericula sequuntur.
7. Nempe: Viscerum infarctus, Scirrhi, Inflammationes, Colica, Melancholia, Mania, Vomitus cruentus, Hydrops, Icterus flavus & niger, universus mali Hypochondriaci apparatus, asthma pectoris affectio cum tussi humida, & plura alia mala.
8. Transente etiam facile Hæmorrhoides *interne*, ita suppressæ, in Motus Hæmorrhoidum *externarum*.
9. Et quando etiam tales turbantur, succedit Malum Ischiadicum, Gonagra, Podagra, Mictus cruentus, Calculus. vid. Tab. de Hæmorrhoidibus cæcis.
10. Motus Hæmorrhoidales transfugi & titubantes non solum incommodi sunt, sed etiam successu temporis periculum minantur, nam nihil *constanter* peragitur, sed ab uno tentamine ad alterum fit transitus, interea vires consumuntur, & motus hosce Colicos tandem *Paralyses* excipiunt.
11. Quibus valde junioribus Hæmorrhoides eveniunt, jugiter etiam continuant, &, ut communiter fit, minus moderate succedunt, illi raro insigne Senium attingere solent.
12. E contra quibus jam annosioribus Hæmorrhoides superveniunt, moderatis etiam & ordinatis successibus progrediuntur, his familiariter longam vitam pollicentur.

13. Hæmorrhoides quando revera *nimie* sunt, & continuo fere fluunt, labes visceris alicujus in abdomine, sive scirrhusa, sive ulcerosa fit, est metuenda.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. In Motibus tantum Hæmorrhoidalibus.

1. Quando Hæmorrhoides nunquam fluxerunt, & tamen molimina ad easdem urgent, ibi promotio illarum non promiscue commendatur, nam dubius semper est successus, & quando omnino fluxus obtinetur, in paucioribus tamen ad votum succedit, & tum universa fontica consecraria involvit.
2. Ubi itaque ratione habitus corporis & temperamenti de felici Hæmorrhoidum successu dubitandum est, ibi affluxus revellatur per Venæ sectionem in brachio, & pressio circa has partes relaxetur per *Tonico-Discutientia*, & per Infusum *Millefolii*.
3. Ut autem intentioni Naturæ omnino satisfiat, Venæ-sectio circa æquinoctia repetatur, vel assiduus & continuus labor patienti imponatur.
4. Si vero Hæmorrhoides aliquoties jam fluxerint, ibi molimina earum conveniente ratione promovenda sunt. Fit hoc commodissime
 - a) *Interne*: per Pilulas Beccheri polychrest. per Pilulas Balsamicas Stahlî, per modestum usum Elix. Proprietat. per Essent. Hellebor. nigr. e resinoso extracto cum Spiritu Vini paratam.
 - b) *Externe*: per *Hirudinum* applicationem, per tempestivam Sectionem *Venæ Popliis* aut *Mallebrum*, quæ sanè rebellibus & dolorificis istis pathematibus feliciter sæpe occurritur.

B. In ipso Hæmorrhoidum Fluxu.

1. Hæmorrhoides legitime fluentes non indigent Medicatione, sed conveniente saltem Dietâ, abstrahendo a cibis flatulentis & obstructibus, item a potu Spirituoso. Alvus bene succedat, exulent Animi commotiones. *Cur. aîda.*
2. Si vero impeditæ fluant, promoveantur eadem Methodo, quæ Tab. de Suppressionibus Hæmorrhoidum indicata est.
3. Ubi autem Hæmorrhoides revera *nimie* adsunt, & patientis vi-

res per illas notabiliter exhauriuntur, tum sequente Methodo commodissime illis succurritur.

a) *Sub ipso Fluxu.*

1) Temperantia Nitrosa & Cinnabarina exhibeantur.

Serum Tama
condinatur. 2) Quæ si non sufficere videantur, jungatur Mixtura Tonicæ Nervinæ Stahlî ad gr. xxx. ter per diem propinanda.

3) Urgente autem necessitate *lenis Anodyna* pulveribus temperantibus immisceantur. e. g. gr. I. M. P. de Cynoglossa.

4) Clysteres salutariter adhibentur.

5) Pilulæ Stahlianæ & Beccheri genuinæ fluxum nimium, nondum adeo inveteratum, egregie moderantur.

6) Denique etiam hoc præstant Specifica, circumspècto usu propinata, quorum facile princeps est *Millefolium* vel *A-dianthum album*, in Decocti vel Essentiæ forma adhibendum. *Vid. Cautel.*

b) *Extra Paroxysmum.*

1) Tempestivæ Venæ sectiones circa æquinoctia quam maxime commendantur, nam ab onere si Natura levata est, minore postea labore opus habet ad fluxum revocandum, hinc etiam eo citius ab hac excretionē desistit.

2) Exhibeantur nonnunquam *lenissima Laxantia*, inprimis Rhabarbarina, quæ biliosam acrimoniam abstergunt, quæ etiam, modeste adhibita, in ipso Paroxysmo usum habere possunt, Tenesmus enim & Nismus expressorium mitigant.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Frequens est *fluxus* hæmorrhoidalis, frequentior *Nismus* sine plenario successu, frequentissimus autem *Motus longinquus*, seu molimina in partibus remotis, nempe Splenico-Colico hypochondriaci pathemata.
2. Hinc summæ considerationis negotium est, *Motus* hæmorrhoidales in iis promovere, qui ad fluxum talem quoad habitum corporis minus dispositi sunt.
3. Sanguis hæmorrhoidalis æque bonus, ac reliquus Venarum, nisi quod mora quadam in Vena Portæ spissescat. Leges etiam circulationis talem sanguinis boni a malo selectum non concedunt, ut communiter speculationibus hoc negotium figuratur.

4. *Specifica* quando in nimio Hæmorrhoidum fluxu adhibentur, cavendum est, ne quid fiat *nimis*.
5. Traditiones enim illæ, quasi temperare saltem, non vero penitus suppressere fluxum liceret, cum grano salis accipiendæ sunt, nam longe facilius plenaria & pertinax suppressio, quam moderamen ejusdem obtinetur.
6. Notum enim satis est, quid *Millefolium* in sitendis Hæmorrhoidibus possit; Sic etiam reliqua *specificæ*, e. g. Dens Hippopot. Lap. Manat. Priapus Ceti, citius sæpe fluxum cohibent, quam expedit.
7. Huc etiam pertinet *Mus marinus*, & *Helmontii* Amuleticum remedium, nempe *Bufo* exsiccat, eadem Cautela adhibendus.
8. *Adstringentia* multo magis hic excludenda sunt, nam paucā quantitate propinata fluxum potius augent; si vero tantā copia ingerantur, ut cohibitionem inducant, sequuntur omnia illa pathemata, quæ sub *Prognosi* indicata sunt. Conf. etiam *Tabula de Suppressione Hemorrhoidum*.
9. *Martialium* decantatus usus solidam utilitatem non præstat, quia pleraque agunt *adstringendo*. Præmissis autem præmittendis, *Tinct. Martis* Ludovici, placide continuata, usu esse potest.
10. Optandum sane, ut Hæmorrhoides *suppressæ* præsertim si jam *Asciticum* aut *Hæsticum* quid succeslit grām certo & cito revocari, quam *fluentes* per talia *specificæ* & *adstringentia* suppressi possunt.
11. *Acidularum* usus nunquam suadendus est, nisi spongiosis sanguineis. Insuper hoc habet incommodi, ut Levamen, si aliquod forte afferat, vix ad annum perduret, & si non repetatur, graviora adhuc Symptomata inducat.
12. *Mixtura Tonico-Nervina*, e Sale Volatili & Tinctura Alcalina parata, fluxum *nimum* intra paucissimum profecto temporis spatium *imminuere*, imo *sedare* solet, ter vel quater de die ad gtt. XXX -- XL. exhibita.
13. In Hæmorrhoidibus longo intervallo revertentibus, inprimis si exitus sit impeditior, apud robustos & sanos, *urina* crassum sedimentum rosei coloris exhibet, apud sensibiles autem, qui dolores gravativos & tenivos circa lumbos & os sacrum habent, in urinæ emissionem crassa in fundo deponuntur granula, sabuli

- instar, saturato tamen ruffo colore conspicua, & quoniam in Arthriticis affectibus eadem granula in urina excernuntur, hæc observatio ad distinctionem non solum horum affectuum inservire, verum etiam illorum cognitionem indicare potest.
14. Quoniam intestinum *rectum* sub motibus hæmorrhoidalibus notabiliter afficitur, & intestinum *colon* de hisce motibus per consensum participat, oritur inde *Colica hæmorrhoidalis*, Hippocrati *Ileon Hematides* dicta; quod adeo verum est, ut vix unquam tormina durabilia colica (præter causas externas) ulli homini eveniant, nisi quæ ad motus hæmorrhoidales tendant.
 15. Idem sentiendum est de connexionione *rami splenicis*, unde in Motibus hæmorrhoidalibus non solum *Splen* annexum, verum etiam mediante vase brevi ipse Ventriculus simul afficitur.
 16. Motibus hæmorrhoidalibus jungunt se communiter etiam Nephriticis affectus, unde multi Hæmorrhoidarii observantur simul calculosi. Et, vice versa, qui Nephriticis affectibus, imo ipso calculo *Renum* torquentur, ad Hæmorrhoides proclives sunt.
 17. Quibus Hæmorrhoides *raro*, præcipue *extra* vernum & autumnale tempus accidunt, illis plerumque tumultuariè & minus ordinate succedunt.
 18. Motus hæmorrhoidales, quo magis se exerunt in regione Hepatis, Splenis, Ventriculi & superiorum intestinorum, eo pertinacius durant, finem autem excretionis sanguinis difficilius attingunt.
 19. Si autem circa Mesenterium, & inferiora intestina motus obtinunt, doloribus nempe gravativis per longitudinem ossis sacri, &c. tum major spes est ad sanguinis eruptionem.
 20. Motus hæmorrhoidales *interni* per calida Diaphoretica & regimina facile in Motus externos transeunt: Unde facile affectus *Podagrici*, & in fœminis *Epileptici*, succedunt.
 21. Pari ratione Motus *externi* in *internos* transeunt: unde palindromes deducendæ sunt, quæ Podagricis obtinunt, ut, stupefactis scilicet externis doloribus, præsentissimè internas angustias, Cardialgias, Vomitus, Phlogoses & inflammationes Ventriculi incurrant,

TABULA IX.

DE

FLVXV HEPATICO.

Quantum de Affectu hoc *variore* observare contigit, exerit sese sequentibus signis.

I. *SIGNA.*

1. Excernitur humor, per alvum loturæ carniū similis.
2. Concurrunt dolores tendentes in abdomine, & spastici motus circa lumbos.
3. Qui motus spastici nonnunquam in latus dextrum, versus Hepar, se extendunt.
4. Nonnulli Patientes vix ullum hujus rei sensum habent, neque ullis doloribus afficiuntur.
5. In nonnullis Tenesmus accedit.

II. *SUBJECTA.*

1. Occupat Fluxus hic inprimis *Mares*, & quidem *medix ætatis*, juvenes scilicet & viros,
2. Temperamenti Sanguineo - Plegmatici,
3. Et vitæ sedentariæ addictos.

III. *DIFFERENTIA.*

Fluxus hepaticus distingui debet a Dysenteria : Nam

- a) in Dysenteria excrementa *sanguine* magis vel *marco albo* tincta sunt, in fluxu autem hepatico humor *loturæ carniū* instar excernitur.
- b) Dysenteria Motibus febrilibus, modo lenioribus saltem, modo acutis, conjuncta est, fluxus autem hepaticus nunquam.

IV. *CAUSÆ.*

1. Antiqui accusabant debilitatem hepatis, sanguinem neque bene attrahentis, neque recte retinentis, unde lapsus ejusmodi sanguinis ad intestina oriatur.
2. Videtur autem conspirationem habere cum Hæmorrhoidibus : Et sicut in vitio Mensium tales decolorationes sanguinis sæ-

pius contingunt, sic etiam verosimiliter in vitio hæmorrhoidum.

3. Et sic easdem etiam cum illis causas habere conjicimus.

V. *PROGNOSIS.*

Fluxus hic nullius quidem adeo periculi observatur, quando tamen diu continuat, vires admodum prostermit.

VI. *METHODUS MEDENDI & REMEDIA.*

1. Quoniam Fluxus Hepaticus pro affectu hæmorrhoidali diducatur, eadem etiam Methodo, quæ sub impedito Hæmorrhoidum negotio commendata est, omni jure tractatur, nempe Remediis mediocriter temperantibus & abstergentibus, cum lenibus laxantibus.

2. Per aliquot itaque dies Rhabarbarum a Scrup. I. ad Drachm. semis, vel Pilulæ Stahlianæ propinari possunt.

3. Deinde Temperantia & Abstergentia Salina adhibeantur, e. g. Nitrum, Tartar. Vitriolat. Arcan. duplicat. Nitrum Antimoniat. Sal Centaur. min. Card. Benedict. Absinthii, Mater Perlar, Conch. ppt. Ocul. Cancr.

4. Denique Mixtura Tonico-Nervina Stahlianæ propinetur.

VII. *CAVTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.*

1. Religioni sibi ducebant Veteres, per adstringentia hunc fluxum tractare, & hoc quidem omni jure, nam a directa illius cohibitione idem haud dubiè damnum expectandum erit, quod ab aliis fluxionibus, per adstringentia incongruè suppressis, inducitur.

2. Humores serosi, corrupti, per amara optimè corriguntur, & per Laxantia mucoso-aquosæ partes eliminantur. Hinc Rhabarbaro, supra commendato, Herbx amaræ & radices resolventes addi possunt, e. g. Herb. Fumar, Centaur. min, Rad. Ari, Ostrutii, Levistici, &c,

TABULA X.
DE
FLVXV MENSIVM ORDINARIO
ET NIMIO.

I. DEFINITIO.

Fluxus Mensium est evacuatio sanguinis sinceri, fœminino sexui propria, qua singulis ordinarie mensibus notabilis illius portio, sœtui nutriendo specialiter destinata, per genitalia excernitur, omnibus illis annis, quibus ad gestandum idoneæ quidem existunt, actu autem ipso a negotio generationis immunes reperiuntur.

II. DIFFERENTIA.

1. Fluxus mensium est vel imminutus, vel ordinatus, vel nimius.
2. De fluxu *imminuto* Tabula de Suppressionione Mensium agetur; ordinatus autem & nimius hac Tabula comprehendentur.
3. *Nimius* fluxus non debet confundi cum ordinario *largiore*, ubi quidem copiosa sanguinis excretio contingit, & incommoda quædam gravativa & tensiva, præcipue ante eruptionem, sentiuntur; quæ tamen sub ipso adhuc fluxu notabiliter mitescunt, & patiens deinde aspectu sano ac satis bona constitutione fruatur: In *nimio* autem fluxu graviora Phænomena occurrunt, ut e *signis* illucescet.

III. SIGNA

A. *Fluxus ordinati.*

1. Exerit sese hic fluxus cum pubertate fœminina, anno circiter decimo quarto.
2. In otiosis, & diætâ plena atque calida gaudentibus, paulo *primis*; in laboriosis autem notabiliter *serius* exoritur.
3. Præ omnibus aliis Hæmorrhagiis hic fluxus stata servat tempora; recurrit enim ordinarie singulis mensibus, computando a die illo, quo erupit, usque ad diem novæ eruptionis.
4. Ubi fluxus legitime succedit, excernitur sanguis *sincerus*, &

quidem tranquillè ac moderatè, ita ut vix aliqua incommoda adferat.

5. Exceptis illis, quod a restrictione sanguinis circa interiora aliquas angustias, & difficilem aliquo modo respirationem persentiscant, præcipuè, quando corpus fortius commovent, vel scalas aut colles ascendunt.
6. In Peripheria autem corporis apparet subsidentia partium & exinanitio vasorum cum aspectu pallido & constricto.
7. Quo magis vero impeditè menses fluunt, eo majora incommoda patientes persentiscunt, nempe pressiones & tensiones in abdomine, præcipuè circa uteri atque sinûs regionem; quibus fastidium Animi communiter accedit.
8. Durat hic fluxus, pro differentiâ Subjèctorum & reliquarum circumstantiarum, per tres, sex, imo novem dies, quo tempore sanguis prioribus diebus paululum largiter e genitalibus excernitur, posterioribus autem notabiliter remittit, donec sensim penitus subsistat.
9. Extendit sese hic fluxus ordinariè ad quinquagesimum usque annum; quo tempore intentio Naturæ ad concipiendum & gestandum cessare observatur.
10. In multis, præcipuè laboriosis, prius cessat; in paucioribus vero quinquagesimum annum transcendit.

B. Fluxus nimii.

1. Antecedunt vel concomitantur fluxum *nimum*
 - a) Insignes circa præcordia anxietates.
 - b) Vagæ horripilationes & phlogoses.
 - c) Ebullitio sanguinis.
 - d) Siccitas oris.
 - e) Respiratio difficilis.
 - f) Gravitas artuum, & lassitudo totius corporis.
 - g) In specie autem variæ pressiones & torsiones in abdomine, præcipue circa os sacrum.
2. Hæc incommoda excipit fluxus ipse, isque *impetuosus*, seu ad minimum *copiosus*, interdum etiam cum frustorum coagulationum excussione conjunctus.
3. Durans justo diutius, ad duas vel tres septimanas;
4. Vel nimis citò, & ut plurimum inordinatè recurrens, e. g. singulis duabus aut tribus septimanis,

5. Relinquens veram debilitatem, cum malo colore, magis magisque increbescente, conjunctam.

IV. SUBJECTA.

1. Quod fluxus mensium omnibus sœminis competat, quæ intra annos supra notatos vivunt, & extra tempus gestationis, aut Lactationis sunt constitutz, adeo certe verum est, ut pauciores illæ, eodem destitutæ, gravia incommoda & damna certissime incurrant.
2. Fluxus autem *nimius* in pauciora Subjecta cadit, nempe
 - a) in Cholericis-Melancholicis, & quæ insignibus animi commotionibus obnoxie sunt.
 - b) Quæ ad tempus plenariæ mensium cessationis accedunt, ubi notabilis plerumque excessus observatur.
 - c) Quibus post abortus vel Molæ exclusionem insignis erosio variorum uteri inducta est.
 - d) Quibus fortiora *Emmenagoga* adhibita sunt.

V. CAUSÆ

A. Fluxus Mensium ordinariis.

1. Causa *antecedens* est intentio specialis ad fœtum nutriendum.
2. Quando autem hic finis ob varia impedimenta & circumstantiales rationes obtineri non potest, Natura hanc sanguinis abundantiam per eadem loca excernit, quibus illa destinata erat.
3. Quod autem *precise* singulis ordinariis mensibus hæc excretio contingat, videtur rationem *critica periodi* fovere. Conf. *Programma D. D. Stahlî de fluxu menstrui, quatenus menstrui, causa.*
4. *Grumofitas* itaque sanguinis, vias obstruens, & sic fluxum mere passivum constituens, illis relinquitur, qui tali speculatione satis sibi facere, & universum hujus fluxus negotium talibus causis exhaurire putant.

B. Fluxus mensium nimii.

1. Causa *antecedens* est Plethora, præcipue in Temperamentis Cholericis-Melancholicis, cum vasibus capacioribus, & habitu corporis constricto præditis.
2. Causa magis *proxima* est *Orgasmus* sanguinis, quacunque ratione inductus,

3. His internis causis adnumerari possunt *hereditaria* dispositio & *Consuetudo*.
4. Causæ *externæ* & *adventitiæ*.
 - a) Evacuationum artificialium assuetarum neglectio.
 - b) Frequens exclusio Abortus.
 - c) *Specialissime* Concrementa e reliquiis secundinarum repullulantia.
 - d) Vel, quod tamen rarius, *Mola* aliunde subnata.
 - e) Erosio insignis vasorum uteri.
 - f) *Emmenagoga* fortiora, obstructioni hujus fluxus opposita.
 - g) Corporis & Animi vehementes commotiones, ubi iracundia facile princeps est.
 - h) Dizta aromatica & spirituosa.

VI. PROGNOSIS.

1. Mensium fluxus, quo magis cum *phasibus Lunæ* notabilioribus conspirat, eo melius, tranquillius & ^{*liberius*} ~~impeditius~~ succedit.
2. Quando menses, qui *largiter* & copiose fluunt, statim pro fluxu *nimio* reputantur, & variis artificiis cohibentur, plurima inde mala proveniunt. Conf. Tab. de *Suppressione Mensium*.
3. Imo ipse *nimius* fluxus, si incongruè per adstringentia &c. supprimitur, longè majora damna inducit, quam si relictus sibi soli fuisset.
4. Succedunt enim, immediate quasi, suffocationes hysterico-epilepticæ, & universus apparatus, qui mensium ambit suppressionem.
5. Incommoda a fluxu nimio manifestant sese potissimum circa negotium generationis: sive enim majores molestias tempore gestationis & partus perferunt; sive facile abortiunt; sive plane steriles reperiuntur.
6. Tandem status *Cachecticus*, *Hydropicus* vel *Phthificus* subsequitur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Quod *ordinarius* & moderatus mensium fluxus nulla medicatione indigeat, sed quovis potius modo fovendus sit, per vulgus satis notum est.
2. Ipse etiam *largior* fluxus consultius toleratur, quam inhibetur. Præstat tamen *Nitrosa* & *Temperantia* cum *Pilulis Stahlî* vel
Bec-

Beccheri *ante* & *sub* ipsum fluxum in subsidium vocare.

3. Fluxus autem *nimium* sequente methodo tractatur.

in Paroxysmo.

- a) Paucis diebus ante eruptionem, & sub ipso fluxu, ter per diem propinentur pulveres, qui Orgasmm sanguinis contemperent. Huc pertinent Nitrosa, Absorbentia, acido Cetri vel Tartari saturata, & Cinnabarina.
- b) Eodem tempore, versus somnum, quotidie exhibeantur Pilulæ Beccheri genuinæ, vel, quod melius, Stahlianæ, quæ specificâ quadam energiâ nimium fluxum placidè moderantur.
- c) Hæc methodus aliquoties repetatur, ita ut dicti Pulveres & Pilulæ singulis mensibus, per sex circiter dies, tempore videlicet instantis & præsentis fluxus propinentur: quibus decenter observatis, affectus hic, alias pertinax, non raro ad justum moderamen reducitur.
- d) Quod si vero casus quidam rebellis occurreret, ubi hæc methodus sine effectu adhibita esset, ibi Subadstringentia, seu potius *Tonica* cum lenibus Anodynis addi possent. Huc pertinent: Species de Hyacinth. Corall. ppt. Tinct. Corall. Tinct. Mart. Ludov. Crocus Mart. Antimoniat. aperitiv. Stahlîi, M. P. de Cynogloss. Semen Hyosc. alb. e. g.
Recip. Nitr. depurat.

Conch. ppt. & acido Tartari saturat. ana Drach. II,
Specier. de Hyacinth. Scrup. I.

Corall. præparat. gr. XXV.

Cinnab. opt. Drachm. semis.

M. P. de Cynogloss. gr. XV.

M. f. Pulv. singulis ternis horis ad Scrup. I. exhibendus.

- e) Revulsiones *externæ*, si omnino necessariæ videantur, *Ligatura* extremorum reliquis præferenda est.

Extra Paroxysmum.


- a) Venæ sectio plurimum hic prodest, sive in brachio, sive, sine omni trepidatione, in pede instituta, modo tempus *intermedium* observetur, ut nempe 14. circiter dies ante novum insultum suscipiatur.

b) Octo dies ante, quam menses de novo erumpant, Mixture
Tonico - Nervina Stahlī ter per diem salutariter exhibetur,

VIII CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quod Luna absolutum imperium in hunc fluxum non habeat, experientia toto die testatur, multæ enim extra Lunæ phasæ eundem experiuntur.
2. Exspirarunt propemodum antiquæ naxiz de Venenositate & impuritate sanguinis menstrui : quæ enim de corruptione *musti, cerevisiæ, exarescentia plantarum, obfuscatione speculorum*, ob tactum, vel solum obtutum *menstruate*, vulgo circumferuntur, multâ experientiâ satis refutantur.
3. Licet etiam hic sanguis, per uterum & partes spermaticas oberans, *orgastica* aliqua inquinamenta concipere possit, tanti tamen non sunt momenti, ut effectus ita notabiles præstare queant.
4. Et quando Leges *Mosaice* hunc sanguinem impuritatis accusant, innititur hoc non crassis physicis, sed sublimioribus fundamentis.
5. Excernitur hic sanguis non tantum per vasa, in ipsa uteri cavitare contenta, quæ minus capacia sunt, sed potissimum etiam per *hemorrhoidalia*, quæ ad cervicem & collum uteri porriguntur ; unde tam præsens est consensus hypochondriorum cum utero, ut varia pathemata circa Venam Portæ excitentur, quamprimum fluxus hic non recte succedit.
6. Quam maxime etiam notandus est consensus *primarum viarum* cum utero, nam exinde dilucescit ratio, cur cibus *apeptus* tempore mensium commestus, e. g. panis calidus, varia frixata &c. præsentaneam fluxûs inhibitionem afferant.
7. De fluxu mensium *nimio* idem verissimum est, quod Tab. IX. de hæmorrhoidibus nimiis sub *Cautelis* diximus; nempe longe facilius plenariam suppressionem, quam justum illius moderamen obtineri, si *adstringentibus*, imo etiam *specificis promiscue* tractetur.
8. Venæ sectio, sub Methodo præservative commendata, tanto magis necessaria est in illis, quarum menses antea *largiter* vel *nimum* fluxerunt, jam vero per ætatis rationem ad finem properant : alias *finis* mensium fit *initium* multorum malorum. Conf. Dissertat. D. D. Stahlī de *fine mensium*, 9. Quæ

9. Quæ *Tabula IX.* sub *Cautelis* num. 6. de *Specificis* diximus, hic etiam observanda sunt; licet enim non tam positive adstringant, sed *specificè* magis effectum suum præstent, non promiscue tamen, nec nimis confertim, exhibenda sunt.
10. Hippocrates *Sect. V. aphor. 50.* inquit: Mulieri si menstrua velis cohibere, cucurbitam quam maximam ad mammas appone. Sed hoc consilium cautiùs, & non, nisi præmissâ *Venz* sectione, assumendum est.
11. Quæ damna *Opium*, in *Hæmorrhagiis* frivole usurpatum, inferat, præcedentibus *Tabulis* jam indicatum est.
12. Quando sæminx, *nondum maritate*, de nimio mensium profluxu, eoque cum impetu, violentiâ insigni & fructis coagulatis conjuncto, conqueruntur, res plerumque est suspecta; exceptis illis casibus, ubi ad referandos menses fortiora *PELLENTIA* diu usurpata sunt, vel specialissima *Animi sensibilitas* cum vita sedentaria concurrat.
13. Quemadmodum mensium fluxus ordinariè circa finem secundi septenarii incipit, & sub finem septimi iterum cessat, sic dantur exempla, licet rariora, ubi jam sub finem primi septenarii menses erumpunt, & satis maturè cessant; quæ festinatio autem, seu potius præcipitatio *Naturæ*, raro summam senectutem pollicetur.
14. Tempore menstruo, præcipuè ubi fluxus nimius est, caveant sibi patientes ab omni refrigeratione, inprimis pedum, a terrore, ab iracundia, a violentis corporis motionibus, a dixta crassiore aromatica & spirituosâ.



TABULA XI.
DE
FLVXV LOCHIORVM ORDINARIO
ET NIMIO."

I. **D**EFINITIO.

Fluxus Lochiorum est Evacuatio, solis puerperis propria, qua mediante post partum, sive *legitimum*, sive *abortivum*, seu etiam *Mola* exclusionem, sincerus sanguis per priores dies e genitalibus excernitur. Derivatur a λέχομαι, cubo.

II. **D**IFFERENTIA.

Fluxus Lochiorum est vel

1. *Legitimus*, qui post partum, legitime exclusum, contingit, & sive *ordinate* & moderate, sive *nimum* succedit; vel
2. *Abortivus*, qui Abortum non tam sequitur, quam potius illum antecedit, aut sub actu exclusionis enormiter perumpit,
3. Suppressionem Lochiorum Tabula XIV. exhibebit.

III. **S**IGNA.

A. *Legitimi*.

1. Excretio *sanguinis* e genitalibus per 8-10-12-14. imo plures adhuc dies, statim post partum initium sumens.
2. Prioribus quidem diebus sanguis magis sincerus, grumosus, coagulatus, aut ad minimum humor cruentus, excernitur.
3. Post quartum vel quintum diem hæc excretio cum odore gravi, nonnunquam plane fetido, conjuncta est.
4. Posterioribus autem diebus humor magis magisque flavescit, donec tandem prorsus palleat, & ultima excretio Lymphatica existat, quæ neque *coloribus* insolitis, neque *odoribus* fetidis inquinata apprehenditur.
5. Hæc omnia *ordinarie* successibus moderatis, & proportionatis procedunt, ita, ut fluxus sub initium *largiter*, successive autem sensim *moderatim* sequatur, donec tandem prorsus subsistat.

6. Quando autem *Secundine* diutius retinentur, vel portio illarum avulsa in utero restitat, vel alix accidentales causæ accedunt, tum fluxus Lochiorum facile *excedit*, & varia spastica incommoda in abdomine & circa uterum inducere solet.

B. *Abortivi.*

1. Conspicua gravidatis indicia, quæ antecedunt, videatur Tabula de affectibus gravidarum.
2. Ante, quam Abortus excluditur, sanguis ordinarie leniter & modeste profluit, deinde autem enormi copia & impetu effunditur.
3. Vel statim sub initium cum tali violentia erumpit, præcipue ubi corporis vel animi insignes commotiones præcesserunt.
4. Hanc sanguinis profusionem sequitur ipsius *Abortivæ* eliminatio, sive prorsus immaturi, sive maturioris, sive alius concrementi, seu Molæ.
5. Coniunctis ut plurimum anxietatibus, & Lipothymiis, nec non spasticis in abdomine doloribus.
6. Ubi autem Abortum jam aliquoties perpeßæ sunt, ibi negotium minore difficultate, & paucioribus incommodis succedit.

IV. *SUBJECTA.*

1. Fluxui Lochiorum *ordinario* obnoxix sunt omnes puerperæ, quæ partum legitimum excluderunt.
2. *Nimum* autem fluxum facile incurrunt
 - a) Plethoricæ.
 - b) Temperamenti præcipue Cholericæ - Melancholicæ.
 - c) Quæ insignibus animi pathematibus obnoxix sunt.
 - d) Diæta vinosa & aromatica gaudentes.
 - e) Quæ fluxu mensium antea *nimum*, vel tamen notabiliter *largiorem* habuerunt.
 - f) Nec Venam secandam tempore medio curarunt.
 - g) a Laboribus liberæ viventes.
 - h) In specie *Abortivo* fluxui obnoxix sunt, quæ aliquoties jam Abortum excluderunt, vel in puerperio, proxime prægresso, minus rectè expurgatæ sunt.

V. *CAUSÆ,*

A. Fluxus legitimi & moderati.

1. Hujus causa est omnino *Plethora*, quam provida Natura, hac occasione opportuna, imminuere intendit.
2. Licet enim abruptio secundarum a tenerrimis ramulis uterinis causa occasionalis utique habenda sit, docent tamen universae circumstantiae, quod activè magis, quam passivè, hic fluxus considerari debeat.
3. Inprimis hoc illustrat proportionata illa, & moderata, per plures dies continuans, sensim sensimque deficiens *excretio*, quale quid in nulla Haemorrhagia passiva, a solutione continui orta, observatur.

B. Legitimi nimii.

1. Quoad causam generalem cum ordinario fluxu convenit.
2. Causae occasionales praecedente membro, in Subjectis, plurimum indicatae sunt.
3. His adhuc adjicimus
 - a) Secundarum insufficientem excretionem.
 - b) Usus pellentium & sanguinem fortiter commoventium, sub partus difficili exclusionem.

C. Abortivi.

Causa, cur Abortus excludatur, in *moralitate* magis, quam materialitate, quaerenda est, inprimis quando jam aliquoties contigit.

VI. PROGNOISIS.

1. Fluxus Lochiorum, legitime succedens, insignis est utilitatis; deficiente autem illo, plura incommoda & pericula inferuntur. Vid. Tab. XIV. de suppressione Lochiorum.
2. Prae omnibus aliis Haemorrhagiis hic fluxus *excessivi* expositus est, quod satis confirmat, causam non simpliciter a passivo sanguinis lapsu, sed potius ab activa excussione dependere.
3. Magis adhuc hoc confirmant circumstantiae fluxus *Abortivi*: nam quò immaturior ille, a tertio inde mense, existit, eo gravior Haemorrhagia exclusionem illius ordinariè comitatur.
4. Lochia, quando mediocriter saltem excedunt, minus quidem periculum minantur; quando autem prodigiòse & cum impetu sanguis effunditur, patientis vires intra paucas horas insigniter exhauriuntur, imò penitus consumuntur.
5. Licet etiam cum tali impetu sanguis non erumpat, diu vero con-

continuet, vel per brevia intervalla recurrat, non exiguz tamen est considerationis: nam uterus non sufficienter expurgatur, unde postmodum novus facile Abortus succedit, vel Sterilitas inducitur.

6. Ubi sanguis copiose jam profluxit, ibi Abortus nullâ ratione impediri potest; licet optima *cohibentia* & *confortantia* adhibeantur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Fluxus Lochiorum *moderatus*, nullâ indiget medicatione, ad præcavendos tamen sive excessus, sive defectus, aliaque Symptomata præoccupanda, Pilulæ Stahliz per novem priores dies quotidie ad gr. XV. propinari possunt.

2. Fluxus autem *nimius* eadem fere Methodo tractatur, ac nimius fluxus *mensium*, nempe

a) exhibentur ter per diem Remedia, quæ Orgasmm sanguinis contemperent, videlicet Absorbentia & Nitrosa cum pauca Cinnabari combinata.

b) Versus noctem autem dosis Pilularum Stahliz porrigitur, & hac ratione quotidie continuatur.

c) His non sufficientibus, ab aliis remediis operæ pretium vix expectandum erit; probari tamen adhuc possunt *mitiora cohibentia*, & *lenia Anodyna*, e. g. Spec. de Hyacinth, Corallata, Crocus Mart. Antimoniat. tenerior, Tinct. Vitriol. Mart. Ludov. Item Millefol. sive in forma Infusi, sive extracti ad gr. I-II. pro dosi. *quæ ad gr. m. p. de Cynog. 113*

d) Quando constat, quod Secundinæ vel in totum, vel ex parte restitent, usus Pilularum Stahliz tanto magis commendatur.

Possent etiam illarum exclusio promoveri per *Hepar Anguillæ* ad Scrup. I. cum potione Analeptica propinatum.

3. Fluxus Abortivus eandem exposcit Medicationem ac *nimius*: ubi enim profusio sanguinis præsentissimum lethalem exitum minatur, & Lipothymici affectus superveniunt, ibi Spectatorem agere non convenit, sed exclusio fœtus vel Molæ quantocyus promovenda est, per dosin Pilularum Stahliz, quæ prius solvi & post 12. horas, si necessarium erit, repeti possunt.

Ubi autem Pilulæ hæc non ad manus sunt, Hepar Anguillæ usurpari debet.

4. Ad fluxum Lochiorum *nimum* præoccupandum commendantur
 - a) Venæ sectio in brachio circa medium gestationis tempus administranda; imo, si reliquæ circumstantiæ exigere videntur, etiam circa *instantem partum* repetenda.
 - b) Ligatura abdominis post legitimam fœtus & secundinarum exclusionem.
 - c) Quieta & tranquilla animi & corporis continentia; inprimis abstinencia ab affectata illa orthostadia, & multis fermocinationibus.
5. Ad novum Abortum præcavendum commendatur
 - a) Sufficiens uteri expurgatio mediamentibus Pilulis Stahlî statim post illius exclusionem per plures dies propinandis.
 - b) Venæ sectio in brachio circa illud tempus, quo antea Abortus exclusus est.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Puerperæ tanquam *vulnerata* considerandæ sunt, quibus e *levissimis* etiam causis febres inflammatoriæ accedere possunt. Hinc a Remediis, sanguinem fortiter commoventibus, quovis modo abstinendum, in ipsis adeo Phlegmaticis, nedum Sanguineo-Plethoricis.
2. *Adstringentia* itidem, quantum unquam fieri potest, evitentur; quando autem urgente casu necessaria judicantur, parcius adhibenda sunt, interpositis Temperantibus, & Diapnoicis, ne febres inflammatoriæ accedant, vel Hydrops aut Hæctica subsequatur.
3. In omnibus Hæmorrhagiis, ubi *nimum* factum esse videtur, *Alexipharmaca* moderata locum habent.
4. *Alvum* provocare per communia laxantia non decet. Ubi itaque Pilulæ Stahlîanæ defunt, *Clysteræ* emollientes commodissimè adhibentur.
5. Sæpe observatum est, quod *Pilule Stahlîanæ*, Puerperis per novem dies exhibitæ, prioribus ne unicam quidem sedem produxerint, patientes autem fluxum Lochiorum ad vota & cum optima euphoria habuerint. Quod sane negotium, rectè pensitatum, satis demonstrat, Pilulas hasce nullam Naturæ vim inferre, sed illius *intentioni* apprime respondere.

6. Idem etiam observare licet, quando Pilulæ Beccheri, sed genuinæ, puerperis, modo non ita sensibilibus, offeruntur.
7. Pro restaurandis viribus *Analeptica* locum habent, ubi in adfuetis *potus vinosus* non reformidandus est. Conducit etiam usus vini *medicus*, id est, cochlear unum vel alterum vini Canariensis, Malvatici, Hispaniei, subinde exhibendum.
8. *Species de Hyacintho* in omni nimio fluxu merentur laudari, nam præter virtutem tonicam & subadstringentem, *Analepticum* quid simul fovent.
9. Ubi talis jactura sanguinis contigit, caveant sibi patientes, non tantum ab animi & corporis, verum etiam *sensuum* commotionibus, e. g. a limpida & splendida luce, oculis nocente.
10. *Potus* magnâ circumspeditione puerperis porrigendus est, *calidus* enim, multo magis autem *frigidus*, facile tormina & flatus potest excitare. Hinc *tepidus* saltem offeratur, *refracta*, sed tamen sufficiente, portione.
11. Magis profunt: Decocta *hordei* excorticati, *avenæ* excorticat. *Juscula tenuia*, cum sufficiente conditura aromatica, addito non nisi momento *Macis* seu Nuc. Moschat. *Juscula vinosa*, postquam Spirituositas in vase aperto per ebullitionem avolvit, addendo dimid. part. aquæ fontanæ, modicum Sacchari, vitellum ovi, pauco bono butyro, & tantum *Croci*, ut jusculum moderate tinctum sit. Sed hæc omnia in statu Lochiorum ordinario & moderato.
12. *Potus cerevisiarius* fermentans puerperis minus conducit.
13. Abortus quando contigit, soli Naturæ negotium non relinquendum est, quia non facile sufficit, uterum recte expurgare; unde non raro postea novus Abortus exoritur; ad quem præcaendum tanto magis sollicitè observentur, quæ sub *Methodo* commendata sunt.
14. Conferatur etiam Tabula de affectibus puerperarum.

⊙) ○ (⊙

TABULA XII.

DE

SVPPRESSIONE HAEMORRHAGIAE NARIVM.

I. DIFFERENTIA.

1. Suppressio Hæmorrhagiz Narium est vel *critica*, vel *non-critica*,
2. *Non-critica* suppressio triplici modo consideranda est.
 - a) Vel enim actualis narium Hæmorrhagia nunquam adfuit, & tamen *motus* adsunt molesti, qui eandem respiciunt, & exprimere conantur;
 - b) Vel hæc excretio antea familiaris fuit, per datas autem occasionales causas suppressa est, & varia pathemata, infra alleganda, induxit;
 - c) vel cessavit hic fluxus per *etatis* rationem.
3. Hæc distinctiones usum suum practicum in tractatione therapeutica exhibebunt.

II. SIGNA.

Hæc desumuntur a Symptomatibus, quæ hanc suppressam Hæmorrhagiam excipiunt; Sunt hæc

1. Congestiones & restrictiones sanguinis versus *caput*, unde proveniunt
 - a) Varii affectus Cephalalgici.
 - b) Ophthalmia, imo Cataracta.
 - c) Oralgia & tinnitus aurium.
 - d) Odontalgia.
 - e) Erysipelas faciei.
 - f) Tumores parotidum.
 - g) Affectus faucium inflammatorii.
 - h) Tumores uvulæ & tonsillarum.
2. Translationes hujus sanguinis ad *pettus*: hinc sequuntur
 - a) Palpitatio cordis.
 - b) Asthmata, præcipue sicca,

c) Cas

- c) Catarrhi suffocativi,
- d) Hæmoptysis.
- e) Phthisis.
- f) Pleuritis & Peripneumonia,
- g) vel aliæ febres acutæ aut hæcticæ.

III. *SUBJECTA.*

1. Hanc suppressionem facile incurrunt, quorum temperamentum, antea Sanguineum vel Cholericum, jam in Phlegmaticum aut Melancholicum degeneravit.
2. Personæ, quæ diutam *vinosam* in cerevisariam vel plane aquosam commutarunt. Dantur enim exempla, ubi Hæmorrhagia narium, per aliquot annos suppressa, reversa est, quam primum pristina diutè vinosa iterum reassumta fuit.
3. Item quæ vitæ genus laboriosum in sedentarium permutarunt.
4. Quæ ad ætatem consistentem accedunt, ubi partes, antea huic excretioni dicatæ, magis jam densatæ sunt, unde Natura motus hosce aliorsum dirigit.
5. In specie, quæ sequentibus causis obnoxie fiunt.

IV. *CAUSÆ.*

1. Causa interna est
 - a) vel *Spissitudo* & mucositas sanguinis;
 - b) vel non raro *Orgasmus*, seu expansio illius.
2. Causæ occasionales, quæ sanguinem reddunt *spissum* & mucosum, sunt
 - a) *Tristitia* continua, quæ etiam simul Naturam facit abjectam.
 - b) *Adstringentia* & *Styptica*, præmature sub ipso fluxu adhibita.
 - c) item etiam *refrigerantia* externa, *opiata*, &c.
 - d) Domicilia humida.
3. Causæ autem, quæ *Orgasmus* sanguinis inducere, & hinc Hæmorrhagiam impedire solent, sunt
 - a) Excandescencia animi.
 - b) Vehementes corporis motiones. Huc etiam pertinet
 - c) Motus sanguinis progressivus *antior* in febribus,
 - d) Abusus spirituosorum.

V. *PROGNOSIS.*

1. Suppressio Hæmorrhagiæ narium *critice* facile causatur delirium, & funestos plerumque eventus. *Conf. Tab. de febr. Synoch.*

2. Suppressio autem Hæmorrhagiæ narium *Non critica*, nisi alius salutaris fluxus substituat, *turram* pathematum, sub *signis* jam allegatam, in conspectum producit.

VI. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Quæcunque Subjecta Hæmorrhagias narium nunquam habuerunt, motus tamen congestorios & dolorificos circa caput experiuntur, in illis ad *crasim* sanguinis respiciendum est.

a) Quando sanguis nimis *serosus* est, tum blandæ *laxationes* usu esse possunt, e. g. Pilulæ Beccheri, per 6. circiter dies continuatæ, quibus conjungi potest Essent. Alexipharm. Stahlî bis per diem ad gtt. XX-XXX. propinanda.

b) Ubi autem sanguis justo spissior est, ibi conducunt attenuantia, incidentia & resolventia, cum laxantibus combinata, e. g. ad Infusum Laxativum

Recip. Rad. Ari

Vincetox.

Pimpinell. alb. ana unc. semis.

Herb. Centaur. min.

Card. bened.

Verben. ana Manip. semis.

Fol. Senn. elect. unc. semis.

Rhabarb. Drachm. III.

Rad. Helleb. nigr. Drachm. II.

Tart. Vitriolat. unc. semis.

resol. min. Ziv.

Incis. Contus. f. Species, affundatur vinum & aqua. Sumatur mane, quantum sufficit ad lenem laxationem.

c) Si vero *orgasmus* sanguinis peccet, post lenes laxationes subjunguntur pulveres Nitroso-præcipitantes, & denique Mixtura Tonicæ-Nervina Stahlî.

2. Quibus autem Subjectis Hæmorrhagiæ narium antea familiares fuerunt, in illis

a) non tantum *crasis* sanguinis respicienda, & Methodo jam indigita corrigenda est,

b) ~~Id~~ convenit etiam vitæ genus antecedens cum præsentem conferre, & commissos forsitan in mutatione quadam errores emendare.

c) Si

*vinum frigidum
Tart. vitriolat. q. s.
men. 15.*

c) Si vero fluxus hac medicatione revocari nequeat, conducit Venæ sectionem substituere.

3. Ubi demum Hæmorrhagia narium per *ætat* rationes cessat, ibi Venæ sectio magis adhuc necessaria est, ne sanguinis restrictio versus *pectus* contingat, & periculosas ibi eruptiones moliatur,
4. *Alvi* obstructio, ad quam talia subiecta inclinant, nunquam toleretur, minime omnium, quando Symptomata urgent. Huic scopo dicta Laxantia, & dilutio sufficiens, inserviunt.

VII. CAPITULÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Altum apud pterosque Pathologos est silentium de incommodis, e suppressione Hæmorrhagiæ narium pullulantibus: hinc tanto magis in hoc negotium inquirendum est, ubi Symptomata, sub *signis* enarrata, in *juniore* ætate occurrunt.
2. Medicamenta, quæ sanguinem evacuare in materia medica vulgò commendatur, agunt vel eundem exagitando, & mobilem reddendo, vel Naturam ad excretionem stimulando; quæ vero in Hæmorrhagia narium suppressa minimè locum habent.
3. Annus vicesimus circiter quartus quando decessit, sollicitè vigilandum est, quorsum Natura motus, quos antea versus caput instituit, jam dirigere intendat, ut per tempestivam Venæ sectionem in pede periculosa congestio ad pectus possit præcaveri.



TABULA XIII.
DE
SUPPRESSIONE MENSIVM.

I. **DEFINITIO.**

Suppressio mensium est symptoma excretionis, debitam evacuationem, fœminino sexui propriam, sive penitus intervertens, sive plurimam partem suspendens, cum effectibus variis fonticis expectandis.

II. **DIFFERENTIA.**

Suppressio mensium triplici ratione consideranda est.

1. *Emanatio* dicitur, quando menses in junioribus debito tempore non proveniunt, sed ad annum usque 16-18-20. emanent. Talis emanatio est vel

a) *Tolerabilis*: sunt enim laboriosæ, quæ sub illa satis commode vivunt, nec ullum indicium vergentis ad uterum sanguinis observant; vel

b) *Minus tolerabilis*, ubi ordinaria Symptomata hujus suppressionis urgent. *Conf. Prognosis.* Huc etiam referri possunt rariora illa exempla, quando fœminæ quædam per totam vitam menses non experiuntur, quarum aliæ nulla inde incommoda persentiscunt; aliæ autem satis misere vivunt.

2. *Retentio* seu *Obstructio* vocatur, quando menses, qui antea fluxerunt, ex quacunque causa, sive plenarie suppressi sunt, sive tamen non sufficienter succedunt, insuper etiam ultra consuetam periodum subsistunt.

Ad hanc retentionem referri etiam potest Decoloratio mensium, ubi vix sanguinis vestigia apparent, sed humor saltem pallidus, flavescens, subcruentus excernitur, cum variis spasticis incommodis conjunctus. *Sem. apaxia*

3. *Cessatio* nominatur, quando menses præmature & ante annum 49. cessant, et quæque varia pathemata succedunt.

III. **SIGNA.**

1. Varii motus spastici & congestorii: primum circa loca *confusiva*, nem-

nampe Mesenterium, Hepar, Lienem, Ventriculum & intellina; Successu temporis autem in locis etiam remotis, circa pectus & caput.

2. Gravitas artuum, angustia pectoris, difficultas respirationis, sub motibus corporis, præcipue ascensoriis,
3. *Signorum* loco etiam esse possunt omnia reliqua pathemata, quæ ab hac suppressione proveniunt, & sub *Prognosi* indicabuntur.

IV. SUBJECTA.

1. *Emissionis* sunt puellæ, temperamenti ut plurimum Phlegmatici & Melancholici, vitæ sedentariæ deditæ, morosæ, ubi sanguis non tantum in quantitate, sed etiam in qualitate peccat.
2. *Retentionis* seu obstructionis sunt familiarius plethoricæ, otiosæ, mæroribus & aliis anxiis mentis afflictionibus expositæ, unde sanguis spissescit, & serum mucido-viscosum contrahit lentorem. Item etiam illæ, quarum antea fluxus qualiscunque cum phasibus Lunæ minus conspiravit.
3. *Cessationis* sunt sæminæ intra annos circiter 35. & 45. constitutæ, quibus menses, ob modo dictas, vel corporis vel animi, affectiones, præmature cessant.

V. CAUSÆ.

1. *Causa interna* querenda est, vel in
 - a) *Quantitate* sanguinis *simplice*, nam præsentè in signi plethoræ Natura non facile suscipit Hæmorrhagias, ex timore, ne nimium fiat; vel in
 - b) *Qualitate* seu spissitudine humorum, a qua etiam vitium *viarum* provenit; vel in
 - c) *Motu*, qui vel *segnior* est, ut in valetudinariis, extenuatis, phlegmaticis; vel *erroneus*, ubi humores in alia loca, e. g. versus caput, pectus, ventriculum, diriguntur.
2. *Causæ externe & occasionales* sunt
 - a) *Diaeta* cruda & crassa, vel alia incongrua, e. g.
 - 1) *Panis* siccus vel adhuc calidus, modo e cibus extractus.
 - 2) *Masse frica*, minus fermentatæ,
 - 3) *Placenta* pinguiore.
 - 4) *Ova* dura nimium ingesta.
 - 5) *Potus* frigidus, corpore calente ingurgitatus; vel potus ordinariu neglectio. & *minimè fermentati subactis*.
 - 6) *Quæ-*

6) *Quævis acida & austera &c.* quæ omnia ob conspirationem primarum viarum cum utero menses obstruere vel impedire possunt.

b) *Habitatio* in locis humido-frigidis.

c) *Ociosum* seu tamen *sedentarium vitæ genus*.

d) *Refrigerium* immodestum, præcipue quando pedes & partes inferiores aquæ frigidæ ^{infrigidæ} immerguntur, & quidem tempore, quo menses fluunt, e. g. *Lotricum*.

e) *Sudores* nimii, qui, multum liquaminis subtrahendo, sanguinem adhuc magis spissum reddunt.

f) *Abusus adstringentium*, non tantum sub nimio forsan *reputato* fluxu, sed etiam in aliis morbis adhibitorum.

g) *Frivolæ Vena sectiones*, exque largiores in partibus superioribus institutæ, tempore quo fluxus proxime instat, aut jamjam erupit.

h) *Emetica fortiora, drastica.*

VI. PROGNOISIS.

1. Innumera fere sunt mala, quæ mensium suppressionem sequuntur, plurimi enim hujus sexûs morbi ab hac dependent.

2. In *abdomine* succedunt

a) *Pathemata hypochondriaco-hysterica.*

b) *Gravitas circa regionem uteri.*

c) *Tormina abdominis.*

d) *Puncturæ circa umbilicum.*

e) *Gravissimæ intestinorum stricturæ*, a quibus aliquod levamen accipiunt, si abdomine introrsum complicato sedeant.

f) *Nausea & conatus vomendi*, imo *Vomitus cruentus.*

g) *Dolores lumbares.*

h) *Nephritis.*

i) *Suffocationes cardialgicæ*, als wenn man ihnen mit 2. Händen etwas zusammen drückte/ daß ihnen der Dithem ausbleiben mögte.

3. In *thorace* exoriuntur

a) *Angustia præcordiorum & respiratio difficilis.*

b) *Palpitatio cordis.*

c) *Pleuritis spuria.*

d) *Hæmoptylis.*

e) *Asth.*

- e) Asthmata sicca & convulsiva.
4. Circa *caput* manifestant sese
- Vertigines.
 - Cephalalgiz pertinaces.
 - Hemicraniz.
 - Anginz.
 - Hæmorrhagiz narium effrenes.
5. In *artibus* eveniunt
- Lassitudo.
 - Spasmi. *et alia atroxia pallemata: de fractura.*
6. Per *universum corpus* proveniunt
- Cachexia.
 - Hydrops.
 - Scabies.
 - Apostemata & ulcera mali moris.
 - Affectus convulsivi.
 - Paralytes spuriz. &c. &c. *hæc atroxia p. natura.*
7. Mensium suppressio licet frequentius occurrat, facilius tamen congruâ methodo fluxus revocari potest, quàm in aliis Hæmorrhagiarum speciebus.
8. Quando autem in paulo annosioribus *Martialis* ad menses revocandos frequentius adhibita sunt, vix unquam deinde fluxus restituetur, licet genuina methodus & optima etiam remedia adhibeantur.
9. Traditur vulgò, quod fœminæ illæ sint *steriles*, quarum menses nunquam fluxerint; sed prostant exempla, ubi tales & nonnullæ quidem frequentius, pepererunt.
- VII. **METHODUS MEDENDI & REMEDIA.**
- Methodus secundum tres primarias causas, supra allegatas, tria etiam involvit momenta.
- Quantitas* sanguinis, si notabiliter urget, ante omnia imminuenda est; alias reliqua medicatio minus commodè & ad vota succedit.
Huic scopo inservit Venæ sectio, de quo tamen probe notentur, quæ infra sub *Cautelis* allegata sunt.
 - Qualitas* sanguinis corrigenda est.
 - Ad *spissitudinem* sanguinis & mucositatem feri corrigendam

commendantur resolventia, incidentia & digestivo-aperitiva, e. g.

1) *Radices*: Ari, Pimpinell. alb. Imperat. Vincetox. Helen. Angelic. Pctasitid. Levistic. Cichorii, Tarax. Curcum. gram. *sem. Aperi. in decocto.*

2) *Herbae*: Absinth. Centaur. min. Fumar. Capill. Ven. Marub alb. Cuscut. Chamædr. Rorismar.

3) *Gummiata*: Ammoniac. Sagapen. Galbân.

4) *Salia digestiva*: Tartar. Vitriolat. Nitrum Antimoniat. Arcan. duplicat. Ssl Absinth. Centaur. min. Card. bened. *Berao*

5) *Composita*: Pilulæ Stahlanz, Beccheri, Tinct. Antimon. *R. A.*
Tinct. Succin. Essent. Alexiph. Stahlii. *Diuretica.*

6) Item *Infusum* ex Herb. Veronic. Chæresol. Heder. terrestr. Bellid. Hyssop. Rub. Tinctorum & laxantibus paratum.

b) *Orgasmus sanguinis*, qui interdum concurrit, & fluxus successum turbat, contemperatur per Nitrosa, Præcipitantia & Cinnabarina.

3. *Motus* denique, facta sufficienter correctione, ad locum excretorium blandè invitandus, & leniter stimulandus est. Faciunt hoc

a) Venæ sectiones in pede. *Conf. Cautel.*

b) Pediluvia & Infusus. Item frictions pedum.

c) Laxationes per Epicrasin; ubi radices, herbæ &c. modo commendatæ, cum Fol. Sennæ, Fibr. Hellebor. nigr. & Rhabarb. in forma *Infusi* possunt adhiberi. *Radix Asari in decocto.*

d) Emmenagogæ, quæ specifica virtute prædita esse dicuntur, eminent inter hæc

1) *Radix Bryoniz. Asari*

2) *Herbae*: Meliss. Sabin. Puleg.

3) *Flores*: Calendul. Cheiri. *galban. th. v. l.*

4) *Composita*: Myrrhata, Succinata, Crœcata.

e) *Externe* laudatur, sed raro adhibetur, *Sal Volatile*, per instrumentum Glauberianum immediate applicatum.

4. Ne in motibus instruendis & stimulantibus error committatur, ipsius *Agentis interni* Motus probe observandi & imitandi sunt.

Ubi itaque variæ spasticæ commotiones in abdomine & circa ute-

maxime ubi *Stahlii*
dijpo san *2. 2. 1.*

St. temperantibus

Lodmblinung

uterum sentiuntur, ibi convenit illos motus imitari.

5. Laboriosa conamina si *excedere* videantur, *Essentia Millefolii* stimulantibus associari potest. e. g.

Recip. Essent. Myrrh. Drachm. III.

Succin. Drachm. II.

Pimpinell. alb.

Millefol. ana Drachm. I. *M. f. Mixture.*

Dof. XXX. gtt. legitimo tempore propinanda.

VIII. CAHIELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

*id e circa
ultra menses
flankes*

1. Circa Venæ sectionem sequentia sunt notanda.

a) In Junioribus, infra annum vicesimum adhuc constitutis, non tam facile ad Venæ sectionem festinandum est. Licet enim satis efficax sit, Natura tamen facile ei adflescere & imposterum idem remedium pertinaciter extorquere solet, respuendo optima etiam alia auxilia & medicamenta.

b) Ubi itaque Vena non secatur, ibi Methodus debet esse temperatissima, primum *attenuando*, deinde *invitando*, & denique leniter *stimulando*.

c) Quando autem præsentia incommoda urgent, & dicta non sufficiunt, ibi sine trepidatione etiam in Junioribus Venæ sectio instituatur, modo imposterum non temere repetatur, nisi Natura tenaciter eandem efflagitet.

d) Si vero Venæ sectio necessaria videatur, non adeo absolute opus est, ut cum illa curæ *initium* fiat, sed nonnunquam reliquæ Methodo interseri, & sic post principia locari potest.

e) In tali autem casu medicatio æque *blanda* esse *debet*, ac in isto, ubi Vena plane non secatur.

f) Quando autem cum Venæ sectione curæ fit initium, tum leniter stimulantia statim cum generalioribus combinari possunt. Hæc Methodus est efficacior, & brevioris temporis; molestior autem ob facilem Venæ sectionis repetitionem.

2. Facta Venæ sectione, solæ Pilulæ Stahlianæ vel Beccherianæ sufficere possunt, nam *qualitatem* sanguinis corrigunt, motus ad locum excretorium dirigunt, & leniter stimulant. Modo secundum hanc Methodum propinentur, ut versus tempus, superius indicatum, per sex circiter dies singulis mensibus exhibeantur, donec menses erumpant.

3. Eadem Methodo exhibentur etiam hæc Pilulæ in fluxu *imminuto*, ubi paucis diebus ante sanguinis eruptionem propinantur, & *sub ipso fluxu* continentur: Nullo habito respectu ad vulgatam illam opinionem, quasi tum temporis Medicamenta non conveniant. De incongruis hæc verum, de placidis autem & genuinis falsissimum, nam hæc tali tempore longe efficacius operantur: hinc etiam *imminutio* mensium ob hanc temporis commoditatem multo citius, quam plenaria obstructio, in ordinem potest revocari.
4. *Cessatio* mensium eandem exposcit medicationem; quo diutius autem cessarunt, eo magis Venæ sectio necessaria erit, nam refractarius est affectus.
5. *Decoloratio* mensium, loturæ carnis instar, nihil aliud est, quam fluxus imminutus, & hinc ejusdem tractationis.
6. Quando autem menses per ætatis rationem cessant, præcipue, qui antea largiter fluxerunt, tum quam maximè opus est, verno & autumnali tempore Venæ sectionem in pede substituire, & ad Senium usque continuare, motusque per Nitrosa & Temperantia mitigare.
7. De otiosis loquimur: nam quæ sæminæ vitæ genere laborioso fiuntur, illæ his omnibus facile superfedere possunt.
8. Modestus corporis motus ante omnia medicationi substituatur; illo enim absente, sanguis non facile attenuatur, licet Diluentia ad nauseam quasi propinentur; si vero *Diluens* cum *Diluendo* bene fungagitur, tum salutaris sequitur effectus.
9. *Simulantia* & *Pellentia* si improvidè adhibeantur, e. g. in statu insigniter plethorico, & quando primæ vitæ nondum expurgatæ, nec sanguis attenuatus est, familiariter inducunt
 - a) Majores obstructiones.
 - b) Summas angustias præcordiorum.
 - c) Non raro heteroclitas sanguinis per aliena loca eruptiones.
 - d) Febres lentas, hæcicas, phthicas.
 - e) Affectus Cephalalgicos, spasticos, imo convulsivos.
 - f) In spongiosis Cachexiam & tandem Oedemata.
10. Idem quoque tenendum est de *Salibus volatilibus*, quæ pariter non quadrant, si quantitas sanguinis non imminuta, nec qualitas correctæ est,

11. Prostant observationes, quod *Martialia* fluxum menstruum pro-
duxerint; plura autem habemus exempla, in quibus ab illorum
usu suppressio hujus fluxus subsecuta sit: Unde haud dubie
Practicorum observatio pullulavit, quod *Martialia* modo ob-
struant, modo aperiant.
12. Sed tempora sunt distinguenda: Quando enim exhibentur, ubi
sanguis circa uterum congestus est, tum blandam Venæ Portæ
vasorumque vicinorum inducunt stricturam, & sic *stringendo*
aperiunt, seu expressionem sanguinis per uterum promovent.
13. Extra has peculiare circumstantias *Martialia* tam certo hic noc-
cent, quam ipsa *adstringentia*; & licet Laxantia illis interponan-
tur, illa tamen vix sufficiunt, stricturam talem, semel indu-
ctam, relaxare.
14. Symptomata graviora v. g. anxietates, dolores & phlogoses in-
tercurrentes, omnibus fere, hoc affectu laborantibus, familia-
res, optimè per Nitrosa cum Cinnabarinis sociata mitigantur.
15. Aliquando menses, per aliquot periodos suppressi, solo Nitro
regenerato reserati sunt.
16. Tempore intermedio ab *Emmenagogis* abstinendum, & Diluen-
tia saltem cum Aperientibus usque ad novam periodum exhi-
benda sunt.
17. Inter Remedia, *sanguinem* successivè attenuantia, & *Seri* mucosi-
tatem resolventia, optimè se gerit *Succinum* & ejus *Essentia*.
18. Non minus etiam *Essentia* Alexipharmaco-Diuretica Stahlii.
19. In serofioribus imprimis conducunt *Radices Ari*, *Petafitid*, *Le-
visticæ*.
20. *Specifici* aliquid habet *Sabina*, indeque parata *Essentia*; *Oleum* au-
tem destillatum nimium efficax est ad stimulos conatus, &
proinde cautius adhibendum. *Vid. num. 24.*
21. *Artemisia* autem longe effectior est, nec, nisi in magna copia,
aliquid præstat.
22. Herba *Persicaria*, sub calcaneis gestata, alicujus efficaciz depre-
henditur.
23. *Myrrha* ad dilutionem & attenuationem non commendatur: sangui-
nem enim non solum resolvit & attenuat, sed etiam in *fundendo*
illo valde efficax est, & majore præcipue dosi adhibita, eun-
dem insigniter commovet. Cavendum ergo, ne sanguis prius,
quam dilutus sit, commoveatur,

24. *Olea destillata* sanguinem vehementissime commovent: absit igitur illorum usus, ubi sanguis & viz nondum satis præparatus sunt; imo viz unquam necessarium est, vehementia talia in usum trahere: nam *Methodus lenior*, supra commendata, communiter sufficit; nisi insignis *Cachecticus* status, aut diæta vitium concurrat.
25. Fluxui *mensium*, præ omnibus aliis *Hæmorrhagiis*, proprium quasi est, consueta loca relinquere, & alia eligere: hinc præfente illo ab omnibus *Revellentibus*, sive internis, sive externis, abstinendum. e. g. a *Venæ* sectione in brachio.
26. Fluxus quando semel revocatus est, sollicitè nova illius suppressio præcaveatur, quia deinde multo pertinacius in ordinem iterum redit.
27. *Diæta* sit *euchyla*, abstinendo a cibis crassis & acidis; potus sit sufficiens, corpus bene moveatur, & alvus semper succedat.



TABULA XIV.

DE

SUPPRESSIONE LOCHIORVM.

I. DIFFERENTIA.

Suppressio Lochiorum est vel

1. *Plenaria*, quando nullus prorsus sanguis excernitur, aut tamen fluxus primo statim die subsistit; vel
2. *Imminuta*, ubi fluxus periodum quidem suam per 8-10-12. dies servare solet, sed tam impeditè & tam parca quantitate, ut vix pro tali fluxu possit reputari.

II. SIGNA.

1. *Plenaria* suppressio per se constat.
2. *Imminuta* autem illa habenda est excretio, quæ a norma, *Tabula de Fluxu Lochiorum* sub signis indicata, defecit.
3. In dijudicanda tamen *imminuta* excretionè, distinguenda sunt temperamenta, & reliquæ puerperarum constitutiones, secundum quas fluxus Lochiorum variare solet, e. g.
 - a) Quæcunque fœminæ largiorem fluxum *mensuum* extra imprægnationis tempus habuerunt, illæ etiam *Lochia* largiora experiri solent.
 - b) Quibus autem menses antea parcius fluxerunt, in illis etiam fluxus Lochiorum non ita copiosus est expectandus.
 - c) Respicienda etiam sunt *Lochia* prægressa, ad quorum indolem etiam succedentia plerumque accedunt.

III. SUBJECTA.

Suppressioni Lochiorum præ aliis obnoxia sunt

1. *Plethorica*.
2. Quæ sunt temperamenti Sanguinei, laxo corporis habitu, exquisique venis instructæ.
3. Quæ mærori, timori & terrori valde obnoxia sunt.
4. Quibus causæ adventitiæ subsequentes accedunt.

IV. CAU:

IV. CAUSÆ.

A. Interna.

1. *Orgasmus* seu expansio abundantis sanguinis plurimum ad suppressionem contribuit.
2. Licet enim plethora *simplex*, nedum cum *spissitudine* quadam conjuncta, Hæmorrhagias quaslibet impedire soleat, minor tamen illius est efficacia, quam si plethoræ turgescentia concurrat.

B. Externa & adventitia.

1. *Refrigeratio* corporis & *potus* frigidus.
2. Remedia *pellentia*, quæ ad partum excludendum adhibita fuerunt.
3. Abusus *calidorum* remediorum: quando enim talia pro Lochiis *imminuis* adhibentur, plenaria facillimè suppressio inducitur. Huc pertinent Myrrhata, Crocata, Salia volatilia.
4. *Animi pathemata*, præcipue terror & iracundia, a qua sanguis ad orgasmum insigniter concitatur.
5. Immodici & præmaturi puerperarum *laboræ* ad partum, ab his enim expansio sanguinis etiam notabiliter inducitur.

V. PROGNOISIS.

1. Nulla datur Hæmorrhagia, cujus defectus tam *presentia*, vel tamen presso pede succedentia pericula & damna inferat, quam Suppressio fluxus Lochiorum.
2. Illa quidem Suppressio seu imminutio, quæ ex *abundantia* sanguinis, cum *spissitudine* qualicunque conjuncta, originem sumit, *mitiores* adhuc consecutiones infert, nempe
 - a) Angustias præcordiorum.
 - b) Inquietudinem & jectigationem.
 - c) Capitis dolores.
 - d) Appetitus prostrationem.
3. Quando autem Suppressio Lochiorum ab *organica* seu turgescente sanguinis commotione dependet, tum *graviora* pathemata inducuntur, nempe
 - a) *Febres acutæ*, inflammatorix; præcipue exoritur in quibusdam regionibus *Purpura miliaris* cum manifesta sæpius malignitate.
 - b) *Congestiones* & *Stræfes* circa caput, unde Deliria, Anginæ, Aphthæ, &c. sequuntur.

4. Hæc pathemata, *presentanee* inducta, non sufficiunt; sæpe enim contingit, ante omnia post Abortum, ut Lochia, cito suppressa, in *futurum* etiam damna sua extendant, nempe
 - a) in utero facile coagula seu concrementa relinquuntur,
 - b) quæ novam in posterum conceptionem vel impediunt,
 - c) vel factam conceptionem non parum turbant, denegando fœtui nutrimentum, & novum facile abortum inducendo.
 - d) His incommodis communiter accedunt *stabiles inflationes abdominis*, & varii spastici hypochondriac-hysterici affectus.
 - e) Qui tandem transeunt in convulsiones epileptic-hystericas, vel motuum syncopicas omissiones.

VI. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Ubi Lochiorum saltem *imminutio* præsto est, ibi leniter *stimulantia*, moderatissimis tamen dosibus, adhiberi possunt, e.g.

Rec. Essent. Myrrh.

Succini. — ʒ Dulc.

Scord. ana Drachm. I.

Croci Scrup. I. M. Dosis, 20-25. gutt. bis per diem exhibenda.

impossibile in puerperantibus

2. Quando autem Lochia *plenarie* suppressa sunt, tunc circumspectio experimentalis vix unquam concedit, fluxum *directe* & per stimulantia revocare. *Vid. Cautel.* minime omnium, si suppressio jam per aliquot dies duraverit.

3. Convenit potius ad causas hujus suppressionis, præcipue vero ad orgasmum sanguinis, respicere, & exastuationes febriles præoccupare. Huic scopo inserviunt *Pulveres antifebriles Nitrotemperantes*, & *Potiones Diapnoica* ex aquis destillat. e.g. *Plantag. Card. bened. Flor. Sambuc. Scabios. Ulmar. paratz.*

4. Febris ipsa si accederet, iidem Pulveres & eadem Potiones Diapnoicæ conducere, neglecta illa, circa Niiri usum, formidine vulgari. *Conf. Cautel. & Tab. de Affectibus puerperarum.*

VII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ

1. *Pilulas Stahlianas*, vel etiam *Beccheri* genuinas, qui dextre poterit adhibere, omnibus aliis stimulantibus & pellentibus, utpote minus fidei ac tutis, commode supersedebit.
2. Quando Lochia *plane* supprimuntur, nunquam Medicus in Animum recipiat, per *pellentia* & alia *calida* remedia fluxum revoca-

atque pro libello, et præcipue plenè in puerperantibus.

care, quia negotium hoc non solum difficillimè succedit, sed etiam variis periculis expositum est.

3. Quæ Cautela tantò magis est observanda, quantò frequentius contra eandem insignes committuntur errores, Antifebrilia calida, Aloëtica, Myrrhata, & sic dicta Uterina, promiscuè exhibendo.
4. Damna, quæ inde redundant, communia sunt illis, quæ *Tabula de Suppressionè mensium*, per eadem pellentia tractatâ, indicavimus: Nempe obstructio vel augetur cum gravioribus abdominis pathematibus; vel, si omnino fluxus iterum erumpat, facillè tamen febres inflammatorix uterinæ succedunt.
5. Per *Vena sectionem* Lochia revocare velle, secundum consilium per vulgus notum, nullo modo potest commendari.
6. Licet enim in quibusdam individuis Plethoricis, quæ tempore intermedio gestationis Venæ sectionem non admiserunt, excretio talis artificialis nonnunquam utiliter possit adhiberi, hoc tamen consilium circumspeditioni Medici est relinquendum; quæ vero, quo magis sanguis *qualitate* peccat, eo minus per eandem optatum successum obtinebit.
7. Metus ille communis, quod *Nitrum*, ob expectandas Diarrhæas, puerperis periculosas, tutò non possit adhiberi, sufficiens in contrarium experientia jam satis est sublatus. In *medico* hic consistit virtus, ad *sex* enim circiter *grana Nitrum* exhibitum tantum abest, ut Diarrhæas provocet, ut potius illas præoccupare & sedare soleat.
8. *Essentia Succini* non alcalifata sed alcoholifata, id est, per solum Spiritum Vini rectificatissimum sine salibus parata, & cum paucissima portione *Essentia Croci* combinata, parcius & repetitis dosibus adhibita, extra commotiones febriles, usu suo non caret.
9. In *orgastico* sanguinis statu *Absorbentia* egregiè se gerunt, temperant autem nimiam hanc sanguinis exagitationem non tam *absorbendo*, quam potius *interponendo*: quilibet enim motus intestinalis subtilisationem inducit; quando autem crassiuscula absorbentium corpora interponuntur, tunc effectus ille resolutorius & turgefactorius impeditur,

Sanguis de

*Absorbentia
non agendi.*

10. Dixtam puerperis convenientem *Tab. de Fluxu Lochiorum* jam indicavimus. *Conf. etiam Tab. de Affectibus puerperarum.*
11. In specie hic adhuc notandum, quod in fluxu Lochiorum *saltem imminuto*, parcissimus *Croci* usus, ad levem jusculorum tincturam adhibitus, extra commotiones febriles, cum usu adhiberi possit.
12. Sic etiam modicus *generosi vini* usus, præcipue in adsuetis, sive jusculis, sive potionibus sumtus, non solum a periculo hic alienus est, verum etiam aliquem adhuc effectum ad fluxus impediti promotionem præstare solet.



TABULA XV.
DE
SVPPRESSIONE HAEMOR-
RHOIDVM.

I, **D**IFFERENTIA.

Suppressio Hæmorrhoidum triplici respectu est consideranda:

1. Vel enim Hæmorrhoides nunquam fluxerunt, & tamen tam conspicua ad illarum perruptionem molimina a Natura instituuntur, ut hinc omni jure fluxus expectari debeat;
2. Vel Hæmorrhoides jam quidem adsuetæ fuerunt, successus autem illarum admodum fuit impeditus, insufficiens, turbulentus, inordinatus, molestus: quod in Hæmorrhoidibus *externis* seu *cacis* admodum familiariter contingit.
3. Vel denique Hæmorrhoides placide, moderate, ordinate & statis temporibus antea fluxerunt; quod in Hæmorrhoidibus *internis* sæpius obsrvatur.

II, **S**IGNA.

Hæc sumuntur a Symptomatibus, quæ Hæmorrhoidum suppressionem comitantur.

1. Suppressionem Hæmorrhoidum *internarum* presso pede insequitur univfersus *mali hypochondriaci* apparatus. *Conf. Tab. de Malo Hypochondriaco.*
2. Quæ pathemata primo quidem quasi *leviora* apparent, & præcipue circa *sinistrum* hypochondrium & regionem lumbarem sese manifestant, nempe tensionibus & pressionibus.
3. Successu autem temporis *graviores* turbæ succedunt, præcipue in illis, quibus fluxus antea *impeditus* & cum majore nisu procedere consuevit. Videlicet dolores spastici, Colici gravissimi, Lienis inflationes, Vomitorii conatus, alvi adstrictio pertinax, durities abdominis flatulenta & torminosa, Viscerum infarctus, Scirrhi, inflammationes, Melancholia, Mania, Vomitus cruentus, &c.

4. Suppressionem autem Hæmorrhoidum *externarum* sequuntur magis affectus Arthritici, Podagrifici, Ischiatici, Nephritici Calculosi, Mictus cruentus, &c.
5. Communissimum Symptoma, Suppressionis Hæmorrhoidum quarumcunque succedens, est Asthmatica respirationis difficultas, ut plurimum *hypochondriaca*, nonnunquam etiam *pectoralis*, cum tusi humida conjuncta.

III. SUBJECTA.

1. Suppressioni Hæmorrhoidum facile obnoxia sunt temperamenta Sanguineo-Melancholica, aut Melancholico-Cholerica.
2. Homines, qui commotionibus animi terrificis & continuo mœstis corripuntur.
3. Qui vitæ genus laboriosum in sedentarium commutarunt.

IV. CAUSÆ.

1. Causa interna est vel
 - a) Spissitudo sanguinis abundantis; vel
 - b) Orgastica illius commotio.
2. Causæ externæ & occasionales sunt
 - a) Abusus *adstringentium*, si nempe fluxus hæmorrhoidum legitimus, vel alii morbi, inprimis febres intermittentes, per talia incongrua remedia temere tractantur.
 - b) Potus frigidus corpore exæstuante.
 - c) Diæta crassior.
 - d) Refrigeratio abdominis immodesta.

V. PROGNOISIS.

1. Quam gravia symptomata suppressionem Hæmorrhoidum excipiant, sub *Signis* jam indicatum est.
2. Quo diutius hæc suppressio duravit, eo certius sanguinis inducit translationes, partim ad viscera hypochondriaca, partim ad alia loca, excretioni sanguinis accommodata.
3. Priore casu universa mali Hypochondriaci scena inducitur; *Conf. Signa*, posteriore vero Asthma Convulsivum, Catarrhus suffocativus, Vertigo, Apoplexia, Hæctica in siccoribus, Hydrops in succulentis.
4. Suppressio Hæmorrhoidum est affectus satis rebellis, facilius tamen medicationi adhuc auscultat, ubi originem a causis *internis*, nempe vitio sanguinis spissioris, sumsit, quam si per incongruum

- gruum Adstringentium usum inductus est.
5. *Molimina* Hæmorrhoidalia, licet nunquam erumpant, minoris tamen sunt periculi, quam ubi fluxus antea actualis adfuit.
6. In fœminis Hæmorrhoides suppressæ minus periculum inferunt quam in viris, nisi periodum, quâ menses adhuc fluere possunt, jam transgressæ sint.

VI. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Fluxus hæmorrhoidalis, si nunquam adfuit, motus tamen ad eundem excitandum urgent, admodum circumspicte agendum est: non enim promiscue *Molimina* talia, præcipue *remota*, promovenda sunt. *Conf. Tab. de Fluxu Hæmorrhoidum. 43-*
2. Ubi itaque temperamentum & reliquæ patientis circumstantiæ legitimæ & sufficientem fluxum non pollicentur, ibi præstat, Motus tales *desuæfactæ*.
 - a) vel per vicarias Venæ sectiones in brachio,
 - b) vel, quod melius & efficacius, per sufficientem & laboriosam corporis motionem.
3. Suppressio autem *adsuetarum* Hæmorrhoidum sequente Methodo tractatur.
 - a) *Quantitas* sanguinis est imminuenda, ut intentioni Naturæ aliquo modo satisfiat, & Symptomata mitigentur. Venæ sectio itaque in pedibus commendatur. *Conf. Causel.* Alvus autem, si non legitime succedat, prius aperiatur, per Clysterem emollientem & carminativum, e. g. Decoct. Chamomill. cum lacte.
 - b) *Qualitas* sanguinis post Venæ sectionem est corrigenda.
 - 1) Si *Orgasmus* peccet, componatur ille per Nitrosa, Præcipitantiæ & Acidula.
 - 2) Quando autem *spissitudo* humorum adest, resolventia & attenuantia adhibeantur, quæ Tab. XIII. de *Suppressione Mensium sub Methodo* indicata sunt.
 - c) Factâ correctione *Motus* ad locum excretionis blandè invitandus, & leniter stimulandus est.
 - 1) *Interne* per Helleborata, Myrrhata, Aloëtica, Elix. Proprietat. Crocum, Boracem, Pilulas Stahlianas, Beccherianas, Laxantia per Epicrasin,

- 2) *Externe* per applicationem *Hirudinum* ad Hæmorrhoidalia loca, per Clysteres stimulantés, Suppositoria acriora, Frictiones.
- d) Tandem *Tonica roboratio* suscipiatur per Mixturam Tonico-Nervinam Stahlî, & per usum Martialium temperatorum; quo tempore tamen Alvus semper aperta servetur, sive per Clysteres, sive per Laxantia interna, subinde applicanda.

VII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Vene sectio* licet in gravioribus, spasticis moliminibus, a Natura non facile attendatur, cum primis quia Venæ, quæ secari possunt, nullum immediatum cum Vena Portæ commercium habent, præstat tamen, eandem medicationi præmittere, quam profus prætermittere.
2. Præmissis generalioribus, applicatio *Hirudinum* quam maxime commendatur, tanquam Remedium omnium tutissimum & efficacissimum. Licet enim Hirudines Venam hæmorrhoidalem internam immediate non attingant, per conspirationem tamen Venarum externarum, non raro interne Hæmorrhoides provocantur.
3. Ad roborationem viscerum hypochondriacorum *Tonica*, præcipue *Martialia*, non præmature, sed in progressu medicationis, & obtento semel fluxu, adhibeantur, ne infarctus & obstructio augeatur.
4. Aloëtica, Helleborina, Colocynthiaca *stimuli* quidem loco adhiberi, ad præcavendam tamen ebullitionem sanguinis Nitrosa & Absorbentia interponi possunt, alias facile graves exacerbationes, nempe colica, splenetica, anxia pathemata oriuntur.
5. Molimina hæmorrhoidalia, si sponte Naturâ cessent, caveat sibi Medicus, cum impetu illa refuscitare.
6. Imo si motus tales incongruâ arte suppressi essent, e. g. Opiatis, Lapid. Manat. Dent. Hippopot. Unicorn. ver. Priap. Cet. a Medicatione impetuosa pariter abstinendum est.

7. *Acidularum* usus, ad quem patientes post varias & sæpe perver-
 sas medicationes ordinariè relegantur, Cachexiam, tumores
 œdematosos, & denique Hydropem inducit.
8. *Salia volatilia* cautè hic usurpanda sunt, non, ut moris est, ad
 præparandos humores, sed ad viscera roboranda.
9. Affectus œdematosi si Hæmorrhoidum suppressionem sequun-
 tur, res fere conclamata est, fluxus enim difficulter revoca-
 tur, & si omnino revocetur, œdemata tamen pertinaciter sæ-
 pius solent durare. Occurrendum in tali casu per Methodum,
Tabula de Oedemate indicatam. 406.
10. Dixta crassior evitetur: Abusus vini & aliorum spirituosorum
 valde nocet. Curru vehi, aut equitare, vel alio modo abdo-
 men placidè concutere, quam maximè conducit.



TABULA XVI.

DE

CONGESTIONIBVS IN GENERE.

I. DEFINITIO.

Congestio est specialis directio sanguinis, a Natura mediante motu tonico ad peculiaria loca copiosius, & quidem in hunc finem constricti, ut per sinceram Hæmorrhagiam ibidem evacuari, & hac ratione illius abundantia imminui debeat.

II. DIFFERENTIA.

1. Congestiones differunt ratione loci: In aliis enim humores versus caput, in aliis ad pectus, in aliis circa hypochondria, renes & hæmorrhoidalialia loca congeruntur; & quidem communiter pro diversa ætatis ratione: in Junioribus enim plerumque versus caput, ætate media versus pectus, consistente autem versus abdomen, congestiones ordinariè contingunt.

2. Congestiones sunt vel

- a) *Completa*, quando sanguis versus talia loca restringitur, quæ ad Hæmorrhagiarum perruptionem apta existunt, e. g. versus caput, pulmones, uterum, intestinum rectum; vel
- b) *Incompleta*, ubi sanguis quidem versus easdem regiones, & ad eundem finem congeritur; quoniam tamen *eminus* saltem & *e longinquo* hæc congestio contingit, sanguis ad perruptionem non potest venire; quale quid observare licet in Rheumatismis, Arthritide, Podagra, &c. in omnibus sic dictis frigidis catarrhis.

3. Cum hac distinctione quadrat in *tantum*, sed non in *totum*, quando congestiones dividuntur in

- a) *Sanguineas*, simpliciores, hæmorrhagicas, & in
- b) *Bæchicas* seu latius se extendentes, quas Schola medica *Rheumatismi* nomine comprehendit.
- c) *Bæchica* hæc congestiones ab ipso quidem sanguine originem sumunt, quoniam autem, vel ob materiz qualitatem, vel ob colatoriorum constrictionem, *altior* aditus *rosi* massæ sangu-

*m. alle
Dicitur.*

guineæ non conceditur, sed tantum tenuioribus serosis partibus, exhibent hinc effectum seroso-mucidum, catarhalem dictum, vel seroso-salsum, & ulcerosæ corruptelæ acriori propinquum.

d) Germani vocant: *Salz-Flüsse*. Huc pertinent Coryza, Gravedo, Tussis humida, Asthma humidum, Tumores sic dicti frigidi, seu œdematosi, glandulosi, scirrhusi.

4. Congestiones differunt a stasibus sanguinis: nam in his qualitas humorum & motus progressivus insigniter alteratur; in illis autem, qua talibus, neutrum horum contingit.

III. SIGNA.

Hæc desumuntur ab *effectibus* congestionum.

1. In partibus *affectis* observantur

a) Distensiones vasorum, ita, ut etiam exilissima vascula sæpe turgeant.

b) Dolores gravativi, tensivi, punctorii.

c) Si altius & acrius sese exerant congestiones, accedit *Rubor* & *Calor* præternaturalis.

d) Sincera sanguinis evacuatio quando contingit, omnes illi moleffi effectus cito evanescent.

e) Hæmorrhagiâ autem non succedente, complicantur facile tumores, acuti dolores, inflammationes, imo ulcerationes manantes.

2. In partibus *remotis* occurrit

a) Contractio spastica, ita, ut vasa penitus detumescant.

b) Sensus frigoris, imo interdum actualis refrigerationis.

3. Reliqua signa e congestionibus *specialibus*, quæ Tabulis subsequentibus exhibentur, elucescent.

IV. SUBJECTA.

Licet congestiones frequentius occurrere videantur, non omnibus tamen hominibus pari facilitate eveniunt, sed illis familiariter

1. qui insigniter Plethorici existunt.

2. Vitæ otiosæ, sedentariæ, & dixtæ lautiori dediti.

3. Qui evacuationibus *sanguinis*, sive naturalibus, sive artificialibus adsuæti, postea ab illis immunes vivunt.

4. Huc etiam pertinent, qui evacuationibus *serosis* adsuæti fuerunt, illas autem neglexerunt, e. g. Fonticulis, Setaceis, Veficatoriis,

V. CAUSÆ.

1. *Causa materialis* est Plethora, præcipue insigniter commota.
2. *Causa formalis* est Agentis in corpore humano intentio ad exonerandum.
3. *Causæ externe & occasionales* sunt
 - a) Aer humido-frigidus, non raro etiam humido-calidus.
 - b) Refrigerationes partium remotiorum seu oppositarum.
4. Recentiorum *causæ passivæ* staseos, item fermentatoria spumefactio sanguinis, non exhauriunt Congestionum apparatus.
5. Sic etiam Veterum de *electiva missione* fictio, quasi Anima, vel Spiritus, certas quisquilias ad idonea loca exportent & projiciant, huic negotio nullam lucem potest affundere.

VI. PROGNO.SIS.

1. Quem effectum Congestiones inferant, sub *Signis* in genere jam dictum est, & fusius Tabulis subsequenibus dicitur.
2. A Congestionibus facile stagnationes, a stagnationibus deinde stases & corruptiones oriuntur.
3. Congestiones quando semel in *consuetudinem* abierunt, non facile medicationi cedunt, licet causa materialis subtracta sit, sed potius levissimis occasionibus novam scenam ludunt.
4. Si variis & perversis artificiis congestiones tractentur, præcipue incongruo *Narcoticorum* usu vel calidis remediis & regimine, tum vel *crebrius* insultant, vel morbi maximè irregulares inducuntur; de qua re sub specialibus plura.
5. Congestiones incongruâ ætate contingentes, periculo non carent.
6. Congestiones, quæ ad *pectus* contingunt, gravioribus & magis acutis morbis portam pandunt, quam quæ versus caput & abdomen destinantur, quia evacuatio sanguinis, quæ a Natura intenditur, felicem in pectore successum obtinere non potest.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. In Paroxysmo.

1. *Alvus*, quia in congestionibus ordinariè adstrictior est, solvatur vel per *Clysterem* demulcendo-emollientem, vel per lenè aliquod laxans, e. g. Pilulas Beccheri cum extracto Hellebor. nigr. combinatas,

2. *Nimia sanguinis expansio compescatur & spastica fibrarum strictura demulceatur per Absorbentia, Nitrosa, Cinnabarina, cum Diaphoreticis fixis combinata. e. g. Conch. ppt. Ocul. Cancr. ppt. Nitrum depurat. Antimon. diaphoret. Cinnab. Antimon. vel nativ. Hi pulveres sæpius per diem repetantur.*
3. *Quod si vero dolorum atrocitas urgeat, hisce pulveribus, ad Agentis exacerbationem demulcendam, lenè Anodynum circa tempus somni adjungatur; ubi M. P. de Cynoglossa aliis est præferenda.*
4. *Subjungantur etiam, & interponantur ea, quæ æqualem universæ massæ distributionem promovent. In hunc finem commendantur*
 - a) *Alexipharmaca temperata, moderatis dosibus & justis temporum opportunitatibus propinata, e. g. Essent. Alexipharm. Stahlî.*
 - b) *Diaphoretica blanda, Diluentia paulo largius, & calidè hausta, e. g. Infusa Théæ, ~~Coffæ~~, Veronic. Salv. Flor. Lavendul. &c.*
5. *Ad sanguinis congesti & restagnantis discussionem adhibeantur simul externè Topica, sed cum cautelis infra commendatis, v. g. Spiritus Vini Camphoratus, Epithema illud, per vulgus notum, e Semine Carvi, Baccis Juniperi, Sale communi & mica panis fermentati paratum; & subordinentur eodem tempore lenia Repellentia e Nitro, Saccharo Saturni, Aceto rosaceo præparata.*

flor. Sambuci

B. *Extra Paroxysmum.*

1. *Ventilationes sanguinis præservatorie circa æquinoctia instituantur, & constanter repetantur.*
2. *Laxantia lenia cum epicrasi his sanguinis evacuationibus præmittantur & subjungantur.*
3. *Deinde Tonum partium roborantia propinentur, e. g. Tinctura Tonico-Nervina Stahlî, Essent. Succini cum Essent. lignorum, Sarsaparille, combinata.*
4. *Rerum non-naturalium conveniens usus, inprimis circa motum & potum sufficientem, probe observetur.*

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quoniam in ipsis etiam *Becchicis* Congestionibus, e. g. Coryza, tussi humida, tumore œdematoso &c. imminutio sanguinis a Natura intenditur, hoc autem *indicatum* a paucissimis observatur, Medicus tanto magis ad hoc negotium animum suum applicare debet.
2. Quæ de Venæ sectionibus, in *Paroxysmis* institutis, sub Hæmorrhagiis passim indicavimus, quod scilicet in *præsens* tantum, non autem in *futurum* auxilium adferant, & insuper in convenientes consecutiones inducant, probe etiam in Congestionibus observanda sunt.
3. In *incremento* & *statu* Congestionum a Discutientibus, Repellentibus & Topicis prorsus abstinendum, affectus alias non mitigatur, sed exacerbatur.
4. Ab Alexipharmaco - Diaphoreticis calidioribus, & regimine coacto, prorsus abstinendum; temperata autem, quando adhibentur, alvi legitimum successum exposcunt.
5. *Anodyna* eadem cautela exhibeantur: Quando enim sub doloribus, ut plerumque fieri solet, & ante debitam evacuationem, adhibentur, gravia & pertinacia mala inde expectanda sunt.
6. Quid circa Pediluvia, Vescicatoria, & Fonticulos observandum sit, & in quibus Congestionum speciebus conducant, sequentibus Tabulis indicabitur.
7. In pertinacibus illis Congestionibus, Hypochondriaco - Ischiadico - Podagrico - Hæmorrhoidalibus, talis efficacæ sunt *Hirudinines*, orificio intestini recti applicatæ, qualis a nulla alia medicatione expectanda est.
8. *Essentia Succini* in omnibus congestionibus, dolores post se trahentibus, officium suum optime facit, juncta cum *Essentia Alexipharmaca* Stahlii, & repetito propinata.
9. Copiosior quando occurrit congestio, & corpus insuper est spongiosum, abstinendum est sub *initium* & circa affectus *statum* a *Salibus volatilibus urinosis*, præsertim largius datis.
10. In notabili vero declinatione, a parvis inprimis dosibus incipiendo, non male se gerunt.
11. Ubi autem congestio quoad materiam *parcius* contingit, e. g. in Hemicrania minus plethoricorum, tum in ipso etiam *statu* utiliter dari possunt, sed remixta cum *Tinctura Salis Tart.* vel *Antimonii*,

12. Nam *Alcalica* *hec* *fixa* per acrimoniam suam promovent diureticam evacuationem, serosam tenacitatem potenter incidunt, & sic ad æqualem humorum distributionem atque congestionum discussionem multum contribuunt.
13. *Liquamen Lumbricorum terrestrium*, per Spiritum vini & paululum Nitri adjecti a corruptione præservatum, est Antispasmodicum non contemnendum.
14. *Analeptica*, in forma emulsionis, paululum diluta, & saporis non ingrati, exhibita, pertinaciam rigidæ & spasticæ constrictionis egregie demulcent.
15. *Embroche* seu stillicidia balnearia, præsertim paulo fortius allabentia, non penitendi sæpissimè effectus sunt, & quidem in illis casibus, ubi dolores fixi, in partibus præcipuè carnosis, congestionibus accedunt.
6. *Blandus calor*, tum in ipsa parte affecta, tum in reliquo corporis habitu, tam efficaciter prodest, quàm refrigeratio nocet. In parte tamen affectâ blandior esse debet hic calor, quàm in aliis, ad quas humores derivandi sunt.
- Ligatura partium* oppositarum suam habent utilitatem, imprimis tamen circa initia, ubi humores adhuc in motu constituti sunt. Quando autem humores jam quasi quiete restagnant, tum plus possunt *Friktiones*, quæ fremebundum sensum latius diffundunt, & eo ipso spasticum toni rigorem demulcent.
- Amuletica & specifica* interdum satis efficacia sunt, in Subjectis præcipuè sensibilibus; prius autem in usum non trahenda, quàm præmissis universalibus, vel planè sub initium.
20. Ex Amuleticis *Buso exsiccatus* in plerisque congestionibus efficaciter adhiberi solet; cujus rei in congestione, præsertim *Anginæ*, experimentum habemus, per ipsum vulgus satis notum.
21. *Animi turbulentæ commotiones* in Congestionibus follicitè evitantur sunt, quia ad earum repullulationem multum contribuunt.

Syrupus Lumbricorum vini
Si ad Syrupum in Decod. hæc
2 Syrup.

TABULA XVII,
DE
CEPHALALGIA.

I. DEFINITIO.

Cephalalgia est species dolorum capitis, ab humoribus, mediante motu tonico copiosius ad caput congestis, nullum autem exitum ibidem invenientibus, ordinarie originem ducens. Derivatur a κεφαλή, caput, & ἀλγέω, doleo.

II. DIFFERENTIA.

Cephalalgia est vel

1. *Idiopathica*, quæ a plethora, & hinc immediatâ sanguinis ad caput congestione exoritur; vel
2. *Symptomatica*, quæ vel e vitio primarum viarum, mediante consensu *paris vagi* nervorum, vel in aliis morbis, e. g. febribus acutis, a translatione humorum ad caput, originem sumit.
3. Divisio Cephalalgiz in *sanguineam* & *serosam*, *catarrhalem*, *phlegmaticam*, *biliosam*, *melancholicam*, non tam diversitatem causarum, quam Subjectorum saltem & temperamentorum differentiam involvit; in praxi tamen non prorsus præmittenda est.
4. Cephalalgia differt a *Cephalæa*
 - a) *Gradu*: nam in *Cephalæa* omnia sunt acerbiora & pertinaciora.
 - b) *Tempore*: Cephalalgia ordinarie breviores habet periodos; *Cephalæa* autem *Chronicus* magis & habitualis est affectus.
 - c) Dantur tamen etiam pertinaces & fere *continue* Cephalalgiz, a *Cephalæa* parum differentes, quæ per frequentem causarum repetitionem & consuetudinem in talem habitum deductæ sunt; quales in sæminis præcipue observantur.
 - d) Reliquas differentias Cephalalgiz & *Cephalææ*, *Signorum* hujus & XIX. Tabulæ comparatio manifestabit.

5. Differt porro Cephalalgia ab *Hemicrania*, quæ arthritico-spasticæ indolis est: Certa enim intercedit differentia inter dolores, qui magis a congestione dependent, & inter illos, qui unice a contentionibus spasticis. proveniunt. Specialiorem differentiam *Signa* hujus *Tabulæ*, & illius, quæ *Hemicraniam* exhibet, docebunt.
6. Differt denique Cephalalgia ab *ulceroso-ichorosis congestionibus*, quæ vel a violentis externis causis, vel a qualicumque humorum corruptione, maxime omnium a *Lue venerea*, originem ducunt; Hi enim dolores a Cephalalgicis, sequentibus se distinguunt:
 - a) Salso ardore rodent, acriter morficant & terebrant.
 - b) Continuo durant, nec unquam *in solidum* desinunt.
 - c) *Nocturno* tempore notabiliter exacerbantur, cum primis incallescendo per quietem corpore; unde Germani dicunt: *Die se Schmerzen können keine Federn vertragen.*
 - d) Plura de his doloribus *Tabula de Lue Venerea* exhibebit.

III. *SIGNA.*

1. Exferit se hic dolor aliquando per *totum Caput*;
2. Communiter vero in *Fronte*, & per *Tempora* sursum ad *Bregmata*.
3. Magis familiariter circa *radicem Nasi*, unde patientes ibidem *ardorem*, & circa *os cribrosum* eximie pressiois sensum accusant.
4. Simul fere in intimis *oculorum bulbis* de graviter premente & compungente dolore conqueruntur.
5. Dolor concurrit *odontalgicus* fluctuans & reciprocus ita, ut dolore dentium urgente, reliquus capitis dolor aliquo modo cesset, & vice versa.
6. Unde *dentes* sæpe corrumpuntur, & corrupti eo facilius de novo invitant dolores.
7. *Tinnitus aurium* & susurrus sæpe etiam accedunt.
8. *Oculi* sive exquisitè rubent, sive tamen vascula aliqua inflatione distenduntur, ad minimum *visui* non sufficiunt, nec lumen liberius possunt tolerare.
9. *Color faciei* communiter satis rubet, nisi jam spasticum quid concurrat, in quo casu *pallor* potius, vel tamen rubor *male distributus* conspicitur.
10. Comitatur hunc ruborem *turgescencia* & *inflatio* faciei, aut certe *vasorum temporum*, & fere pariter *jugularium*, Hinc vulgus mediante

diante *filo* capitis incrementum & decrementum solet percontari.

11. In *fæminis* occupat hic dolor tempora *menstrua*: provenit modo *ante* mensium eruptionem, modo *sub* fluxu illorum *imminuto*, modo *post* eundem, *premature* subsistentem, & ita singulis mensibus scenam suam ludit.
12. Interdum, sed rarius, accedunt affectus Vertiginosi, qui de insigni congestionis gradu testantur.
13. In partibus *remotis*, ob motum strictiorem tonicum, sese manifestat

a) adstrictio *alvi*.

b) pauca & tenuis *urina*.

IV. SUBJECTA.

Cephalalgia familiariter corripuntur

1. *Sanguines*, habitu corporis florido, & facie rubicunda præditi, item Sanguineo-Melancholici, Sanguineo-Phlegmatici.
2. *Juniores* præ senescentibus.
3. *Fæmina* præ viris.
4. Personæ, quæ vitæ otiosæ & sedentariæ gaudent, cum dixta lautiore, aromaticâ, spirituosa.

V. CAUSÆ.

1. Causa *materialis interna* est Plethora, quæ simul *qualitate*, præcipue apud Hypochondriacos, solet peccare.
2. Causa *formalis* est intentio Animæ, ad exonerandum sanguinem abundantem, per Hæmorrhagiam narium: unde humores mediante motu tonico copiosius, versus caput ab illa restringuntur.
3. Causæ *externæ & occasionales*, quæ talem congestionem possunt provocare, multæ observantur, e. g.
 - a) Evacuationes sanguinis *naturales*, inprimis narium, suppressæ.
 - b) Evacuationum sanguinis *artificialium* consuetarum neglectio.
 - c) Consuertæ *aliæ* evacuationes neglectæ, e. g. purgationes, sudationes &c. certis temporibus celebrari solitæ; huc etiam pertinent sudores retropulsi.
 - d) insignes corporis & animi commotiones, inprimis iracundia.
 - e) Potus spirituosus, præcipue ad ebrietatem sumtus.
 - f) Somnus & vigiliæ, quando extra consuetum tempus eliguntur.

- g) Depravatio primarum viarum, tanquam causa *conſenſualis* conſideranda eſt.
- h) Vapores acriores per nares attracti.
- i) Pedum & crurum refrigeratio, præcipue humida.
- k) Capitis. *olim* concuſſio & vulneratio.
- l) Translatio humorum verſus caput in febribus acutis.
- m) Diſpoſitio hæreditaria.
- n) Conſuetudo, citra Congeſtionis rationem.
- o) Senſibilitas: unde odor gravis, & ſuaevolentus, præcipue in ſæminis, ſatis familiariter Cephalalgiam provocat, e. g. odor Moſchi, Zibethi, roſarum, fumantis ellychnii; ubi mechanicæ rationes, quæ vulgo allegantur, non ſufficiunt, poſſunt enim alia fœtida perferre, v. g. Caſtoreum, aſam fœtidam &c. *pennafel cana aduſas.*

VI. PROGNOſIS.

1. Cephalalgia tantum *periculi* non inducit, quantum *incommodi* cauſatur.
2. Affectus tamen vili non pendendus eſt: facile enim in pravam conſuetudinem degenerat, ut deinde non ſolum frequentius revertatur, verum etiam pertinaciter duret, & *Cephalæ* indolem exhibeat.
3. Præſagit Cephalalgia
 - a) Læſiones *viſû*: ophthalmiam, ſuſuſionem oculorum, guttam,
 - b) Læſiones *audiriû*. (rofaceam &c.
 - c) Affectus arthriticos.
 - d) Ætate provectiore Lethargum, Apoplexiam & Paralyſin, præcipue, quando Vertiginofus affectus accedunt.
4. Cæterum hæc Congeſtio cum effectibus ſuis dolorificis duobus modis ſolvitur.
 - a) Vel enim contingunt *evacuatiões*.
 - 1) Sive *ſanguinis* per nares, quæ dolores familiariter præſentiffime ſolvunt;
 - 2) Sive *Seri*, e. g. e naribus ſub eruptione gravedinoſa, item ex oculis, ſub illorum lippitudine;
 - 3) Sive *puris* modo e naribus, modo ex auribus: in graviſſimis nempe & fere inflammatoriis caſibus.
 - b) Vel Congeſtio ſucceſſivè *diſcutitur*, & dolores ſenſim ſolvuntur, Contingit hoc
 - 1) prom-

- 1) promptius in junioribus,
 - 2) tardius in annosioribus, præcipue fœminis,
 - 3) tardissime in *adjuetis*, & ubi insultus cum impetu erumpunt.
5. Cephalalgia, quando in consuetudinem jam degeneravit, & vitæ genus sedentarium non mutatur in laboriosum, optima methodus, & remedia efficacissima constans auxilium non possunt adferre.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

A. In Paroxysmo.

1. Motus humorum *specialis* a partibus superioribus ad inferiores revocandus est: hinc ante omnia *alvus*, quæ ordinariè adstricta, expediatur.
 - a) vel per *Chylores* emollientes, carminativos;
 - b) vel, in casu minus urgente, per *lenia laxantia*, e. g. Pilulas Stahlii, Beccheri, cum extracto Hellebori nigri paululum acutas, Rhabarbar.
2. Deinde exhibeantur remedia, quæ *orgasmi* sanguinis contemperant, & spasticam fibrarum stricturam demulcent.
 - a) Faciunt hoc Nitrosa, Absorbentia, Cinnabarina, cum Diaphoreticis fixis combinata, e. g. Nitrum depurat. Ocul. Cancræ, Cinnab. Antimon. Bezoard. mineral. Antimon. diaphoret. *Item Succini, et pleray succinata*
 - b) Ubi crasis sanguinis *spissior* est, addatur Sal digestivum, e. g. Arcan. duplicat. Tartar. Vitriolat. De quibus pulveribus ter vel quater per diem Scrap. I. potest propinari.
3. His subjungantur, quæ æqualem sanguinis distributionem promovent, & sic congestionem circa caput dissipant. Faciunt hoc Alexipharmaca temperata, & blanda Diaphoretica, horis ante meridiem, & quidem exiguis dosibus propinanda, e. g.
 - a) Essent. Alexipharm. Stahlii.
 - b) Decoct. e rad. Sarsaparil. Cichor. Chin. *Cardan. ligno*
 - c) Diluentia aquosa largius & calidè hausta, nempe Infusa Thæe, Coffèe, Veronicæ, Lavendulæ.
4. Dolores autem si hisce cedere recusent, lenis & circumspecta *sedatio* locum habet: in quem finem gr. I. M. P. de Cynogloss, pulveribus temperantibus versus somnum immisceri potest,

potest, observando saltem, ut excretiones alvi legitime succedant.

5. *Externa remedia*, quæ subinde effectum aliquem præstant, cum internis conjungantur. Huc pertinent

a) Spiritus vini Camphoratus, leniter crocatus, qui in sensibilibus dolores præsentaneè sæpius abigit.

b) Unguentum Alabastrinum.

c) Radix Rhodia, quæ pulverisata, & epithematis forma fronti alligata, egregium præstat effectum. *Wolfsbühel.*

d) Remedium domesticum, e pane secalino cum pauco sale, baccis Juniperi, semine Carvi, fronti applicatum, etiam usum suum suppeditat. *nuclei persici.*

e) *Pediluvia*, Ligaturæ, Frictiones.

6. Denique in declinatione dolorum exhibeantur tonum partium roborantia. MR. polychresta Stahlî, Essent. Succini.

7. In Cephalalgia *Symptomatica* ad primarium affectum respiciendum est, e. g.

a) Saburra primarum viarum eliminatur secundum methodum, suo loco commendatam.

b) Febres acutæ tractantur, uti sub iisdem indicatum est. Vid. Tab. de Febre Synocha. =

B. Extra Paroxysmum.

Quantitas sanguinis imminuatur per Venæ sectionem circa æquinoctia institutam; cui ad meliorem derivationem *Pediluvia* præmittantur.

2. *Qualitas* illius corrigatur

a) *Spissior*: per resolventia, attenuantia & digestiva, e. g. fiat vinum medicatum e radicibus Alexipharmacis, herbis Antifcorbuticis, cum laxantibus sociatis.

b) *Tenuior*: per Temperantia, præcipitantia, acidula.

3. *Æqualis humorum distributio* promoveatur per MR. Tonicæ Nervinæ Stahlî.

4. Sub his omnibus Hæmorrhagiarum suppressarum specialis ratio habeatur, e. g. Mensium, Hæmorrhoidum.

5. *Diæta* conveniens probè observetur, inprimis circa motum corporis laboriosum & potum sufficientem.

*Verben-
...
7. 7. rosar.
Acet. rosar. ʒij.
2. rosar. ʒij.
Camphor. solut. ʒij.
O. purif. ʒij.
L. cap. ʒij. q. s. p. p.
Linthea, capiti sum-
ligaturæ mandel.
reposito.*

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Cautelæ & observationes, quæ Tabula de Congestionibus in genere traditæ sunt, ante omnia hic notandæ & applicandæ commendantur.
2. Bonum consilium, optimum remedium: exerceatur corpus laboribus continuis & placidis, Dixta autem largior paululum ei subtrahatur, sic totum negotium felicius succedet, quam si ingens medicamentorum farrago propinaretur.
3. Quando Cephalalgia jam per plures dies invaluit, & dolores tam contumaces sunt, ut Spiritui Vini Camphorato cedere recusent, tum *Unguentum Alabastrinum* adhuc tentandum est, quod, ex commendatione Foresti, insigniter subinde lenit.
4. Modo optima, e tot monstris, eligatur compositio, nempe illa, quæ plus *Alabastris* & aliquid *albuminis ovorum* continet. Vile remedium, pretiosus effectus. Conservecur vitro, non capsulâ, quia facile siccescit.
5. *Unguenta pinguis*, quibus Veteres caput inungebant, plane non conducunt, poros enim obstruunt, & sic transpirationem, in hoc affectu salutarem, præpediunt.
6. Recentiorum aliqui *nucleos Persicorum* contundunt, & Camphoram cum aqua rosarum admiscunt, ad externum usum, sæpe non contemnendum.
7. *Odoramenta* duplicis generis, nempe *urinosa* & *spirituoso-balsamica*, parum auxilii adferunt, plus tamen ab urinosis, moderatè adhibitis, adhuc sperandum; qualia sunt: Spiritus C. C. Salis Ammoniaci &c. *Item Gal Anglican.*
8. *Spirituoso-balsamica* autem, immoderatè adhibita, Cephalalgiam exacerbant, præcipuè in sæminis; majorem etiam humorum appulsam, & hinc vasorum turgescentiam causantur. Cautè itaque cum aqua Hungarica & aliis talibus procedendum. *Item Balsam Hungaricum prævaldè & doct.*
9. *Cucuphe*, quæ ad roborandum caput & memoriam communiter commendantur, nudâ opinione fundatæ sunt, & in dispositis, ad commotionem sanguinis occasionem suppeditant. Absint inprimis species earum calidæ apud sæminas, quæ in *bregmate* sensum illum frigidum perferunt, ac si frustum glaciæ capiti impostum esset.

10. Senefcente & intepescente doloris impetu, imo etiam sub insul-
tu leviter emicante, usus *Essentia Succini* egregiè convenit. Ha-
bet enim Succinum aliquid Tonici, unde tam in *fluxionibus* san-
guinis, quàm in ejusdem *commotionibus*, exitum non invenien-
tibus, bonum edit effectum. Est etiam Diuretico-discutiens.
11. *Oleum* autem *Succini*, ut & alia destillata, usum Cephalicum non
habent, humores enim admodum exagitant, ardorem & æstum
inferunt, & non, nisi forsàn phlegmaticis, aliquem usum præ-
stant.
12. *Herba Verbena* recentis specifica efficacia, a Foresto recensita, ra-
ro se commendat. D. D. Stahlius tamen virginem, Hemicraniã
& Odontalgia ad insaniam usque correptam, hac herbã resti-
tuit.
13. Si quis *narium Hemorrhagiam* feliciter posset provocare, haberet
ille in Cephalalgia, & multis aliis capitis congestionibus, reme-
dium exoptatum. Multa quidem in hunc finem commendan-
tur, sed quo effectu, docet experientia. Michaëlis laudat radi-
cem Crocodilii; Alii commendant applicationem *Humidorum*
ad apicem nasi, alii comas virides *Millefolii*, alii flores *graminis*,
naribus intrusos, & in iisdem agitados, alii ruditer & moleste
ad fetas suillas confugiunt. De Scarificatione narium Ægyptia-
ca legatur Programma D. D. Stahlii.
14. Conspiratio capitis cum Ventriculo, mediante *parte octavo* nervo-
rum, bene attendenda est: in sensibilibioribus enim dolores Ce-
phalalgici statim exoriuntur, quam primùm digestionis vitia
occurrunt, vel ventriculus flatibus distenditur, aut refrigerat-
ur.
15. Causæ horum dolorum, quando in acrimonia vellicante, irri-
tante, pungente, acido inspissato, vel in crassitie humorum, &
in specifica scorbutica intemperie, quæruntur, atque hinc per
ruda *corrigentia*, & incongrua *discussentia*, item per *narcotica* &
sopientia hic affectus tractatur, omnia gravius pervertuntur:
dolores enim non cedunt, sed contumacius durant & frequen-
tius recurrunt.
16. In specie de *Opiatis* & *Narcoticis*, frequentius adhibitis, ejusmo-
di perversus & plane contrarius effectus sæpissime expectan-
dus est, ut scilicet, loco mitigationis dolorum, in contumaciam

Paroxysmorum, vix credibilem, patientes conjiciant; unde non raro audire contingit: Das gewöhnliche Medicament wil nun nicht mehr helfen.

17. Insuper *Opiata* sensum capitis obtusum & vertiginosum facile relinquunt, imo catarrhi suffocativi, affectus Paralytici, Cachectici, non raro invitantur.
18. *Cinnabaris*, majore dosi exhibita, & cum aliis convenientibus combinata, effectum edit antispasmodicum satis notabilem, tam in *fluxionibus* quam *commotionibus* sanguinis, & hinc opiato- rum vices sæpius supplere potest.
19. Fallissimum itaque quorundam Practicorum est assertum, ac si usus *Cinnabaris* in fluxibus sanguinis & aliarum excretionum, minus tutus existat; cum tamen revera cuivis ætati & sexui maxime sit accommodatus.
20. *Specificum Cephalicum* Michaëlis satis quidem decantatum, sed effectu felici non æque confirmatum est: in majore dosi adhibi- tum, ventriculo molestias inducit.
21. *Helleborina*, cum aliis remixta, blande operantur; *sola* autem pro- pinata, tormina excitant.
22. Inter *Laxantia* exulent *Aloëtica*, sanguinem enim magis turge- faciunt, & sic Cephalalgiam augent. Hinc Pitulæ Cephalico effectu vulgo decantantur, quoad ingredientia prius bene examinandæ sunt, quam in usum trahantur.
23. *Embrocations* Veterum, præmissis universalioribus, non plane rejiciendæ sunt, nam motum tonicum fremebundum & horri- dulum suscitant, & hac ratione sanguinis congesti depressio- nem promovent.
24. *Pediluvia* in omnibus Congestionibus, quæ versus caput & pe- ctus contingunt, multum levaminis exhibent, sanguinis enim versus illa loca restrictionem relaxant, & ad pedes deducunt; Cavendo, ne nimis calida adhibeantur, quia sanguis facile tur- gescit, & Natura ad impetuosam commotionem excitatur, unde febres nascuntur; præcipue si pedes altius immergan- tur, nimis diu immersti detineantur, & alvus insuper sit ad- stricta.
25. *Pediluvia*, quando nimis frequenter adhibentur, speratum effe- ctum minimè præstant; & ubi actualis febrilis commotio con- currit, ab illis prorsus abstinendum est,

26. *Martialia* omnem bonum effectum hic eludunt, & heteroclitas varias aberrandi species invitant.
27. Fœminæ quidem nonnullæ effectum illorum adstringentem (alius *Martialibus* non conceditur, etiam optimè paratis) tranquillius adhuc tolerant; successu tamen temporis in *Fabem* vel *Hydropem* rectâ viâ deducuntur.
28. Quæ autem Subjecta *sensibilia* sunt, his in parte affectâ varia molimina spastica, imo convulsiva oriuntur, quæ tandem ad violentas eruptiones impetum faciunt; in partibus autem remotis stricturnæ impetuosæ, tensiones, inprimis alvi pertinaces obstipationes inducuntur.
29. Quando autem motus illi spastici ad eruptiones non pertingunt, graviora adhuc pathemata, febres nempe, inflammationes, œdemata pertinacia, patientes incurrunt.
30. *Salia Volatilia*, exigua doli propinata, loco speratæ attenuationis, tonicam & nervinam efficaciam edunt; unde fit, ut moderate adhibita hæmorrhagias sistant, & sub initium planè congestionum, præcipue vero in declinatione, bonum effectum præstent, in *acutis* autem dolorum propinata, sensibilem illorum exasperationem inducant.
31. In majore doli propinata, effectum edunt prorsus adstringentem, unde Natura ad impetum excernendi commovetur, & violento motu perrumpere intendit.
32. Unicum & certissimum *artificiale* remedium est *Vena sectio* in pede, magna incisione & sufficiente quantitate administrata, ut eo major alteratio obtineatur; sed nimis frequenter non repetenda est, alias sperata alteratio non succedit. In gravidis, Cephalgia correptis, in *brachio* instituitur.
33. Si minus sanguinis emittitur, quam Natura desiderat, adhuc insolentius luxuriare incipit; quod docet, *motus* hic magis considerandos esse, quam *qualitates* sanguinis irritantes.
34. *Vena sectio*, uti fere semper in aliis affectibus, sic etiam in Cephalgia magis *præservatiõe* laudatur: hinc in *Paroxysmò* ab hoc remedio abstinendum; nisi quidem summa necessitas, quæ tamen hic raro contingit, illud efflagitet: facilius alioquin affectus recurrit, & *Venæ sectio* sensim minore, imo tandem nullo effectu instituitur.

35. *Scarificationes in paroxysmo*, magis possunt tolerari, imprimis adfecta; minoris autem in genere sunt efficaciz, quam Venæ sectiones.
36. In juniore ætate, infra annum vicefimum quintum adhuc constitutâ, *artificiales* evacuationes per Venæ sectionem & Scarificationem, quantum fieri potest, omittantur: Vix unquam enim tale damnum huic ætati a Cephalgia obtingit, quale in anæstioribus timendum est, nempe: Vertigo, Apoplexia, Lethargus, Paralysis; sed Natura ut plurimum sponte sua hunc affectum feliciter profigit.



TABULA XVIII.

DE

CEPHALALGIA ILIACO-HÆMATITICA,

SEU

CLAVO HYSTERICO.

I. DEFINITIO.

Cephalgia Iliaco-hæmatitica est specialis capitis dolor, sexui feminino magis proprius, a restrictione sanguinis menstrui versus caput originem ducens.

II. DIFFERENTIA.

1. *Clavus hystericus*, a Sydenhamio ita nominatus, licet cum Cephalgia sanguinea plurimum conveniat, ob peculiare tamen circumstantias, peculiari indiget evolutione.
2. Ab *Ileo Hæmatide* Hippocratis proprie non differt *Clavus hystericus*, sed unus idemque est affectus; nisi quod Ileon Hæmatides sensu magis generaliore sumatur, & omnes turbas spasticas, a vitio sanguinis menstrui exortas, comprehendat, nempe Cephal-

lalgiam Iliaco-Hæmatiticam, seu *Colicam anotericam*, die Ober. Colicæ vulgo: *Ubersolck* & *Colicam abdominis*.

3 *Clavus* hic *hystericus* differt gradu.

- a) In aliis enim *mitiora* sunt dolores, & circa tempus menstruum per 3-4. dies plus minus patientes exercent; qui gradus ad Cephalalgiam, præcedente Tabulâ exhibitam, proximè accedit.
- b) In aliis autem dolores sunt *percinaces* & ita fere continui, ut ad Cephalzæmagis referendus sit affectus; & quando inquinamentum Venereum dictis causis in massa sanguinea supervenit, quod hodie non ita rarum est, Cephalzæ atrocissima inducitur.

III. SIGNA.

1. Dolor gravativus, distensivus, vellicans, lancinans, modo totum caput occupans, modo & præcipue circa Tempora ita sensibilibiter pungens, ac si *clavus* ibidem esset infixus; a quo doloris sensu nomen hic affectus accepit.
2. Cum his doloribus sæpe numero concurrens pertinax *sensus frigoris* plane *gelidi* circa *suturam sagittalem*, als wenn ein Stück Eiß oben auf dem Kopf läge.
3. Inflatio capitis peripheriz quasi erysipelacea, cum rubore faciei plerumque conjuncta.
4. Tinnitus aurium, gravitas audirus.
5. Comitantur hunc affectum non raro
 - a) febricula aliqua,
 - b) horripilatio quasi perpetua extremorum artuum,
 - c) Lassitudo insignis,
 - d) appetitus dejectus,
 - e) nauseabundus vomendi conatus, & ructus,
 - f) pertinax adstrictio alvi.
6. Recurrit ordinarie circa menstruas periodos.
7. Quo tempore, si adhuc *levioris gradus* existit, per aliquot saltem dies scenam suam ludit.
8. Quo magis autem in *consuetudinem* adactus est hic affectus, vel causæ *Veneræ* inquinamenti accedunt, eo magis continuus, chronicus & perennans observatur.

IV. SUBJECTA.

1. Est quidem hic affectus *fœminino* sexui, vitio mensium laboranti magis proprius, occurrit tamen etiam nonnunquam simile schema in *viris*, qui arthritico-hæmorrhoidalibus fluctuationibus & turbis obnoxii sunt.
2. *Illæ* autem *fœminæ*, & vix unquam *alix*, hisce doloribus & incommodis subjacent, quæ
 - a) otiosæ, & vitæ sedentariæ addictæ.
 - b) Dicitæ plena & lautiore viventis.
 - c) Animi commotionibus expositæ.

V. CAUSÆ.

1. *Causa generalior* hujus affectus convenit cum causa Cephalalgicæ, præcedente Tabula exhibitæ: nimirum motus sanguinis excretorius, versus caput directus, utrorumque est fundamentum.
2. *Causa specialior* est mensium vitium qualecunque, rarius obstructio Hæmorrhoidum, per incongrua artificiâ inducta.
3. *Hæ causæ materiales* Naturæ ansam præbent, per varios motus spasmodicos retenti sanguinis expressionem tentare
 - a) Locis sub initium proximis: unde motus Hypochondriaco-hysterici oriuntur.
 - b) Deinde circa pectus, per varias tensiones & compressiones.
 - c) Denique in capite intentionem suam manifestat per incommoda sub *Signis* indicata.
4. *Causæ externa & occasionales*, quæ præcedente Tabula nominatæ sunt, Clavum etiam hystericum invitare possunt, præcipue refrigeratio pedum, dicitæ calida, & animi commotiones.
5. Conferatur Tabula de Hypochondriaco-Hysterico malo.

VI. PROGNOISIS.

1. Nihil magis vexat Medicos, & opprobrio illos exponit, quam dolores capitis in sexu *fœminino*.
2. *Causa infelicitis* hujus successus non querenda est in ipso affectu, nec etiam semper in præpostera medicatione, sed potissimum in conditione Subjectorum.
3. *Quemadmodum* enim illæ fere solæ huic incommodo subjacent, quæ commodam, otiosam & victu abundantem vitam degunt, hoc vitæ genus autem ab omnibus personis, quarum fors tolerat, cum desiderio amplectitur: ita etiam nulla alia, quam

mitigatoria, & denuo repetenda cura in illis potest obtineri.

4. Cavus autem hystericus *per se* consideratus, licet inveteratus, & per multas reiterationes in consuetudinem perductus sit, admittit tamen, teste experientia, plenariam sui eradicationem, si perversum vitæ genus mutatur, & congrua methodus adhibetur.
5. Quoniam autem hic affectus in Hypochondriaco-hystericis turbis radicatur, non, nisi illis in ordinem redactis, tollitur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

Methodus hic fere eadem est, quam in Cephalalgia, præcedente Tabula commendata. Nimirum

A. In Paroxysmo.

1. Alvus ante omnia est expedienda,
 - a) vel per Clysteres lenientes & emollientes, non autem stimulantés.
 - b) vel per lenissima laxantia interna; ubi impetus dolorum non ita urget.
2. Deinde orgasmus sanguinis contemperandus, & spastica fibrarum strictura demulcenda est, per Nitrosa, Absorbentia, Cinnabarina cum Diaphoreticis fixis combinata, e. g. Nitrum depurat. Conch. ppt. Ocul. Cancr. Cinnab. nativ. ppt. Bezoard. Mineral. Antimon. Diaphoret. Et ubi crasis sanguinis *spissior* est, addatur Sal Digestivum, quod etiam ad mucositatem in primis viis resolvendam & Diuresin obtinendam necessarium est.
3. His interponantur æqualem sanguinis distributionem promoventia, e. g.

Rec. Essent. Alexipharm. Stahl's Drachm. II.

Millefol. Drachm. I.

Spirit. Salis Ammoniac. Drachm. semis.

M. Dosis gtt. XXX.

4. Hæc autem quando non sufficiunt, *lene Anodynum* pulveribus temperantibus misceri & versus somnum propinari potest, e. g. M^p. de Cynogl. gr. I, pro dosi; quo tempore successus alvi observetur,

5. Externa remedia simul adhibeantur, quæ præcedente Tabula commendata sunt; ubi imprimis *Spiritus Vini Camphoratus*, temporibus illitus, & vertici instillatus, egregie conducit, item *Unguentum Alabastrinum*, quod sanguinem notabiliter ad interiora restringit.
6. Denique sub declinatione dolorum propinentur *Tonica*, e. g. MR. *Tonico-Nervina Stahlii*, item *Essent. Succin.*

B. *Extra Paroxysmum.*

1. Circa æquinoctia instituantur Venæ sectiones.
2. Mensium præ omnibus habeatur ratio, & versus illud tempus, quo expectantur, vel expectari debent, Pilulæ Stahlî vel Beccheri per sex circiter dies exhibeantur, & sequentibus mensium periodis repetantur.
3. Optimum, & unicum fundamentale remedium, nempe sufficiens corporis motus, tanto magis patientibus commendetur & inculcetur, quanto difficilius ad id eligendum & continuandum perducî possunt.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quæ præcedente Tabula sub Cautelis annotata sunt, hoc loco plurimam partem possunt applicari.
2. Multæ sunt sæniæ, quæ *Camphora* odorem non possunt perferre; ne autem efficaci hoc remedio priventur, nares illarum tamdiu obrurandæ sunt, donec Natura, ab hac inunctione levamen sentiens, remedium illud amore amplectatur. Hac ratione multarum averfatio a *Camphora* feliciter sublata est.
3. *Calida* illa remedia *Nervina*, *Castoracea*, *Carminativa*, *Elixiria uterina*, male hic applicantur.
4. Quovis modo etiam cavendum est, ne per calida, externe applicata, sensum illum frigidum in vertice removeve animo sedeat. Es ist kein kalter Fluß / obgleich das Gefühl kalt ist.
5. *Opiata*, præpostere adhibita, exacerbant Symptomata, & inducunt affectus soporosos, stupores paralytodes, excretionum debitarum suppressiones, & interdum mentis plane alienationes,

6. Odor *salinum volatillum* non admittatur, donec temperantibus præmissis tonus spasticus in abdomine relaxatus sit; alias in capite motum tonicum inducunt, & per hanc congestionem humorum, in illo loco hætenus adhuc diffusorum, in angustum locum illos comprimunt, unde acutissimi dolores exoriuntur.
7. Exulent omnia *pinguis*, externe applicata, poris enim intimius se insinuant, transpirationem perutilem impediunt, & æstum augent.
8. Si *Vena seltio* ob patientis aversionem locum non habeat, *pediluvia* alternis diebus versus recursum mensium vesperi usurpentur; quo tempore alvus legitime succedat.



TABULA XIX,
 D E
 CEPHALAEA.

I. DEFINITIO.

Cephalza est pertinacissimus & fere continuus capitis dolor, a rheumatica congestione humorum versus caput originem ducens. Derivatur a κεφαλή, caput.

II. DIFFERENTIA.

1. Cephalza quomodo differat a Cephalgalgia, Tabula XVII. indicatum est.
2. Cephalza differt etiam aliquo modo a Cephalgalgia *continua*, nam hæc *simplicioribus* magis sanguinis congestionibus innitur, & per consuetudinem saltem ita fit perennans, illa autem motibus congestoriis *rheumaticis* stipata observatur. *Conf. Tab. XVII. de Cephalgalgia.*
3. Differentia Cephalzæ ab *Hemicrania* e *signis* hujus & sequentis Tabulæ collatis elucescet.
4. Ratione autem *causarum* quomodo Cephalza differat, infra sub causis indicabitur.
5. Cæterum Cephalza commode dividitur in
 - a) *Continuam*, Chronicam, valde pertinacem.
 - b) *Periodicam*, quæ certis temporibus paululum remittit.
 - c) *Vagam*, quæ nullius exactæ periodi existit.

III. SIGNA.

Signa secundum causas differunt.

1. Ubi Cephalza cum Cephalgalgia eandem causam *generalior* fovet, ibi etiam eadem signa obtingunt, sed gradu vehementiora, nam dolores non solum continuo fere durant, sed etiam pertinacissime affigunt.
2. In sæminis, quando Cephalza contingit, omnia illa signa conspiciant, quæ Tabula præcedente sub Clavo Hysterico allegata sunt.
3. Ubi *Ulceroso-Ichorosa* congestio, & in specie *Lues Venerea*, in causis est,

- est, ibi dolores falso ardore rodentes, acriter morficantes, te-
rebrantes, vix unquam in solidum desinentes, & nocturno
tempore, incalescente sub lecto corpore, sese exacerbantes, ob-
veniunt.
- 4. Quando a *coagulatione sanguinis scorbutica*, & *inflammatione venin-*
gum, Cephalæa exoritur, dolores satis acuti sunt, & calor in-
signis cum siti intolerabili accedit.
- 5. *Verriginosa* capitis perturbatio per intervalla, vel sub doloris de-
clinatione occurrit.
- 6. Nullum corporis motum patientes possunt tolerare: hinc a levi
motu capitis dolor augefcit, fit pulsatilis, & *arteriarum* pulsus
æmulans.
- 7. Quamdiu decumbunt, dolores observantur *mitiores*, ubi autem
caput attollere volunt, repentino insultu corripiuntur, ut sui
immemores recumbere cogantur.
- 8. Hæmorrhagia narium effrenis non ita raro in *scorbuticis* causis ac-
cedit. *Vid. Tab. de Scorbuto.*
- 9. Ceterum patientes Cephalæa afflicti sunt *sensibilissimi*, a quovis
enim clamore, strepitu, tumultu, gallicinio, tanquam rebus into-
lerabilibus perturbantur.
- 10. Lucem non possunt perferre, hinc cameras amant obscuras,
ubi tranquilla quies, & altum agitur silentium.
- 11. A quovis potu paululum *fortiore* statim male se habent, nec nisi
admodum *dilutum* tolerant.

IV. *SUBJECTA.*

- 1. Cephalæa familiariter obnoxia sunt *fœmina*,
- 2. Rarius *viri*, nisi a turbulentis Hæmorrhoidibus aut ulcerosa con-
stitutione, in specie a Lue Venerea, originem sumserit.
- 3. E fœminis autem illæ præcipue huic malo subjacent, quæ ob
vitæ genus sedentarium, diætam plenam, & animi pathemata,
mensium perturbationem incurrunt.
- 4. Temperamentum Melancholicum huic affectui præ aliis est ex-
positum, ad quod negotium in talibus Subjectis pertinax ani-
mi indoles efficaciz non est postrema.

V. *CAUSÆ.*

Causas Cephalæa ex illis, quæ sub *Signis* & Subjectis dicta sunt, in
hunc ordinem colligimus.

1. *Causa generalior in Cephalæa eadem est, ac in Cephalalgia, nam sanguinis ad hæc loca congestiones primum fundamentum præbent omnibus specialioribus effectibus & productis, in Cephalæa obvenientibus; quod etiam de ipsius Luis venereæ capitis doloribus non potest negari.*
2. *Causæ specialiores, quibus Cephalæa innitur, sunt constitutiones sive ulcerosæ, sive actu jam exulceratæ, quæ a sequentibus circumstantiis & causis originem sumere possunt.*
 - a) a Scorbuto.
 - b) a Luis venereæ inquinamentis.
 - c) ab aliis subcutaneis, scabioso-impetiginosis corruptionibus.
 - d) ab externis contusionibus, vulnerationibus & ulcerationibus, præpostere tractatis.
3. *Veteres materiam tenacem, cerebro impactam, vel plane Apostema aliquod, accusabant, & hinc, pro diverso respectu, modo Apoplegmatismos, setacea & vesicatoria, modo cauteria, modo ipsam capitis terebrationem commendabant,*

VI. PROGNOSIS.

Diversitas causarum diversam etiam prognosin involvit.

1. *Ubi causæ Cephalææ cum Cephalalgia conveniunt, ibi eadem valet prognosin, quæ Tabula XVII. de Cephalalgia indicata est; modo attendatur, quod a minori ad majus valeat consequens.*
2. *Ulcerosa Constitutio quando adhuc simplicior subest, difficultate quidem cura omnino laborat, non omnem tamen dirimit spem restitutionis.*
3. *Veneræa ulcerosa constitutio, aut quæ alia cum ossium carie conjuncta est, multo majores involvit difficultates: licet enim causa per dextram medicationem sublata sit (quod negotium etiam non exigui est momenti) dolores tamen vix unquam ita cedunt, quin dehinc subinde recrudescent.*
4. *Cephalæa illa, quæ per serosas excretiones facilem & frequentem exitum adepta est, multo pertinacior, quam alia minus talis, observatur.*
5. *Cephalæa cum insigni plethora conjuncta, Apoplexiam futuram præfigit. Vid. Forestus.*


VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Cephalæa, adhuc magis *simplicior*, non abludita Methodo, quæ Tab. XVII. de Cephalalgia tradita est; nisi quod hic *mucoſe ſtaſe* fortius reſolvi debeant, per Anticatarrhalia, & Alexipharmaco Diuretica, e.g.
 - a) *Radices*: Aſi, Pimpinell. alb. Helen. Angelic. Vincetox. Imperator. Gentian. rubr.
 - b) *Herbas* amaras & capillares; Scord. Centaur. min. Card. bened. Capill. Vener. Cuſcut.
 - c) *Cortices & ligna* odorata: Chacarill. Saffaſr.
 - d) *Gummi-refinas*: Ammoniac. Galban. Sagapen.
 - e) *Tincturas Alcalinas*: Salis Tartar. Antimon.
 - f) *Salia enixa*: Tart. Vitriolat. Nitr. Antimoniat. Arcan. duplicat. item Salia Centaur. min. Abſinth.
2. Facta reſolutione & præparatione materiz, *purgans* aliquod præſcribatur, ad illam evacuandam. Laudatur in hunc finem Jalapp. Extract. Panchymagog. Crollii, MP. de Succino Cratonis, Effent. Hellebor. nigri ſecundum Methodum Stahlîi, nempe ex Extracto reſinoſo mediante Spiritu vini parata.
3. Quo magis autem Cephalæa ab inquinamentis Venereis, vel Scorbuticis, aut aliis tam internis quam externis exulcerationibus fovetur, eo magis, ſecundum diverſitatem cauſarum, diverſæ etiam medicationes neceſſariæ ſunt, nempe
 - a) Cephalæa *Veneræa* tractanda eſt, ut Lues venerea, *vid. Tab. de Lue Venerea.*
 - b) *Scorbutica* ut ſcorbutus. *Vid. Tab. de Scorbuto.*
4. Quando incongrua *ſuppreſſio ulcerum* manantium, vel aliarum *ſeroſarum* excretionum præceſſit, manet quidem Methodus num. 1. & 2. commendata; quoniam autem in illo caſu affectus admodum rebellis eſt, externa nonnunquam in ſubſidium vocanda ſunt, nempe vel Apophlegmatismi, vel Fonticuli, vel Setacea, pro circumſtantiarum ratione.
5. In ſtatu *inveterato* colliquatio & evacuatio per *Mercurium* æque ac in cauſa venerea tentanda eſt.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Omnes obſervationes & cautelæ, Tabula XVII. de Cephalalgia commendatæ, quam maxime, & præcipue in Cephalæa etiam commendantur.
 2. To-

2. *Topica* eo magis hic sunt necessaria, quo magis continui & contumaces sunt dolores. In hunc finem præter Spiritum Vini Camphorat. præcipue adhuc laudatur *Radix Rhodiæ* pulverisata & pro Epithemate capiti applicata.
3. Medici iudicio relinquitur, num initium curæ cum purgante quodam faciendum, vel prius ad correctionem humorum accedendum sit.
4. Ad crasin humorum corrigendam formulæ *humide* aliis in hoc affectu præferendæ sunt, e. g. *Medicatum vinum* erad. Ari, Cichor. Caryophyllat. Helen. Angel. Herb. Meliss. Betonic. Verben. Commis Absinth. Cort. Citr. Aurant. &, si tempus ferat, Cochlear. recent. E Laxantibus Fol. Sennæ, Rhabarb. & præcipue Fibr. Hellebori nigri.
5. In *serosa* sanguinis dyscrasia conducit egregie *Essentia Succini* cum Spiritu Volatili C. C. & Tinct. Tartari maritata.
6. Pediluvia, Frictiones pedum per pannos asperos etiam egregie conducunt.
7. Notum est, quod in Cephalæa pertinaci sæpe ad *Trepanationem* properetur, sed illa locum non habet, nisi in talibus circumstantiis, ubi de extravasatione humorum sub *calvaria* certa indicia prostant.
8. Continentia corporis & animi sit tranquilla; dixta aromatica & spirituosa evitetur, & continua alvi successio promoveatur.
9. Quæ circa Venæ sectionem æquinoctialem in genere notanda sunt, Tabula XVII. prælibavimus, hic loci in specie adhuc monendum, quod, quia Cephalæa rariora habet intervalla, illa probe observanda sint, ne Vena tempore exacerbationis secetur.



TABULA XX.
DE
HEMICRANIA.

I. **DEFINITIO.**

Hemicrania est dolor capitis, dimidiam saltem illius partem occupans, ab *incompleta* sanguinis congestione originem ducens, & Hæmorrhagiam narium *eminus* respiciens. Derivatur ab *ἡμι*, semis, & *κράνιον*, calvaria.

II. **DIFFERENTIA.**

Hemicrania differt

1. a *Cephalalgia*:

a) In *Hemicrania* enim congestio est rheumatica & incompleta, quæ *eminus* quasi evacuationem sanguinis per nares intendit, & est affectus spastico-arthriticæ indolis, in Cephalalgia autem congestio saltem simplex contingit, quæ directe ad Hæmorrhagiam narium destinata est.

b) Hemicrania occupat saltem dimidiam capitis partem, & alteram immunem relinquit; Cephalalgia autem modo per totum caput, modo per certas illius partes se diffundit.

c) In Hemicrania sæpius subest causa consensualis, e. g. vitium primarum viarum, hæmorrhoidum, mensium; in Cephalalgia autem simplex magis peccat plethora.

2. Hemicrania per se dividi potest in

a) *Idiopathicam* &

b) *Symptomaticam*, de qua modo dictum est. Item in

c) *Continuam*, fixam &

d) *Periodicam*, seu per paroxysmos recurrentem.

III. **SIGNA.**

1. Dolores vibrativi, interlancinantes, contumaces, spastico-arthritici.

2. Dimidiam saltem capitis partem, præcipue sinistram occupantes.

3. In eodem tamen latere modo sursum, modo deorsum vagantes; ita,

ita, ut dolor ex osse *Bregmatis* ad os *Temporale*, & ex osse *Temporali* ad *dentes* ac *oculum* illius lateris, & sic ex uno loco in alterum evagari soleat.

4. Eo ipso, quo inferiores lateris partes occupat, superioribus paululum parcit, mox vero ex illis in has recurvat, & sic quasi intercurfando affligit.
5. Imo dolor interdum ad illius lateris brachium usque excurrit.
6. In partibus autem corporis *remotis* manifestat sese motus tonicus adstrictior.
7. Unde *alvus* communiter *secca*, & *urina tenuis* observatur.

IV. SUBJECTA.

1. Temperamentum Cholericum-Sanguineum huic affectui præ aliis succumbit, quia particulis *sulphureis*, orgasmum sanguinis promoventibus, abundat.
2. *Femina* tamen familiarior est quam *viris*.
3. Cum primis illis, quæ vitæ otiosæ addicæ, & crebris animi commotionibus obnoxie sunt.
4. Quibus legitimus mensium successus turbatus est.
5. Specialissime, quæ in *conjugio* sterili vivunt.

V. CAUSÆ.

1. Causa antecedens est Plethora cum sulphureo-biliofa sanguinis dyscrasia, ejusdemque nihilominus aliqua spissitudine conjuncta.
2. Causa proxima est congestio sanguinis ad caput, seu molimen hæmorrhagicum, aliquam illius excretionem respiciens.
3. Causa hujus congestionis & dolorum *instrumentalis* est partium *inferiorum* major contractio per motum tonicum auctiorem, *superiorum* autem porosarum relaxatio, & tamen contraria spasmodum oblectatio.
4. Causæ externa, *occasionales* & *procatartica* sunt
 - a) Suppressio evacuationum sanguinis *naturalium*, præcipue mensium & hæmorrhoidum.
 - b) *Artificialium* adfuetarum neglectio. e. g. Venæ sectionis, Scarificationis.
 - c) Vel contra Venæ sectio tumultuaria, aut statim tempore non reperita, unde motuum excretoriorum ordo perturbatur.
 - d) Vitium primarum viarum,

- e) Mutatio vitæ generis laboriosi in ſedentarium,
- f) Nimiz vigiliz & lucubrationes,
- g) Nimia corporis incaleſcentia;
- h) Aut repentina illius refrigeratio.
- i) Iracundia, inprimis tacita & ſuppreſſa.
- l) Diæta aromatica, lautior & ſpirituofa.

VI. PROGNOSIS.

1. Hemicrania in locis confinibus facile decubitus ad oculos & il-
lorum ſuffuſiones relinquit, maxime poſt perverſam in paro-
xyſmo tractationem.
2. Quemadmodum initium eſt ad affectus arthriticos, ita ſucceſſu
annorum libentius in plenariam arthritidem tranſit.
3. Præcipue hoc evenit, ſi arte incongrua ſanguis ad inferiores par-
tes circa Venam Portæ reſtringitur, unde facile Podagra, & ma-
lum Iſchiadicum introducuntur.
4. Quod ſi vero retropulſio ſanguinis ad viſcera facta ſit, febres in-
flammatoriz, præcipue in junioribus, ſolent accedere.
5. Quo magis dolor ad illius lateris brachium uſque ſe extendit, &
patiens de obdormitione illius conqueritur, eo magis Hemi-
plexia ſeu Paralyſis illius lateris metuenda eſt.
6. Si nondum in habitum deducta eſt Hemicrania, & in junioribus
ſeſe manifeſtat, medicatio facilius adhuc ſuccedit; quando au-
tem in annioſioribus, & præcipue ſæminis, quarum menſes jam
ceſſarunt, contingit, vix unquam plenarie tollitur.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

A. In Paroxyſmo.

1. Quoniam fere ſemper cruditas primarum viarum ſubeſt, illa
ante omnia evacuetur. Fieri hoc poteſt
 - a) Sub initium morbi commodiſſime per lene Emetico-Catharticum,
v. g. Tartarum emeticum cum Rhabarbaro combina-
tum.
 - b) Quando autem dolores jam ad ἀκμήν pervenerunt, & affe-
ctus diu duravit, tunc negotium per Clyſteres expedi-
endum eſt. e. g.
Recipe Rad. Alth.

Malv. ana unc. ſemis.

Herb. Parietar.

Verbaſc.

Sum-

Summit. Origan. ana Manip. semis,
Semin. Anisi,

Carvi ana Drachm. semis.

Coq. in f. q. aquæ simplicis, coletur,

Recip. hujus Colaturæ Unc. X.

Electuar. Lenit. Unc. I.

Salis Gemmæ,

Ol. Chamomill.

Aneth. ana Drachm. III.

M. f. Clyster. -

2. Deinde *Orgasmus* sanguinis & acrimonia illius *Salino-Sulphurea* contemperetur, per Nitrosa, Absorbentia, Cinnabarina, Antimonialia fixa, item per Acidula, e. g. Clyff. Antimon. potui instillandum.

3. Quando dolor admodum urget, tum Cinnabaris largiore dosi propinetur, ascendendo a gr. V. ad X-XX. imo ultra, vel MP. de Cynogl. gr. I. versus somnum Temperantibus immisceatur.

4. In Progressu medicationis, die circiter tertio vel quarto, in subsidium trahantur

a) *interne*: Tonica & discutientia, v. g. Mixture polychresta Tonico-Nervina Stahlîi, vel Essentia Alexipharmaca, ad lenem transpirationem.

b) *Externe* adhibeantur

1) in *loco affecto* Discutientia, e. g. Spirit. Vini Camphorat, crocat. Unguent. Alabastrin. Camphor. Epithemata sicca, Tabulis præcedentibus commendata, item Spiritus Maiialis & Serpilli.

2) in *locis remotis* Revellentia, e. g. Pediluvia, Frictiones lateris oppositi,

B. *Post Paroxysmum.*

1. Plethora, tanquam causa primaria, removeatur per Venæ sectionem in *talo*, postmodum circa æquinoctia repetendam.

2. Sufficientis mensium successus ratio habeatur in sæminis per Pilulas Stahlîi vel Beccheri legitimo tempore propinatas, *vid. Tab. de Fluxu Mensium*, item per Essent. Succini versus menstruum tempus exhibendam.


3. In

3. In *viris* negotium Hæmorrhoidum respiciatur. *Conf. Tab. de Hæmorrhoidibus internis.*
4. *Causæ* procatarctiæ & occasionales *reliquæ* quovis modo evitentur.
5. Præcipue vita otiosa & sedentaria.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Venæ* sectio in ipso Paroxysmo non instituat, nisi ubi sequentes duæ circumstantiæ urgeant.
 - a) Quando status eminenter plethoricus concurrat,
 - b) Si congestio ad caput ita copiose facta, ut majora inde mala metuenda sint.
2. *Arteriotomia* licet a Sennerto & aliis commendetur, pluris tamen detrimenti, quam salutaris effectus observatur.
3. Applicatio *Hirudinum* in ipso paroxysmo minorem difficultatem involvit, & considerationem, quam Venæ sectio: in *viris* nempe, ubi Hemicrania originem duxit ab Hæmorrhoidum suppressione.
4. *Acta* Naturæ curiosi observant, quod *Hirudines* ad Tempora^v applicatæ felices effectus præstiterint, sed longe salutaris ad hæmorrhoidalia loca applicantur.
5. Cautela opus est, *Emetico-Catharticum* propinare; imo in statu insigniter plethorico plane ab illo remedio est abstrahendum; dantur autem nonnunquam casus, ubi sola temperantia non sufficiunt, & in quibus dolores post vomitum statim profligantur, qui antea temperantibus cedere recusant.
6. *Emetica* autem sola, sine combinatione *Cathartici* alicujus, in his circumstantiis, ubi alvus plerumque adstricta est, propinare, non vacat periculo: præter alias enim noxas, inde expectandas, visus læsiones metuendæ sunt.
7. Ad cruditates primarum viarum evacuandas, egregie etiam conducunt *Laxantia* cum *amaris* vegetabilibus combinata, e. g. Infusum e rad. Gentian. rubr. Herb. Centaur. min. Rhabarb. Helleb. nigr. Tartar. tartarifat. Liquor Terræ foliar. Tartari, Sal Mirab. Exulent autem Aloëtica & formulæ Pilularum, his abundantes.
8. *Epithemata sicca* præferenda sunt *humidis*, nam hæc partes magis re-

- relaxant, & sic ulteriori humorum congestioni, & non raro etiam inflammationi ansam præbent.
9. Tinctura Tónico-Nervina Stahlî, e Spiritu C, C. & Tinct. Antimon. vel Salis Tartar. parata, excitat sæpius lenem sudorem, & sic, legitimo tempore exhibita, dolores egregie solvit.
 10. De *Martialibus* hic etiam valet, quod Tabulis præcedentibus de illis dictum est; verbo: perturbationem causant. In declinatione autem affectus Tónico scopo conducit *Crocus Martis* Antimoniat. speritiv. Stahlî.
 11. Quod Hemicrania *sinistrum* plerumque latus afficiat, meditationem suppeditat de conspiratione hujus affectus cum pathematibus Hypochondriaco-hystericis, quæ etiam in sinistro ut plurimum latere observantur,
 12. In *dieta* eligantur cibi eupepti, temperatores: absint nimium sicci & assati: vitetur ær nimium calidus, fuliginosus, transpirationis naturalis suppressio per ærem humido-frigidum, penetrans odor spirituorum. *simus liquor vitæ.*
 13. Observationes & Cautelæ Tab. XVII. de Cephalalgia commentat, hic etiam conferre & applicare, ex usu erit.
 14. Conferri etiam debet Tabula de affectibus Arthritico-spasticis, ad quorum indolem Hemicrania accedit.



TABULA XXI,

D E

AFFECTIBVS OCVLORVM PRAE-
CIPVIS,

Nempe de

OPHTHALMIA, HYPOPYO, PTERYGIO
ET CATARACTA.

I. DEFINITIO.

1. *Ophthalmia.*

Ophthalmia est inflammatio *tunica adnata* oculorum, a congestione humorum versus caput originem ducens, & Hæmorrhagiam narium e longinquo quasi respiciens. Derivatur ab ὀφθαλμός, oculus.

2. *Hypopyi.*

Hypopyon est collectio puris sub oculi *tunica cornea*, a prægressa ophthalmia *sanguinea*, male discussa, originem sumens. Derivatur ab ὑπό, sub, & πύον, pus.

3. *Pterygis.*

Pterygion est excrescentia membranosa, supra *corneam tunicam* oculi, ex angulo quodam, præcipue interno, versus *pupillam* excrescens, eamque sæpius obscurans. Derivatur a πτερόν, ala: unde πτερύγιον, parva ala.

4. *Cataracta.*

Cataracta est suffusio oculorum, ab humoribus viscidis, sub *tunica cornea pupille* adherentibus, & radiorum luminis ingressum impredientibus, originem trahens. Derivatur a καταράσσω, turbo, confundo. *vellem's obicem pone.*

II. DIFFERENTIA.

1. *Ophthalmia.*

a) Ophthalmia est vel

1) *Vera*, quæ stasin sanguineam pro causa habet: unde etiam *sanguinea* dicitur; vel

*quædam
est quædam*

*Indicando in
membranulam
interne pupille
centibus.*

- 2) *notha*, quæ statim magis ferofam involvit: unde *ferofa* etiam vocatur.
- b) *Notha* iterum duplex est:
- 1) *Levioris* gradus, quæ *ταραξις* dici solet, a *ταρασσω*, turbo.
 - 2) *Intenſioris* gradus, ubi palpebræ simul afficiuntur & prurigo oculorum concurret. Dicitur *Chemofis* a *χαίνω*, dehifco, quia tumor ita conspicuus adest, ut oculi nigrum concavum videatur.
- c) Ophthalmia etiam dividitur in
- 1) *ſimplicem*, &
 - 2) *habitualem*, seu pertinaciter aſſuefactam.
- d) Porro dividitur in
- 1) *Statam*, quæ pertinaciter durare solet, &
 - 2) *Periodicam*, quæ per paroxyſmos quaſi affligit.
2. *Pterygii*.

Hujus tres dantur ſpecies.

- a) Aliud e *cuticula* conflatum videtur,
 - b) aliud e *pinguedine*, aut *humoribus viſcidis*
 - c) aliud e *carne* vafculis ſanguineis intertexta, quod *Pannus* vocatur.
3. *Cataractæ*.

Hæc duplicis generis eſt.

- a) *Gutta ſerena*, ubi quidem nullum in oculo vitium obſervatur, & tamen plenaria viſus privatio adest.
- b) *Cataracta* ſtriçte ſic dicta, ſeu *ſuffuſio*, in qua vitium aliquod oculorum apparet, nempe materia quædam, ſeu membrana, quæ vel viridem, vel flavum, vel cinereum, vel album colorem refert.

III. SIGNA.

1. *Ophthalmiæ*.

- a) Rubedo oculorum cum inflatione circa vaſa *albuginæ*.
- b) Sensus modo ardoris, modo pruritus.
- c) Dolor inflammatorius, compungens, lancinans; non ſolum oculos, ſed per conſenſum etiam totum caput afficiens.
- d) Intolerantia lucis.
- e) Effuſio Lacrymarum, quæ magis in *Ophthalmia notha* ſeu *feroſa* occurrit, *ſanguinea* autem ſiccior eſſe ſolet.

2. *Hypopyi.*

Hujus signum est *pustula*, post inflammationem in aliquo vasculo suppurata.

3. *Pterygii.*

- a) Cuticula in quodam oculi angulo, præcipue interno, exorta, & instar alæ vel unguis inde porrecta. *Ænis pupillæ*
 b) Crescit in dies, & nisi maturè tollatur, latius super totam pupillam extenditur.

4. *Cataractæ,*

Et quidem

- a) *Gutta serena*: plenaria visus privatio, quæ uno & pertinaci impetu invadit. oculo integro, ac nullo vitio, quod conspiciendum esset, apparente.
 b) *Suffusionis*, seu Cataractæ stricte dictæ.
 1) Hic vitiatum est oculus, & pro materiæ diversitate, viridem, flavum, cinereum, album colorem exhibet, uti jam sub *Differentia* indicatum est.
 2) Materia hæc si adhuc tenuior est, aliqua visus præsentia observatur, licet imperfecta, & sensim in totum peritura.

IV. *SUBJECTA.*

1. *Ophthalmiæ*, e qua Hypopyum & Pterygion plerumque nascuntur, familiariter obnoxii fiunt.

a) *Infantes*, e retroessione crustæ lactæ.

b) *Pueri*, ab hæmorrhagia narium emanente.

c) *Adulti*, a suppressione evacuationum naturalium, & neglectione artificialium.

d) Qui Baccho & Veneri indulgent. *Salla chumera amant.*

e) Qui oculos nimium fatigant & acridè atque coacta videndi intentione irritant. *S. hum. lign. æstivis*

f) in specie qui crebris lectionibus indulgent. *ad v. d. p. script. n. i. g. s. e. n. i. s.*

2. *Cataractæ.*

Plenariam cæcitatem incurrere solent,

a) Quibus assuetæ sanguinis evacuationes, e.g. narium, mensium, hæmorrhoidum, subito evanescent, vel supprimuntur.

b) Qui consuetas Venæ sectiones aut Scarificationes diu neglexere, concurrentibus sæpe catarrhis gravedinosi, Veneris abusu, percussione violenta, spectitatione fulguris, telescopiorum usu præmaturo. *n. i. g. s. e. n. i. s. i. n. q. u. e. d. e. g. a. m. v. l. i. r. a. t. s. v. p. n. g. s. e. n. i. s. s. e. n. i. s.*

c) Quibus ulcera manantia incongruè consolidantur.

V. CAUSÆ.

1. Ophthalmia.

a) interne.

- 1) Causa antecedens *remota* est Plethora, cum Cacochymia, præcipue in affectu seroso, ut plurimum conjuncta.
- 2) Causa *propior* est decubitus sanguinis ad oculos, cujus transudans tenuior portio partes hæc sensibiles rodit; quæ rosio ulteriorem deinde humorum affluxum invitat.
- 3) Causa *proxima & immediata* est stasis inflammatoria in tunica adnata oculorum.

b) Causæ *externæ, occasionales, & procatartica.*

Præter illas, quæ in *Subiectis* jam nominatæ sunt, sequentes adhuc notamus.

- 1) Consuetudo & frequens congestionum talium recursus.
- 2) Frictiones & ploratus.
- 3) Exhalationes acres, rodentes, salinæ.
- 4) Aër humidus, vel alia humectatio immodesta.
- 5) Involatus insectorum.
- 6) Percussiones oculi.

2. Hypopyi & Pterygii causa est, ophthalmia non rectè discussa & tractata.

3. Cataractæ.

- a) Unde *Gutta serena* æque ac *Suffusio* oculorum originem sumant, minus adhuc constat.
- b) In *Gutta serena* paralytodes aliquid nervorum subesse, vix dubitandum; quam autem partem tangat, perspicere non potest, quia oculus communiter illibatus manet, quod in aliis *paralyticis* affectibus aliter se habet. Copiæ Nervorum, in hoc loco præsentium, illud tribuendum est, licet enim *optici* laxi sint, manent tamen *motorii & pathetici* illibati.
- c) *Cataractæ*, strictè dictæ, seu suffusionis causa longe adhuc impeditior est: nam ex humore crasso, illam non temerè subnasci, certissimum, cum texturam in *latum* & quam minime in *profundum* exhibeat.
- d) Oppido rarus eventus theoriam horum affectuum magis adhuc difficilem reddit.

VI. PROGNOISIS.

1. *Affectuum oculorum in genere.*
 - a) Læſiones oculorum, & viſus, difficillimæ ſunt reſtaurationis.
 - b) Unde in debilitate viſus, aut nervi *optici*, parum præſidii in arte quaerendum.
 - c) Difficilis etiam tractatio eſt, ubi inſignia vitia *tunicarum* & *humorum* oculo priorum adſunt.
 - d) Majoris æſtimanda illa oculorum mala, quæ directè & *idiopaticè* eveniunt, quàm quæ ſecundariò, & conſenſualiter producuntur.
 - e) Quo diutius oculorum affectus tolerantur, eo gravius damnum in hiſce teneris partibus inferunt: rubor enim facile in Inflammationem, & hæc in ſuppurationem, ulcerationem & eroſionem tranſit.
 - f) In *junioribus* aliqua adhuc ſpes eſt reſtitutionis, in *annoſis* autem vix unquam, aut ad minimum difficillimè aliquid obtinetur.
 - g) Quemadmodum, e quavis hebetudine viſus, *cataraclam* illico præſagire, imperitum, & circumforaneorum jaſtantiz proprium eſt: ita pro veriore ſuffuſionis rudimento habenda venit obſcuratio illa cum viſibili *livore* ſuper pupillam.
2. *Ophthalmia.*
 - a) Niſi *ſtatim* tempeſtively diſcutiatur, ex ophthalmia *ſanguinea* Hypopyum, & ex Hypopyo Pterygium ſeu Unguis enaſci poteſt.
 - b) Ex ophthalmia autem *notha* ſeu ſeroſa contumax Lippitudo, & inde emollitio & exeſio tunicæ *corneæ*; ab hac autem proſcientia *live*, imo demum, continuante inflammatione, plenaria viſus amiſſio provenire obſervatur.
 - c) Ophthalmia, quo magis hæreditariam labem, aut hæmorrhagiarum emanſionem pro cauſa agnoſcit, eo ſæpius ſolet recrudescere, & in adſuetudinem deduci contumaciorẽ.
3. *Cataracla.*
 - a) *Gutta ſerena*, ubi præſto eſt, deſperata cenſetur.
 - b) Imo in reliquis etiam ſuffuſionis ſpeciebus, præter *Cataraclam albam*, nulla fere reſtaurationis ſpes aſfulget. Et quamquam operatores, *Staar. Stecher/ſolatium ad tempus* nonnunquam afferant, ſæpius tamen malum recrudescit, c) Ca-

*7. Rad. vale
Pleuro
Herb. Ste. q.
ex conbusi
ex mineral
Symphy
Sicut in
fiat molle
applicet
culo, hinc
Senerrifos
pauca semo*

c) Cataracta autem vera omni modo rarius contingit.
VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

A. Ophthalmia.

1. In Paroxysmo.

a) Cruditates primarum viarum expurgentur.

- 1) In *serosa* ophthalmia magis conducunt Phlegmagoga e. g. Sennata, Jalapina & Mercur. dulcis.
- 2) In *Sanguinea* ophthalmia commendantur Rhabarbarina & Scammoneata.
- 3) In *adultis* exhibeatur MP. de Succino Cratonis, cum Mercur. dulci vel cum Extract. Helleb. nigr. resinof. aut cum Resina Jalap. combinata.

b) Stasis, a congestione exorta, discutiatur.

1) *Interne,*

- a) in *sanguinea* ophthalmia per Nitrosa, Præcipitantia, grata Acidula & Diluentia.
- β) In *serosa* autem, præter modo dicta, exhibeantur insuper Lympham corrigentia, & sic dicta Anticatarthalia, e. g. Essent. Succin. Lign. Sassafr. Lignorum, Tinct. Antimon. Tartarifat. Essent. Alexipharmaca Stahlil.

2) *Externè* optimè hoc impetratur per

a) *Camphorata* legitime adhibita, nempe vel linteis multiplicatis instillata, & post Spiritus Vini exhalationem palpebris applicata. Vel subigatur Camphora cum Amygd. excorticat. & tum cum modico aquæ rosarum redigatur in Emulsionem, intra oculum applicandam; modo absit inflammatio. *album or*

causa mult. β) Epithemata sicca, e. g. erad. Irid Florentin. Valerian. Flor. Sa, afit sem. Sambuc. Herb. Hyssop. Sem. Cumin. Fœnicul. Croc. cum Camphora.

paniscul. Sapore
in oculis
instillat. γ) Nitri pauca quantitas in aqua rosarum, Cyani, Calcatrip. soluta & applicata, insignem effectum edit.
δ) Lac Croco largius tinctum & tepide applicatum.

c) Affluxus & ulterior congestio ad has partes revellatur.

- 1) *Interne* huic indicationi satisfaciunt Laxantia repetita, quæ humores ad inferiores partes revocant. Eadem hic conducunt, cum quibus curæ initium factum est.

2) *Ex-*

- 2) *Externe* conducunt Discutiētia, & Tonica, quæ simul sic-
cant & adstringunt:
- a) Vitriolum album, in ovo coctō per deliquium resolu-
tum, & cum aqua rosarum temperatum.
- β) Nitrum, supra jam laudatum, majore cum fructu adhi-
betur, si Saccharum Saturni cum illo in Cryсталlos
redactum fit.
- γ) In *Sanguinea* ophthalmia Scarificatio, vel illius loco Sen-
nerti Sinapismus, nempe farina *eruce* sacco inclu-
sa, in vino cocta, & *nucha* deinde applicata.
- δ) In *serosa* locum etiam habent Exsiccantia & lenia adstrin-
gentia, in forma *pulveris* applicata, e.g. Tutia, Pom-
phol. Nihilum alb. Spodium, Mater Perlar. Lapis
admirabilis Crollii, alumine & bolaribus ingredien-
tibus imbutus.
- ε) Conducunt etiam externe, quæ acrimoniam temperant,
& sic affluxum ulteriorem præcavent, e.g. Mucilago
seminis Cydoniorum cum aqua rosarum. *3 album. d.*
- ζ) Reliqua sub Cautelis quzrantur. *album. d. 27.*

2. *Extra Paroxysmum.*

- a) *Abundantia* sanguinis imminuatur
- 1) vel per Venæ sectionem & Scarificationem,
2) vel per Hæmorrhagarum suppressarum revocationem.
- b) *Craſis* humorum corrigatur per Succinata & Alexipharmaco-
Diuretica, e.g. per Essent. Succini cum Tinct. Antimon.
maritatum, Liquorem C. C. succinatum, Essent. Alexiph.
Stahlii.
- c) *Motus* congestorii præoccupentur per lenes purgationes, sin-
gulis mensibus, aut ad minimum vere & autumnō, repe-
tendas.

B. *Hypopyi.*

1. Sub initium eadem Methodus & Medicamenta, quæ sub ophthal-
mia commendata sunt, adhibeantur, Pediluviis subjunctis.
2. Hypopyo sponte rupto, lenia *Septica* adhibeantur, ad vulnusc-
lum mundificandum, ne materia ad Pterygii genesin remaneat.
Faciunt hoc
- a) Testæ ovorum pulverisatz, item Mater Perlarum,

b) Con-

- b) Conchæ calcinatæ, Tutia, Pomphol. Nihil. alb.
 c) Os Sepiæ ppt. *Cap. p. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.*
 d) Crocus Metallorum. *subt. 1. 2. 3. 4.*
 e) Aquæ oplthalmicæ, cum modo dictis pulverulentis mixtæ,
 e. g. Aqua rosar. Flor. Cyani, Euphras. &c. *fr. 10.*
 f) Saccharum in vase cupreo ad cæruleum fere colorem tritum,
 mediante succo Chelidonii vel aquâ Hyssopi.
 g) Oleum laterinum, cum illa cautela adhibitum, quæ inferius
 indicata est.
 h) Saccharum Canariense albiss. in forma sicca inflatum, nam
 aqua rosarum prius solutum, minus efficax est.

C. *Pterygiis.*

1. Præmittantur laxationes, exque, si opus sit, repetantur. Præter
 ea, quæ superius laudavimus, *Sal Anglicanum* in specie adhuc
 commendatur, Pediluviis subjunctis.
2. Plethora imminuatur per Venæ sectionem & Scarificationem.
3. Pellicula seu Pterygion emolliatur per pinguedines *recentes* (*an-*
tique enim vim habent colliquativam) e. g. Pingued. Piscis
 Ascis, Serpentis, anferis. *butyr. hum.*
4. His per 2-3. dies adhibitis, *septica* supra memorata in usum tra-
 hantur, quæ pelliculam exedant.
 - a) Primum *leniora*, e. g. Mel in vase cupreo tam diu liquatum,
 donec viridescat. Item Tutia, Nihil. alb. Testæ ovorum.
 - b) Deinde paululum *efficaciora*, e. g. Succus Chelidonii majoris,
 Conchæ calcinatæ, Fel Lucii piscis, vel, teste Ludovici, quod-
 libet aliud.
 - c) Denique *efficacissima*, e. g. Vitriolum Cypreum, aqua rosarum
 solutum, Lithargyrium, Crocus Metallorum.
5. Ad ulteriorem affluxum præcavendum, repetantur singulis men-
 sibus Laxationes, & quidem lunâ decrescente.

D. *Cataractæ.*

1. Suffusio *alba* sub sui initium adhuc cedit, vel ad minimum retar-
 datur, selectioribus discutientibus, Scarificationibus menstruis,
 Venæ sectionibus & quinoctialibus, Laxantibus & maxime Pe-
 diluviis interpositis. Michaelis commendat aquam Ruffolci,
 alii Crocum Metallorum, Vitrum Antimonii, Vitriolum al-
 bum, Succum formicarum, Epithemata capitis, Lælius a Fon-
 te

te commendat succum vel aquam Anagall. terrestr.

2. H's si non cedit, operatione Chirurgicâ opus est.

VIII CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ,

1. Nihil familiarius est, quam quod in affectibus oculorum ad *specialia* remedia statim confugiatur, cum tamen hæc ad summam rerum nihil constanter efficiant.
2. Hinc *universaliora* tanto magis commendantur, nempe ea, quæ Abundantiam sanguinis, illius dyscrasiam, aut certos humorum motus & decubitus præoccupant.
3. *Vena sectiones* enim statæ, & Scarificationes, usum suum plurimum exemplis in dies confirmant; auguriumque illorum, qui hinc debilitatem visus, imo cæcitatem hæriolantur, oppido incertâ & falsâ opinione inniti, satis ostendunt.
4. Non minoris efficaciz sunt congruæ Laxationes & Pediluvia.
5. *Funiculi & Setacea* diuturno ac rebellimalo opem quidem ferre solent, sed facile constantem sui usum exigunt, alias malum pertinacius recurrit.
6. *Vesicatoria, crebrius* exhibita, eodem incommodo stipantur. In dolore impetuoso, & quidem magis in inferioribus partibus, illa applicare convenit; sed non in adeo tenera ætate.
7. *Specificæ* certæ fidei vix nota sunt: complurium sane & inter hæc *Euphrasia* laudibus non parum detrahit experientia.
8. De *Amuleticis* idem sentiendum est.
9. *Crocus Metallorum*, crudè usurpatus, irritat oculos; infusum autem illius, nisi menstrua acriora sumantur, admodum debile est.
10. *Pinguedines*, e. g. Piscis Asciz, Lucii, item serpentis, anseris, si pro scopo emolliente in Pterygio adhibentur, usus earum per plures dies non continuandus est, ne, relaxando tonum, influxui humorum majori locum faciant.
11. In Pterygio a quibusdam eximie laudatur liquor *ovorum formicarum* in clibano paratus: ab aliis *Succus* recens *tabaci* cum Butyro Majali mixtus.
12. *Olum lacerinum*, licet a Paracelsô nimis corrosivum septicum habeatur, mitigari tamen potest acrimonia ipsius, si epithema camphoratum statim jungatur;
13. Quæ cautela circa applicationem reliquorum etiam *Septicorum* sollicite observanda est, Præter camphorata huic scopo etiam in-

infervit solutio *Sacchari Saturni*, quæ ardorem a septicis indu-
ctum egregie mitigat. e. g.

Recip. Aquæ rosar. Unc. I. *ij.* *Camph. gr. iij.* *Choc. gr.*

Sacchari Saturni gr. XV. M. & aliquæ guttulæ mox post
usum septicorum applicentur.

14. Quoad formulas sequentia adhuc notanda sunt:

a) *Pulverulenta* formulæ, quantumcunque demum alcoholifatis
seu summè extenuatis materiis, sæpe irritationem in oculis
causantur, præcipue si in illis submucidos quidem mador
versetur, qui pulverulentam substantiam inæqualiter imbi-
bat, & successu novi mucoris in unum veluti angulum
compingat, unde pressio & irritatio exoritur.

b) *Fluida* formulæ, *assiduo* usu, etiam damnum oculis inferre pos-
sunt, nempe emolliendo, relaxando, & sic novo affluxui
viam sternendo.

c) Hinc omnium consultissimum est, & efficacissimum, Adstrin-
gentia cum formulis humidis moderatè miscere, ubi *Vitrio-
lum album* omnium facile Coryphæus est; modo observetur,
quod ante illius applicationem ætus prius temperandus, &
Saccharum Saturni, aqua rosarum solutum, mox postpo-
nendum sit.

d) Collyria varia quidem, & subinde satis efficacia, descripta ha-
bemus, præ omnibus tamen illud experientia optime se com-
mendat, quod Weisbachius ex ore Stahlî in omnibus ocu-
lorum affectibus, & ipsa adeo incipiente Cataracta, com-
mendat. In cæcitate cujusdam puellæ, mensium *emansione*
laborante, visum restituit; præmissis quidem generalioribus
& ipsa etiam Venæ sectione, sine *conspicuo* tamen effectu, do-
nec hoc Collyrium applicaretur. Est autem sequens.

Recip. Butyr. Maial. illot. Unc. IV.

Tut. præparat. Unc. I.

Corall. rubr.

Camphor.

Sacchar. Saturn. ana Drachm. semis.

Nihil. alb. Drachm. II.

Virid. zris gr. XII. Misceantur optime, & versus so-
limum cuius oculorum angulo ad gr. II, immit-
tantur,

15. *Camphorata* in plerisque oculorum vitis resolvendi, discutiendi, & ita aliquatenus exsiccandi efficaciam habent.
- a) Spiritu vini camphora soluta, omnium penetrantissime agit, modo caveatur, ne aliquid ejus intra oculum defluat: Licet enim non statim insigne damnum inde redundet, gravissima tamen ignei ardoris molestia ad momenta aliqua inde expectanda est.
- b) Quod si vero ardor quidam per Spiritum vini camphoratum inductus sit, admoveatur oculo *aura*, sive per yolam manus, sive per flatum oris, ita cito exhalat Spiritus vini, & Camphoram poris insinuatam relinquit.
16. *Hypopyum* tutius sponte, quam per artem, rumpitur.
17. Pterygium vero, si, aliis irritis, Chirurgicam operationem deposcit, ea cautione tollendum, ne, si exquisitior sensus epigenesi huic adsit, instrumentis vel acrioribus septicis *Carcinoma* inducatur.
18. *Dioptrica* illa adminicula non, nisi urgente necessitate, vel magno adjumento ex illorum usu redundante, suadere oportet; excepto illo casu, ubi assuetudo forte continuationem hujus subsidii efflagitet.
19. Vulgarem illam opinionem de Ceparum & Allii usu interno, oculis noxio, satis refutant Poloni, Hungari, & Judæi, e familiari horum usu nihil ophthalmicorum incommodorum præ aliis sentientes: Halitus tantum externus nocet.
20. Certiori experientie innititur illa cautio, ne fatigent, aut liberior usurpent oculos, qui paulo ante, vel Hæmorrhagiis largis, vel in morbo acuto inedia, vigiliis, largis sudoribus & aliis evacuationibus, sunt exhausti.
21. Horum omnium vero efficaciam, uti insigniter promovet dicta temperata, diluta, & commodum regimen, ita vel minimum levamen succedit, vel malum crudescit, ubi Causæ occasionales, procatartice & irritamenta oculorum non evitantur, e.g. multa lectio, lucubratio, cubitus in latere affecto, lucis & candidarum splendor, præcipue fulguris sub noctem aspectus.

*fung. tabaci
p. schwa.*

TABULA XXII.
DE
OTALGIA, & RELIQUIS AVRIVM
AFFECTIBVS.

I. DEFINITIO.

Otalgia est dolor aurium acutissimus, a congestione humorum versus hæc loca, & subsequuta stasi inflammatoria ut plurimum exoriens, & per consensum universum caput, imo non raro totum corpus affligens. Derivatur ab οὖς, auris, & ἀλγέω, doleo.

II. DIFFERENTIA.

Præter Otalgiam sequentes aurium affectus adhuc occurrunt.

1. Tinnitus, cum quo notabilis aurium siccitas conjuncta est.
2. Susurrus & pulsatio.
3. Fluxus aurium, ubi materia plus minus ulcerosa per aures excernitur.
4. Gravitas seu defectus auditus.

III. SIGNA.

1. *Otalgie.*
 - a) Dolor in aure lancinans, pulsatilis, ardens, inflammatorius, & fere intolerabilis, ita ut nonnunquam delirium inducat.
 - b) Non raro accedunt commotiones febriles.
 - c) Interdum tumor facis durus externe retro aures contingit.
 - d) Stasis hæc inflammatoria, quando prioribus diebus non discutitur, accedit ad suppurationem, unde fluxus aurium facile initium sumit.
2. Reliquorum affectuum signa per se constant, & ex ipso nomine facile dilucescunt.

IV. SUBJECTA.

1. Aurium affectus eveniunt communiter *Sanguineis*, & *Sanguineo-Phlegmaticis*.
2. Qui ad rheumata & catarrhos proclives sunt.
3. In specie quibus Coryza vel alix evacuationes serosæ circa caput

familiares fuerunt, & jam e qualicunque causa emanent.

4. Qui inter aërem humido-frigidum diutius versantur.
5. Fœminæ Sanguineo-Phlegmaticæ circa finem mensium Otalgia corripi nonnunquam observantur,

V. CAUSÆ.

A. Otalgia.

1. Causa antecedens est plethora, cum dyscrasia humorum non raro conjuncta.
2. Causa propior est congestio humorum versus caput, hæmorrhagiam narium eminus respiciens.
3. Causa proxima est inflammatio internæ membranæ meatus auditorii, nervum auditorium simul afficiens.
4. Causæ externæ, occasionales, & procatartice sunt
 - a) illapsus rerum acriorum, rodentium, vellicantium, vermium.
 - b) Violenta capitis percussio & vulneratio.
 - c) Serosarum evacuationum consuetarum suppressio.
 - d) Hæmorrhagiæ naturales suppressæ, vel artificiales neglectæ.
 - e) Metastasis materiæ febrilis ad aures, ob minus genuinum regimen circa excretionem sudoris in febribus acutis.

B. Tinnitus & Sufurri.

1. Causa interna generalior cum Otalgia conspirat.
2. Sic etiam specialis congestio & restagnatio humorum versus hæc loca contingit, unde aër, intra tympanum inclusus, ita agitur, & sensum talem molestum producit.
3. Causæ externæ:
 - a) Cerumen non satis expurgatum.
 - b) Muscarum & aliorum insectorum auribus sese insinuantium inopportunitates.

C. Læsionis auditus.

1. Hujus causæ cum præcedentibus per omnia etiam conveniunt.
2. Specialiter autem adhuc notari meretur, quod infarctus circa hæc organa suspiciōne veniat, transitum soni remorans, & affluxum humorum interne impediens. Dantur enim exempla, quæ capite inclinato & demisso possunt audire, erecto autem illo surda sunt.
3. Tympani flacciditas, vel plane læsio, non raro etiam peccat.
4. Iridem etiam abundantia ceruminis indurati, quo evacuato omnis sæpe auditus læsio est sublata,

VI. PROGNOISIS.

1. *Otalgia.*

- a) *Otalgia* felix discussio raro obtinetur, sed communiter ad suppurationem tendit, præcipue si tumor ille durus externe retro aurem occurrat.
- b) Rumpitur hæc stasis inflammatoria communiter *intrinsecus*; quod si vero *extrorsum* rumpatur, majoris est momenti; Tumor enim sæpius est pertundendus, & nisi efficacia mundificantia adhibeantur, metus est altioris ulcerationis.
- c) *Otalgia* si neque feliciter discutiatur, neque ad maturationem & ruptionem perveniat, cerebrum consensualiter facile affligit, & febres inflammatorias cum phreniticis quasi symptomatibus inducere valet.

2. *Sufurri & hebetudinis.*

Hi affectus expertes quidem sunt periculi, in tempore tamen illis occurrendum est, ne auditus læsiones, vel alia graviora incommoda succedant.

3. *Tinnitus.*

Vili quidem non pendendus est hic affectus, præcipue si nimis sæpius contingit; tantas autem non involvit considerationes, quæ per vulgus de illo circumferuntur.

4. *Fluxus aurium.*

- a) LæSIONEM auditus facile inducit.
- b) Quo magis in consuetudinem degenerat, eo difficilius medicationi cedit, & affectus per illum inducti ægrius remouentur.

5. *Lesio auditus.*

- a) Hæc quo magis radices egit, eo difficilius in integrum restituitur, in juniore tamen ætate spes adhuc affulget.
- b) In annosioribus autem, ubi virium energia defuit, vix aliquid constantis sperandum est.
- c) Multo minus, si læsio *tympani* facta sit.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. *In Paroxysmo.*1. *Otalgia.*

- a) Stases inflammatoriz *discussio* ante omnia est tentanda.

1) *Interne*: per Essent. Alexipharm, Stahlii cum Essent. Succini

vel Spiritu Tartari mixtam, interpositis Nitroſis & Abforbentibus, Cinnabarinis, Antimonialibus fixis. e.g. Mane propinetur Mixtura ex Eff. Alexiph. & Succini ad gtt. 30.

Per diem autem pulveres Nitroſo temperantes, quibus pro moderamine doloris verſus ſomnum gr. I. MP. de Cynogl. immiſceatur.

2) *Externe*: per Camphorata, nam nihil præſentius impedit ſuppurationem quam Camphora, convenit itaque applicare Spiritum Vini Camphoratum, mediante goſſypio in aurem immittendum, vel Epithema nervinum e rad. Irid. florent. Ariſtoloſch. long. Cyperi, Herb. Puleg. Menth. Flor. Chamomill. Roman. Serpill. Semin. Carm. nativ. cum Camphora. *Bauas comp. Lauri pan*

b) *Affluxus humorum ad caput ſimul revellatur, micocta*

1) *Interne*: per Laxationes continuas; in quem finem MP. de Succino Cratonis, cum paucis granis Refin. Jalapp. acuat, laudatur, item Infuſa Laxantia per Epicraſin.

2) *Externe*: per pediluvia, fricitiones, Hirudines ad hæmorrhoidalialia loca applicatas, in iis, ubi ſuppreſſio hæmorrhoidum ſubest.

c) *Quamprimum inflammatio & dolores paululum remittunt, externe etiam locum habet applicatio Salis Volatilis ſicci cum Caſtoreo, mediante goſſypio.*

d) *Ubi autem diſcuſſio non magis eſt ſperanda, ibi ſuppuratio promoveatur per Emollientia. Huc faciunt*

1) *Emplaſtra de Melilot. Camph. de Spermat. Ceti, Diaphoret. Myſſicht.*

2) *Cataplaſmata e rad. Alth. Herb. Malv. Flor. Melilot. Sem. Pſyll. Ficus, Croco.*

e) *Deinde ad Apoſtematis ruptionem adhibeantur, vel Emplaſtr. mellitum, vel ſuccus cepearum frixatarum cum melle ſubactus, vel manus Chirurgica.*

f) *Denique ad Apoſtematis abſerſionem & mundificationem applicentur Baſamica, e.g. hæc Mixtura.*

Recip. Effent. Succin. Drach. III. Effent. Myrrh. Drach. II. Spirit. Terebinth. Scrup. I. M.

Item Succus Abſ. Cyclam. Marr. alb. cum melle.

2. *Susurri & Fluxus aurium.*

a) Primo loco adhibeantur Laxantia e Gummi-refinis, e. g. Ammoniac. Galban. Extract. Panchymagog. Crollii, MP. de Succin. Craton. Mercur. dulc. Trochisc. Alhandal. &c.

b) Deinde propineatur *discutiencia succinata*, e. g. Essent. Succin. cum Essent. Alexipharm. Stahl's remixta, & ter per diem ad gtt. 30. exhibita.

c) Cum his jungantur etiam *externa*, quæ decubitus *versus* caput discutiunt & derivant, ac laxitatem partium roborant, Faciunt hoc

1) Mixture Balsamica, modo descripta, ex Essent. Succin. Myrrh. & Spirit. Therebinth. Loco Spiritus Therebinth. sumi etiam potest oleum Succini, sed paucis saltem guttulis.

2) Forestus Ambram & Moschum in aurem cum effectu ingessit.

3) Salia volatilia urinosa cum Castoreo vel Camphora mediante gossypio applicata.

4) Conducunt etiam *Suffimigia*, e. g. e *Succin.* Syrace calamit. Mastich. Thure, carbonibus incijiendo, & vaporem mediante infundibulo auribus excipiendo.

5) Porro laudantur Olea Carminativa, e. g. Anisi, Fœniculi, Chamomillæ, item etiam Balsam. Indicum. *nigr. in aurt.*

6) Pediluvia ad revellendum.

3. *Tinnitus.*

a) Quia in Tinnitu communiter notabilis aurium siccitas & calor circa caput occurrit, *Humectantia* non tantum particularia, verum & quam maxime etiam universalia commendantur.

1) Pro humectatione universaliori adhibeatur sufficiens & dilutus potus, ac herba Veronicæ, vel alia conveniens, in forma Théæ usurpanda.

2) Pro particulari externa humectatione laudantur: oleum amygd. amar. ovorum, ceræ; item Decocta nervina, e. g. e flor. Lavendul. Spic. Nard. &c. cum vino, vel lacte humano parata, & vaporis forma admissa. Denique etiam Emulsiones cum Camphora.

b) Hisce humectantibus jungantur *derivantia*.

1. *Interne*: Laxantia superius aliquoties jam nominata, quibus Helleb. niger in specie adhuc annumeratur,

2) *Externe*: Pediluvia, & loco laxantium, interne fumendorum, Clysteres interdum possunt applicari.

c) Quo magis urget hic affectus, & in consuetudinem degeneravit, eo magis Venæ sectio in pede necessaria est; quod etiam de Sufurro observandum.

4. *Gravitate auditus, sive surditatis.*

a) Hic eadem Methodus & remedia, quæ ad Sufurum superius commendata sunt, adhibeantur, & diu continuentur.

b) In specie adhuc magis hic necessaria erit *Massa* illa *Stahlina*, auribus applicanda, nempe Sal quoddam volatile cum Castoreo maritatum, e. g.

Recip. Sal Volatil. sicc. C. C. Scrup. I.

Castor. medull. electiss. gr. V-VI. M. f.

magis audax *Massa*, de qua ciceris magnitudo mediante gossypio versus somnum auri immittatur.

c) In Sanguineo-Phlegmaticis, minus sensibilibus, unica guttula de oleo succini addatur; quo casu etiam hæc formula adhiberi potest.

Recip. Essent. Succin. Scrup. IV.

Olei Chamomill. destill. Scrup. semis.

Olei Succini gutt. I. Misc.

d) *Cerumen*, ubi peccat, per humectantia, non vero spirituosam, mediante Syringa injecta, prius emolliatur, & deinde evacuetur. *humectantia vid. p. f. cedente 20 gr. n. 12.*

B. *Extra Paroxysmum.*

1. Quoniam *Plethora* in hisce affectibus tanquam causa antecedens consideranda est, illius per *Venæ sectionem* in pede æquinoctialem imminutio ad præservandum quam maxime commendatur.

2. Ubi malum e suppressis Hæmorrhagiis, e. g. narium, mensium, Hæmorrhoidum, originem sumserit, illarum restitutionem, per methodum suo loco commendatam, convenit promovere.

3. Ad Congestiones humorum versus caput præoccupandas & revellendas commendantur

a) *interne*: Lenia purgantia singulis circiter anni quadrantibus usurpanda. e. g. Extract Panchym. Croll. MP. de Succino Craton. addito stimulo per Resin. Jalap. Tro. hisc. Alhandal.

b) *externe*: Pediluvia & Frictiones.

4. His

S. m. ne
g. d. l. c. m. m. m.

4. His jungantur, quæ æqualem humorum discussionem promouent, e.g. Mixture polychresta Tonico-Nervina Stahlîi, item Essent. Succin. cum Ess. Pimpinell. alb. vel Essent. Alexiph. Stahlîi remixta. Horum autem usus non sit continuus, sed laxantibus præmissis, per octo circiter dies subjunctus.

VIII. CAUSÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.


1. Olea destillata, nisi largiter aliis diluta sint, nimium suscitant ardorem, imo in vehemente Otalgia ad phrenesin aliquando disponunt.
2. In specie Oleum Succini nimis feruidum est, hinc in copia nullo modo adhiberi debet; cum aliis autem parcius mixtum, roborandi efficaciam habet non contemnendam.
3. Olea destill. graveolenta, e.g. Lavend. Majoran. Fœnicul. Anethi, non nude, sed cum Essent. Succini convenienter mixta, in his casibus usum suum exhibent; & quidem præ reliquis oleum Chamomill. laudem meretur.
4. Essentia Succini, quoties in his & aliis affectibus externe usurpatur, non debet esse alcalisata, sed mediante Spiritu vini rectificatiss. simpliciter præparata.
5. Si inflammatio suppurascens rumpatur, cavendum, ne olea cocta nimium usurpentur, quia inferre hac ratione possent surditatem. Quod si vero infaustus talis effectus jam inductus esset, securissima & efficacissima est Essentia Succini.
6. In gravitate auditus, ubi nulla organi debilitas, sed materia saltem catarrhalis ad caput redundans reperitur, sola sæpius purgantia, mediocriter fortiora, negotium exhauriunt; in quo casu Helleborus niger largius cum reliquis combinandus est.
7. Si in Tinnitu ardentis capitis dolores, imo erysipelacei affectus, ut sæpius fit, circa hanc regionem occurrant, usum habet Vapor e decocto Sabine, auribus admissus; cavendo, ne in Tinnitu calida nervina & exsiccantia adhibeantur.
8. Vesicatoria impetum doloris quidem placant, & humores revelunt, non raro autem illorum usum pruritus & fluxus aurium insequitur; unde non temere applicanda sunt. Quando autem, necessitate urgente, in subsidium vocantur, discutientia statim debent subungi.
9. Quod de Venæ sectionibus, magis præservando, quam curando

instituendis, præcedentibus Tabulis sæpe jam monuimus, etiam in *Otalgia* observandum est; in reliquis autem tribus affectibus, ubi status minus paroxyzans & acutus observatur, nullam adeo involvit considerationem.

10. *Foniculi* in læsione auditus non ita facile in auxilium vocandi sunt; in statu tamen seniorum surdastro applicatio illorum ferè necessaria videtur, quia serum ibi abundat, & reliqua subsidia minus efficacia reperiuntur.
11. In gravitate auditus a metastasi materiz febrilis, vel alia congestione exorta, vulgus utitur *urina leporis*, calide instillata; item *pane* cum aromatibus nostratibus subactò, & cocto, quem dissectum & Spiritu vini conspersum calide applicat.
12. In *Otalgia* quando tumor simul in faucibus occurrit, locum habent *gargarismata* e subadstringentibus, abstergentibus, temperantibus Nitrosis, & albo Græco (cujus peculiaris est efficacia) parata. Hoc nomine conducunt: Rad. Bistort. Herb. auric. muris, Salviz, Hyssopi (quæ vel sola stases sanguinis satis potenter resolvit) flor. Chamomill. Melilot. *ref. melle papav.*
13. Absint ab aurium affectibus *Cataplasmata*, licet e discutientibus speciebus parata; præsertim ubi tumor jam diu duravit: nam humida relaxant, & ita stasin augent. Ad minimum vino cocta sint, si omnino in usum illa vocare placeat.
4. *Sulphuris* usus in læsione auditus, cum manatione materiz tenuioris stipata, admodum provide admitendus est, corpore nempe bene mundificato, ne ulcerosum quidquam in teneris partibus ad interiora appellatur, & gravia paralytodea, aut apoplectica mala inducantur.

*sem. paucy
melle refas*

*Si adhibeat,
in paria dte.
vlg. a 3ss ad ʒi.*



() ()

147

TABULA XXIII.
DE
ODONTALGIA.

I. **DEFINITIO.**

Odontalgia est periosteï & partiũ nervosarum ad dentes tendentium inflammatio, a congestione sanguinis incompleta, ad Hæmorrhagiam narium eminus spectante, nullum autem exitum inveniēte, originem ducens. Derivatur ab *ὀδούς*, dens, & *ἀλγέω*, doleo.

II. **DIFFERENTIA.**

Odontalgia est vel

1. *Idiopathica*, quæ a carie vel erosione dentium dependet, & folos dentes occupat; vel
2. *Symptomatica*, quæ motibus humorum versus caput congestoriis, præcipue hemicranicis, vestigia legit, & præter dentes non raro confinia etiam loca occupat,

III. **SIGNA.**

Signa per se satis sunt manifesta, nempe

1. Dolor maxillares communiter dentes, rarius anteriores, occupans;
2. Non autem in dentibus ipsis, sensu expertibus, sed in periosteo & fibrillis per dentium radicem *medullarem* substantiam disseminatis.
3. Vasa partis dolentis tensa & inflata observantur.

IV. **SUBJECTA.**

1. Plethorici, temperamenti Sanguineo-Phlegmatici.
2. Ætas junior præ senili.
3. Quibus Hæmorrhagia narium consueta emanat.
4. Fœminæ, quarum menses suppressi, & per motum congestorium versus hæc loca restricti sunt.
5. Qui nati sunt a parentibus eodem malo, vel arthritico-spasticis insultibus, affectis.
6. In cariem dentium sæpius incidunt, qui pulveribus dentifriciis acrioribus abutuntur.

7. Vel instrumenta metallica, vel alia, quæ dentibus mundandis destinata sunt, improvide adhibent.

V. CAUSÆ.

1. Causam Odontalgiz *idiopathice* sub *differentia* jam indicavimus, nempe cariem & erosionem dentium; propter quam læsionem affluxus humorum, & hinc stasis inflammatoria contingit.
2. Causas *occasionales* & *procatartice* harum erosionum sub signis num. 6. & 7. nominavimus.
3. Odontalgiz autem *Symptomatice* causa antecedens *remota* est Plethora.
4. Causa antecedens *propior* est congestio humorum versus caput, evacuationem sanguinis per nares respiciens.
5. Causa *proxima* & immediata est stasis inflammatoria in vasculis sanguiferis per radicum dentium substantiam medullarem disseminatis.
6. Causæ *occasionales* & *procatartice* sub signis jam indicatæ sunt, ad quas nativitatem dentium sapientiz adhuc referimus, qui ad annum usque vicefimum octavum procrefcere solent.

VI. PROGNOISIS.

1. Odontalgia Symptomatica libentius cedit, quam idiopathica: illa enim discussionem admittit, hæc autem, licet paululum remittat, levissima tamen occasione recrudescit.
2. Ante itaque, quam dens ille penitus erofus excidat, aut per manum Chirurgicam evellatur, constans dolorum sublatio non expectanda est.
3. Symptomatica per hæreditatem inducta promptior quidem est ad discussionem admittendam, quam illa, quæ a *nudis* congestionibus dependet, contumacior tamen in genere, & ad malum funditus extirpandum observatur.
4. Ceterum, quo frequentius congestiones versus hæc loca contingunt, eo facilius dolor fit periodicus, & in habitum transit, valde rebellem.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Idiopathice.

- a) Caries ante omnia removenda est; quod obtinetur
 - 1) vel per cauterisationem *actualem* cum clavo ignito;
 - 2) vel *potentialem* cum Spiritu vel oleo vitrioli, sed minus se-

cure; item per oleum Caryophyll. cum Camphora^(cut), ol. Cerz^(cut), rad. Pyrethri, Aristoloch. long & rotund. Essent. Succin.

b) Vel pro circumstantiarum commoda ratione dens plane evellatur.

c) Ad dolores mitigandos exhibeantur specifica Sympathetica, & alia, e. g.

1) Lignum fulmine tactum. *pc: quercus*

2) Lignum fraxini in solstitio collectum; quibus dens cavus fricetur, & deinde ligna reponantur.

3) Pulvis Sympatheticus, in cujus solutionem lignum, denti affricetur, immittatur.

4) Palliative dolorem sedant Narcotica, e. g. Philon. Rom. A-qua hypnotica Dorncremii, sem. hyoscyami cum cera denti impositum; quæ omnia tamen non facile in auxilium vocanda sunt, ob periculum inde metuendum.

5) Nitrum, denti immisum, egregie temperat.

2. Symptomata.

a) Ad orgasmum sanguinis contemperandum, & dolorum atrociam mitigandam, exhibeantur singulis circiter horis pulveres Nitroso-temperantes, cum Antimonio diaphoretico combinati; quibus, sub regimine leniter diaphonico, ter vel quater propinatis, dolores communiter cedunt. *le. cinab.*

b) Quod si vero his cedere recusent, immisceatur his pulveribus MP. de Cynoglossa, & quidem ea proportione, ut illius gr. I. una dosis contineat.

c) Sub his omnibus *externa* non negligantur. e. g. Decoctum emolliens e rad. Alth. flor. Chamomill. rosar. Nymphææ, papav. cum lacte paratum, & calide intra os sumtum. *herb. salu.*

d) Ad stasin resolvendam & discutiendam subjungantur

1) *Interne*: Lenia Catarrhalia, e. g. Essent. Succini cum Essent. Alexipharm. Stahlîi maritata. *essent. liquor.*

2) *Externe Camphorata*, e. g. Spiritus Vini Camphorat. mediante gossypio applicatus, Emplastr. Barbette largiter Camphorat. Camphora immediate applicata. Item *Decoctum* e rad. Irid. Florentin. Aristoloch. utriusque, Summitat. Origan. Serpill. flor. Sambuc. cum lacte paratum & den- *Saponat. dyssbi.*

tibus sæpe calide adhibitum. Item *Epibema* ex herb. Hyssop. flor. Chamomill. flor. Sambuc. farina secalina, calide generis impositum.

e) Ad *revulsionem* affluxus adhibeantur

1) *Interne* purgantia, pro diversitate temperamentorum aut causarum ordinata, e. g.

Cholericis & *biliofis*; Rhabarbarum,

Phlegmaticis: Agaric. Colocynth,

Sanguineis: Jalapp. Fol. Senn. *manna*. *Σγ. Σιγβ*

Melancholicis: Helleb. nig.

MP. de Succino Craton, ad quemlibet facile casum potest determinari.

2) *Externe*:

a) *Venz* sectiones, non facile tamen in *ἀκμῆ* doloris.

β) Scarificationes, exque repetendæ.

γ) Vesicatoria prope flexuram cubiti in latere affecto applicata. Est Judæi cujusdam experimentum, cujus mentio fit in Actis N. C.

δ) Apophlegmatizantia strictè sic dicta, e. g. Rad. Pyrethr. Imperat. Angelic. Herb. Tabaci &c. masticata, & per aliquod tempus in ore detenta.

f) Tandem etiam *Repellentia* in subsidium trahantur, e. g. Tinct. Laccæ, quæ subadstringit, & hinc non statim in principio applicanda est. Sic etiam Tinct. Odontalgica Mynsichti intra os sumta, quæ satis temperata, & egregii effectus observatur. Item rad. Acaciz, Cervicariz, Uvulariz.

g) Alvus semper legitime succedat, cum primis si Anodyna adhibeantur.

h) In causa Scorbutica tractatur affectus ut Scorbutus, *vid. Tab. de Scorbuto.*


VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Sympathetica*, quæ in hoc affectu per vulgus commendantur, plerumque dubia sunt, & incerta, e. g. *Os Bufonis*, ab Helmontio commendatum, das mittlere Glied vom vordersten Fuß.

2. Nonnulla etiam plane periculosa existunt, v. g. *Dens hominis phthisi defuncti.*

3. *Persicaria* Paracelsi ulterius experimentanda.
4. Sic etiam transplantationes in arbores, ad quas nunquam accedimus, e. g. in *Salicem*; facta operatione vulnus salicis consolidandum est, es muß wieder verwachsen.
5. *Olea destillata* empyreumatica, aliaque acriora, item Alumen, Acetum destillat. sæpe quidem levamen adferunt, sed altius dentem erodunt, & in *illos* etiam cariosam putredinem propagant.
6. Præter ea augent quoque *olea destillata* sanguinis ebullitionem, & in sanguineis affectus erysipelaceos producant.
7. Ubi evulsio necessaria judicatur, cavendum, ne hæc præsentem aliquo tumore fiat, alias graviora incommoda inducuntur.
8. Quando dens in maxillis inferioribus residet, & per cauterisationem actualem vel potentialem a carie expurgatus est, cavitas illa expleri potest frustulo quodam plumbi ad hoc spatium aptato, & sic dolor non facile recrudescit.
9. Ceterum post cibum assumptum purgentur dentes pulvere quodam dentifricio, e corall. filicibus, pumice, ad albedinem calcinat. parato. Item e Myrrha, rad. gentian. rubr. Irid. florent. Mastich. sang. Dracon. quæ a carie præservant.
10. Aër humido-frigidus, abusus Sacchari, & instrumenta metallica excludantur.
11. Ad Apophlegmatismum præsentem opem adfert oleum *Theribinthinz*, item Piper & Caryophylli, si conquassentur, linteo immittantur, oleo *Theribinth.* immergantur & deinde applicentur.
12. Quæ vero Subjecta calida hæc minus tolerant, Sal Anglicanum in ore detinere possunt, quod, successive liquefactum, dolores sedat.

et gemm.



TABULA XXIV.
DE
VERTIGINE.

I. **DEFINITIO.**

Vertigo est perturbatio actus imaginatorii seu phantasiae, a nimia hujus organicæ partis distensione & infarctu. per congestionem humorum inducto, originem ducens.

II. **DIFFERENTIA.**

1. Vertigo quando in *sanguineam* & *phlegmaticam* dividitur, non tam differentiam causarum, quam subjectorum & temperamentorum involvit.
2. Ratione causarum autem vertigo est vel
 - a) *Idiopathica*, quæ a plethora commota inducitur; vel
 - b) *Symptomatica*, quæ a vitio primarum viarum dependet.
3. Vertigo differt *gradu*.
 - a) Vertigo *strictè* sic dicta est, quando omnia objecta per gyrum oculis offeruntur.
 - b) *Scotodinia* dicitur, quando omnia objecta oculis ut nigra & tenebrosa repræsentantur, & aliquando plane in terram *precidunt*; derivatur a *σκότος*, tenebræ, & *διη*, aquarum vortex.

III. **SIGNA.**

1. Obnubilatio visus & auditus, ita, ut erigentibus sese patientibus, omnia in gyrum circumagi videantur.
2. Quod interdum adeo invalescit, ut pedes etiam, officii sui oblitii, ad subsistendum vacillent, & patiens in terram prolabatur.
3. Concurrunt & succedunt in nonnullis punctiones veluti transversæ per caput.
4. Non raro etiam vasorum capitis inflatio, & rubor faciei.
5. In vertigine, e consensu primarum viarum proveniente, sentiuntur communiter tensiones ventriculi & paris vagi per illam regionem disseminati.
6. Quo casu tempore instantis cibi nausea, flatulentia, & cardialgia occurrunt.

IV. SUBJECTA.

Vertigini præ aliis obnoxii sunt:

1. Homines plena diæta gaudentes, & a laboribus alieni.
2. Litterati, qui phantasiam & memoriam nimium fatigant; inprimis illi, qui anxio quodam desiderio studia tractant.
3. Qui Temperamentum habent Sanguineo-Melancholicum.
4. Ætas annosior præ juvenili.
5. Qui evacuationes sanguinis sive naturales sive artificiales antea habuerunt, jam autem ab iisdem vivunt immunes.
6. Qui cibum aliquando solito largius, præcipue post jejuniū inductum, assument.
7. *Caco stomachi*, alii quidem ventriculo vacuo, alii autem, quando cibum vel potum sumserunt.

V. CAUSÆ.

1. *Idiopathice.*

- a) *Causa antecedens remota* est plethora, cum spissitudine ut plurimum conjuncta.
- b) *Causa propior* est congestio sanguinis versus caput.
- c) *Causa proxima* & immediata est nimia cerebri & meningum distensio, ab infarctu humorum inducta.
- d) *Causa instrumentalis* videtur esse flacciditas fibrarum nervearum, præcipue nervorum opticorum, per vices alternans: inde enim semper fere comitem habet debilitatem insignem, inprimis pedum, ut ægri vacillent, & tandem corruant.
- e) *Causæ occasionales, & procatartice* sunt:
 - 1) Evacuaciones sanguinis naturales suppressæ.
 - 2) Artificiales neglectæ.
 - 3) Refrigeratio, præcipue pedum, corpore calente.
 - 4) Nimia memoriæ defatigatio.
 - 5) Sanguinis circa vasa Ventr Portæ circulatio impedita, quæ occasionalis ratio certo sensu etiam ad *Symptomaticam* referri potest.
 - 6) Aspectus rerum externarum per gyrum motarum, aquarum vorticifarum.
 - 7) Scansiones in altum & prospectus in præcipitia.
 - 8) Halitus carbonum ardentium.
 - 9) Abusus vini & aliorum spirituosorum.

2. *Symptomatica.*

Hujus causæ sunt:

- a) Cruditas primarum viarum, a vitio concoctionis inducæta.
- b) Rigida partium membranarum distensio circa ventriculum a flatibus incarceratis.
- c) Connexio & consensus capitis cum ventriculo mediante pare octavo nervorum.

VI. *PROGNOSIS.*

1. Vertigo *symptomatica*, a stomachi vitio proveniens, crebrius quidem occurrit, quam *idiopathica*, hæc tamen longe periculiosior est illa.
2. Imperitiæ indicium est, quibuslibet vertiginosis, sine discrimine ætatis, Apoplexiæ infecuræ prognosin formare: junioribus enim, triginta annos nondum egressis, a *periculosa* quoque vertiginis specie nulla imminet Apoplexia; nisi vita simul nimis sedentaria, aut ingentes animi commotiones accedant. *Dieta vi*
3. E contra dictis *junioribus*, valde plethoricis, ex invalescente vertiginis facilius convulsiones epilepticæ exoriuntur.
4. In *annosioribus* autem vertigo satis communiter Apoplexiam portendit; præcipue si frequentius, & cum impetu, atque sine omni ventriculi consensu invadat.
5. Quo magis *Cephalalgia* cum vertigine complicata est, eo facilius febres inflammatoriæ, vel affectus arthritico-spastici in superioribus partibus; vel Apoplexia sanguinea, accidere possunt.
6. *Symptomatica* vertigo, cum sensibili flatulentia, nausea & cardialgia conjuncta, maxime si tempore instantis cibi assumendi contingat, nullum quidem portendit periculum; senioribus tamen successu temporis causa occasionalis fieri potest apparatus apoplecticorum.
7. Vertigo consensualis hypochondriacorum aut hysteriarum, quarum menses jamdum cessarunt, fit affectus ut plurimum habitualis, & difficillime curabilis.

VII. *METHODVS MEDENDI & REMEDIA.*A. *In Paroxysmo.*

Vertigo, ipsa etiam *idiopathica* dicta, est tantum *Symptoma* alterius affectus, quo sublato, effectus cessat: unde ventilatio sanguinis & evacuatio ventriculi universum fere negotium exhauriunt. Itaque

1. in Vertigine *Idiopathica*

- a) exhibeantur primo læo blandiora *laxantia*, ad revellendos humores versus caput congestos. In hunc finem egregie conducunt
- 1) *Helleborina*: nempe extractum Hellebori nigri, cum aliis convenientibus combinatum, vel Essentia illius, methodo Stahlina parata.
 - 2) *Gummi-resinae*: e. g. Gummi Ammoniacum, cum aceto squillico solutum. 3i. ʒij. *in fœa polys. sivalin. u. gener.*
 - 3) Extractum Panchymagog. Crollii.
 - 4) MP. de Succino Craton.
- b) Quæ Laxantia in progressu medicationis, si opus sit, subinde repetantur, & alvus quovis modo laxa servetur.
- c) Post laxationem *pediluvia* conveniunt, quæ aliquoties repeti debent.
- d) Subjungatur deinde *Vena scilicet* in pede.
- e) Interponantur Nitrosa, temperantia, & Cinnabarina.
- f) Et simul in subsidium vocentur *externa* ad discussionem infarctus, & illius revulsionem promovendam. In hunc finem laudantur
- 1) *Camphorata*: e. g. Spiritus Vini Camphoratus, vertici & temporibus applicatus.
 - 2) *Salia Volatilia*, mediante odore adhibita, quæ blandam frictionem partibus membranosis inducunt, atque hac ratione discussionem promovent.
 - 3) Ad revulsionem conducunt: frictiones pedum cum sale & aceto; item ligaturæ partium extremarum.
- g) Denique *Tonica* subjungantur, ad partes affectas iterum roborandas, e. g. MR. Polychresta Tonico-Nervina Stahlii.
2. In *Symptomatica* vertigine
- a) corrigantur cruditates primarum viarum per Salia digestiva.
 - b) Materia præparata & correctæ evacuetur (vid. *Observat.*)
 - 1) vel per vomitum, ubi nihil contra indicat, e. g. Recip. Tart. emetic. gr. III. Tartar. Vitriolat. gr. X. Miſce.
 - 2) vel per Laxationes cum epicraſi.
 - c) Deinde versus tempus ciborum assumendorum propinentur *Stomachica*, & intestinorum tonum roborantia. Commentantur in hunc finem
 - 1) Pul-

- 1) Pulvis Stomachicus Birckmanni & Quercetani.
 2) Acorus & Zingiber condit, *rad. Enygi condit. lachrya*
 3) Essent. Cortic. aurant. *Infus. fibril. Hipp. condit.*
 4) Essent. ablinth. composita, cum Tinct. Vitriol. Martis Ludovici maritata.
 5) Essent. carminativa amar. e rad. Ari, Gentian. rubr. Imperator. Zedoar. Herb. Tanacet. Card. bened. Centaur. min. parata.
 6, Dixta moderate aromatica, & vinosa.
 7, Præcipue etiam semen Sinapi & Coriandri aceto correctum, mane sumenda laudantur, quia fermentationi stomachi egregie succurrunt.

B, *Extra Paroxysmum.*

- 1, Plethora imminuatur
 - a) sive per Venæ sectiones, circa æquinoctia institutas, & repetendas *semel per mensem.*
 - b) sive per revocationem suppressarum Hæmorrhagarum, e. g. mensium, hæmorrhoidum.
- 2, *Qualitas sanguinis (spissior)* corrigatur, per Infusa ex herbis antiscorbaticis & radicibus Alexipharmaco-diureticis cum laxantibus, præcipue Helleboro nigro, combinatis; quibus salium digestivorum continuatio accedat.
- 3, *Nimia memorie* fatigatio præcaveatur, motus autem voluntarii suscipiantur; idque tanto magis si, ob hæmophobia, patientes renuant Venæ sectionem.
- 4, Pedes bene sint tecti, blandoque semper calore foveantur.

VIII. CAUSÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

- 1, Ubi gravius malum metuendum est, non permittit tempus methodum *tardiores*, supra indicatam, observare, sed illo casu *Clysm* stimulan exhibendum, & statim deinde Venæ sectio in pede instituenda.
- 2, Si flatulenta ventriculi distensio subsit, a *Vomitu* abstrahendum est: facile enim flatulentia anæterica habitualis inducitur, & anxietates augentur.
- 3, Convenit potius in tali casu materiam digerere, mobilem reddere, & per Laxantia evacuare. Ad materiam digerendam, præter salia digestiva, adhuc commendantur: Rad. Enulz, Irid. flo.

- florent. Aristoloch. long. Raphani, herb. amaræ & incidentes, e. g. Absinth. Centaur. min. & Antiscorbuticæ, item Gummata,
4. Formulæ *pilularum* in Subiectis melancholicis non adeo commode operantur, præstat itaque *liquidas* in illis adhibere.
 5. *Gummi Ammoniacum*, cum aceto squillitico solutum, ingrati quidem saporis, sed egregiæ virtutis est, ad fordes primarum viarum abstergendas.
 6. *Vena sectio*, si alvo nondum aperta instituitur, præposterum edit effectum, nempe congestionem *particularem* facile in commotionem *universalem* transmutat, id est, Cephalalgia vertiginosa in febrem traducitur.
 7. *Cucuphæ* e speciebus ita dictis Cephalico-nervinis odoratoribus, quæ ad vertiginem arcendam, & ad memoriam confortandam vulgo solent applicari, plus perturbationis, maxime plethoricis, adferunt, quam levaminis exoptati.
 8. In Phlegmaticis autem frigidis usui esse possunt, sed discretio vertiginis idiopathicæ a symptomatica valde necessaria est. In hunc finem conducunt rad. Irid. florent. bryon. Cyper. rotund. herb. hyssop. Summitat. serpilli, sem. fœnicul. Carv. Camphor.
 9. Caute etiam adhibenda sunt Aromatica, Odorifera, Balsamica, Volatilia, ne per usum illorum malum potius exasperetur, quam minuat.
 10. Pediluvia sub methodo laudavimus, magis tamen usum habent, ubi vertigo e redundantia sanguinis versus caput contingit, quam in causis vitii primarum viarum.
 11. Cum vertigine conspirat familiariter memoriarum debilitas, cui autem simul occurritur, si vertigo per methodum commendatam removetur.
 12. Ceterum, quia nemo facile sanus *anxie* vomit, quin simul vertigine quadam corripiatur, hæ circumstantiæ nullo modo cum genuinis vertiginosis affectibus confundendæ sunt,

*massiche &
Slibanur.*



TABULA XXV.

DE

ANGINA.

I. DEFINITIO.

Angina est stasis sanguinis inflammatoria, circa fauces & vicinas illarum partes collecta, a tumultuaria humorum congestione, medium quasi locum inter caput & pectus occupante, & hinc modo Hæmorrhagiam narium, modo Hæmoptysin respiciente, originem ducens. Derivatur vel a Græcorum ἀγχω, prævoco, strangulo, vel a Latinorum ango.

II. DIFFERENTIA.

1. Variæ & sollicitæ tam Veterum quam Recentiorum Anginæ divisiones vix ullam in praxi habent utilitatem; quoniam tamen ad formandam *prognosin* quodammodo inserviunt, breviter illas tangemus.
2. Angina est vel *vera*, vel spuria, seu *notha*.
 - a) *Vera* dicitur, quando tumor inflammatorius magis *interne* observatur, nempe in Larynge, Pharynge & partibus vicinis, insuper etiam cum febre acuta stipata est.
 - b) *Notha* autem vocatur, ubi tumor *externe* magis sese manifestat, videlicet circa tonsillas & glandulas post aures sitas; sine concursu febris acutæ.
3. Angina a Veteribus dividebatur in Synanchen, Parasyanchen, Cynanchen & Paracynanchen.
 - a) *Cynanche* dicitur, quando neque intus, neque extus tumor apparet, & tamen febris exquisita conjuncta est.
 - b) *Paracynanche* vocatur, quando tumor inflammatorius in musculis laryngis *exterioribus* occurrit.
 - c) *Synanche* est, quæ majorem deglutiendi, minorem vero respirandi difficultatem conjunctam habet, & cujus tumor magis *extrorsum* vergit.
 - d) *Parasyynanche* inflammationem musculorum *Pharyngis*, cum febre conjuncta, Veteribus denotat.

4. Ceterum Angina est vel
 a) *Idiopathica*, quæ per se & sponte sua exoritur, & a sola pletho-
 ra dependet; vel
 b) *Symptomata*, quæ febribus acutis, præcipue circa *statum*, vel
 aliis morbis accedit. *Vide Subjecta & causas.*
5. Hæc omnia differunt *gradu*; in aliis enim *mitior* est, in aliis autem
 cum tali impetu Angina invadit, ut paucis momentis omnia
 invalescant.
6. Divisio Anginæ in sanguineam & mucosam non differentiam
 causarum, sed temperamentorum involvit; illa magis ad *veram*,
 hæc autem ad *notham* referenda est.

III. *SIGNA.*

1. Manifestat se sub initium *aliqua* deglutendi difficultas.
2. Quæ communiter cum tumore & sensu doloris pungitivi conjun-
 cta est.
3. His accedit notabilis ardor in faucibus, & inflammatio.
4. Paucis horis hæc ita increbescunt, ut vix deglutire quidquam
 valeant patientes.
5. Lingua sensibillissime tumescit, & venæ quasi nigricantes *sub* illa
 apparent.
6. Facies turgēt, & rubicunda existit.
7. Vasa circa Tempora intumescunt.
8. Vascula in oculis sanguine ita repleta comparent, ut ipsi oculi e
 capite quasi prominentes conspiciantur.
9. Respiratio sit difficillima, & metum incutit suffocationis.
10. Animus valde anxius.
11. Manus sunt pallidæ & ad tactum frigidæ.

12. Patiens ipse modo horrore leviore, modo æstu volatico percel-
 litur. *admodum erysipelatis sive surrhenis.*

IV. *SUBJECTA.*

1. Angina *Idiopathica* communiter evenit *juvenibus*, vix tamen aliis,
 quam insigniter plethoricis.
2. Quibus præcedentibus annis Hæmorrhagiæ narium familiares
 fuerunt.
3. Qui dixta calida, aromatica & vinosa utuntur. *idem salsa et muricaria.*
4. *Symptomata* vero Angina, quæ acutis & aliis morbis accedit, reli-
 quæ etiam ætati obtingere solet, præcipue Sanguineo-Cholericis;

cis; utrinque tamen morbus non est adeo familiaris,
V. CAUSÆ.

1. *Idiopathica.*

- a) Causa materialis *remota* est turgescencia sanguinis abundantis.
- b) Causa *propior* est tumultuaria humorum versus hæc loca congestio.
- c) Causa *proxima*, seu continens, est stasis inflammatoria circa caput laryngis aut pharyngis collecta.
- d) Causa *efficiens* est Naturæ intentio ad sanguinem exonerandum, fluctuans tamen & hæsitans, num per nares vel per pulmones excretio instituenda sit: hinc medio quasi loco humores detinentur.

e) Causæ *occasionales* & *procatartice* sunt:

- 1) Hæmorrhagia narium per ætatis rationem suppressa.
- 2) Refrigeratio corporis repentina post æstum.
- 3) Ebrietas. *cibi muricibus. aromata acriora. valentia etc.*
- 4) Abusus pulveris sternutatorii acrioris ad fauces delabentis.
- 5) Clamores & vociferationes.
- 6) Luxationes colli. *lues venerea.*

2. *Symptomaticæ.*

- a) Incompleta sanguinis versus hæc loca congestio
 - 1) in febribus acutis, præcipue epidemicis,
 - 2) in affectibus vagis arthriticis. &c.
- b) Causa *occasionalis* in acutis sæpissime est incongrua Venæ sectio.

VI. PROGNOSIS.

1. Angina quo majore impetu invadit, eo majus periculum minatur.
2. Angina *notha* mitior est quam vera.
3. Species mitissima est *Paracynanche*.
4. *Cynanche* autem omnium est periculosissima. conf. Hippocrat. Sect. IV. aphor. 34. 35.
5. Qui *Cynanche* pereunt, magis convulsionibus, quam suffocatione moriuntur: magnum enim periculum Sphacelofæ corruptionis ibi prostat, quod Naturam in tales motus tremulos conjicit.
6. Stæfos discussio quando non obtinetur, suppuratio contingit, & tum anceps valde est eventus.

*Qui in
in sua
Cynanche*

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. In Paroxysmo.

1. Ante omnia *Clyisma* applicetur, & quidem extemporaneum, ob periculum in mora: In hunc finem conducit *urina calida*, vel *aqua calida salina*. Si tempus concedat, stimuli loco *pulpa Colocyntid.* in *petia ligata* & cocta, addatur, vel *Electuar.* Hier. Picr. *3℥. ʒss.*

viri.

in animo
Ligatio.

2. Deinde in casu valde *urgente* *large Venæ sectio* in brachio, vel adhuc melius in pede, instituat, & si post aliquot horas mali vehementia non remittat, *Ranina* etiam secetur.

3. In *mitiore* autem affectu *Venæ sectio* in Paroxysmo non æque necessaria est, sed sufficiunt communiter remedia, quæ impetum sanguinis mitigant, e. g. *Nitrosa*, *Absorbentia*, leniter *Diapnoica*. cum gr. semis vel ad summum I. M. P. de *Cynogl.* combinata, & sæpius exhibita; qui pulveres in malo etiam *urgente*, imo per universum morbi decursum, salutare essent, si modo deglutiendi difficultas non obstaret.

4. Facta sanguinis sive sola *contemperazione*, sive simul ipsius quantitatis per *Venæ sectionem imminutione*, locum habent *Gargarismata*. Remedia ad illa paranda triplicis sunt generis.

a) *Resolventia*, & *Nervino-Discutientia*, e. g.

1) *Radices*: *Irid.* *Florent.* *Sigill.* *Salomon.* *Vincetox.* *Caryophyllat.* *Bryon.* *Aristoloch.* *utriusque*, *Helen.* *Althæa* *ch. Malv.*

2) *Herbæ*: *Hyslop.* *Chærefol.* *Salv.* *Origan.* *Centaur.* *min.* *Comz* *Abrotan.* *Scabiosæ*, licet *insipidæ.* *Tejus flor.* *Amalo.*

3) *Flores*: *Chamomill.* *Melilot.* *Bellid.* *gultbat quito.*

4) *Semina*: *anisi*, *Carvi*, *Dauci*, *Fœnigræci.*

b) *Lenientia* & *demulcentia*, ad ardorem & æstum, plus minus inflammatorium, contemperandum. In hunc finem laudantur

1) *Mucilaginosæ*: e. g. *Semen Cydonii*, *Psyllii*, *Lini*, *Malva* & *Althæa.* *flor. papav. errat*

2) *Aqua rosarum rubr.* cum semine *Cydonii.*

3) *Syrupi*: *rub Idzi*, *Diancum.* & adhuc magis *Diamor.* *San. walyfym.*

4) *Specificæ*: *Album Græcum*, & *quadantenus fungus Sambuci.* *San. walyfym.*

5) *Quorum omnium princeps est Nitrum.* *San. walyfym.*

c) *Adstringentia.* Huc pertinent

- 1) *Herba traumatica*: Pyrol, Prunell, Sanicul, auricula muris, ab Heurnio commendata. *scia rubi.*
- 2) *Ridices*: Bistortæ, Tormentil, Symphyt. major, Pseudo-acori.
- 3) *Cort. & fol.* Mali punici. *for. for. er. rosar.*
- 4) *Validiora*: Tinct. terræ Catechu, Gallæ, Alumen crudum.
5. Sub initium applicentur aliquoties *Gargarismata*, sine adstringentibus, vel leni. simis tantum, parata, deinde *leniora* ex illis, & de hora in horam *fortiora* addantur. Vid. *Cautel.*
6. Eodem tempore, quo Gargarismata in usum trahuntur, necessarium etiam est, extrinsecus applicare *Emplastra* discutientia & emollientia, e. g.
- a) Emplastr. de Melilot. Camphorat.
- b) Empl. Diachyl. simplex, absente inflammatione.
- c) Empl. Diachyl. cum Gummatibus, si ardor & inflammatio subesse appareat.
- d) Si insignis calor & ardor æstuosus urgeat, loco Emplastri Spiritus Vini Camphorat. Crocat. cum linteis multiplicatis applicetur.
7. Quando autem stasis inflammatoria hanc methodum discussionem aspernit, & propria sua pertinacia ad suppurationem tendit, ruptio *spontanea* expectanda est. Vid. *Cautel.*
8. Ruptione vero facta, sponte quasi restituitur patiens, sine peculiari concursu medicamentorum. Potest tamen ad mundificationem loco gargarismatis adhiberi *vinum* calidum cum pauco melle, sive simplice, sive rosaceo. Item aliquid Myrrhæ, Salviz & Prunellæ pro consolidatione.
9. Alvus semper aperta servetur, sive per Clysteres, sive per moderata laxantia.
10. Ubi suffocationis metus impendit, *Bronchotomia* ultimum est fugium.

B. *Extra Paroxysmum.*

1. Plethora imminuatur
- a) sive per evacuationes sanguinis *naturales*, iuxta methodo revocandas;
- b) sive per *artificiales*, nempe Venæ sectiones æquinoctiales, in pede instituendas, & non facile prætermittendas.
2. Motus versus hæc loca congestioris præoccupetur

a) per

- a) per Laxationes subinde instituendas.
 b) per Essentiam Alexipharmacam Stahlii cum Mixtura Tonico-Nervina combinatam, & anniversaria periodo recurrente exhibitam, cum regimine leniter diapnoico, per motum corporis voluntarium facilitando.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. In Angina notha & magis mucosa adhiberi possunt resolventia penetrantiora, e. g. rad. Ari, Helen. Pimpinell. alb. Bardan. Vincentox. Herbz nonnihil aromaticz, Ligo, Sassafr. Guajac. Gummi Galban. Sagapen. Myrrh. *Salvia*

Storax in L. Venerea

2. Alvus autem in illa mucosa constitutione non tam aperta servanda, quam potius purganda est, e. g.
 Recip. MP. de Succin. Craton. Scrup. I.

Resin. Jalapp. gr. V - VI.

Extract. Trochisc. Alhandal. gr. II - III. M. f. Pilulz.

Mercur. dulc. quoque locum habet.

3. Roob *Dianacum* in mucosa Angina, in Sanguinea autem magis Roob *Diamor*. In utroque casu fungus Sambuci convenit.

4. *Vene sectio* particularis, sub lingua nempe instituta, si universali nondum præmissa administratur, duo gravia incommoda involvit.

a) Vel enim, quod sæpe contingit, sanguis sufficiente quantitate non emittitur, ob vasa minus capacia, & sic affluxum vehementiorem causatur, omniaque deteriora eveniunt.

b) Vel fluxus, si satis procedat, vix ullo remedio potest sedari, quare ratione patiens viribus exhauritur, & febres facile lente-scentes subsequuntur.

5. *Venæ sectionem* generalem in *pede* instituere, ad revulsionem quidem majoris efficaciz deprehenditur, quam illa, quæ in brachio administratur; obtinacem autem aliorum consuetudinem nonnunquam connivendum est.

6. *Venæ sectionem* quando inquietudo jectigabunda excipit, *frictiones* fortiores in pedibus & *pediluvia* conveniunt.

7. *Ne error* in Gargarismatibus committatur, duo simul coqui possunt: unum e discutientibus & demulcentibus; alterum e solis adstringentibus paratum. Hac enim ratione sub initium vel nulla, vel saltem exigua portio decocti adstringentis alteri im-

Sedali f. fr. subsp. B. lingua.

misceri, sensim vero sensimque augeri potest, e. g.
 Recip. Rad. Irid. Florent. Drachm. III,

Helen.

Caryophyllat.

Althææ ana Unc. Semis. *lib. alb. malv.*

Herb. Salviz.

Bellid. min.

Hyssop.

Flor. Chamomill. ana Man. Semis. *malv. arbor.*

Caricarum pinguium num. IV.

Coq. in aqua simplice q. s. Colaturæ add.

Roob Diamor.

Alb. Græc. ana Drachm. III.

Nitri Crystallifat. Unc. Semis.

2. 1/2. 1/3. 1/4. 1/5. 1/6. 1/7. 1/8. 1/9. 1/10.

Item: Recip. Rad. Bistort.

Tormentill. ana Unc. Semis.

Herb. Prune l.

Pyrol. ana Manip. I.

Gallar. Drachm. I.

Coq. in aqua communi, & Colaturæ addatur pro re nata minus plus aluminis crudi,

8. Ratione *applicationis* sequentia observanda sunt.

- a) Caveatur, ne patiens sub gargarisatione *supinus* jaceat, sed antrosum quodam modo caput inclinet, ut infusum cito possit refluer.
 - b) Chirurghi monendi sunt, ne gargarismata cum tali imperu, ut moris est, injiciant, alias prurimum & ardorem patientibus inferunt. Modeste adhibita, æque bene penetrant.
 - c) Porro monendi sunt, ut circa depressionem linguæ modestia utantur, ne vomendi conatus excitetur.
9. Nitrum sensum ardoris egregie demulcet, salivam in consistentiam submucidam coagulat, & sic subitanam illius siccitatem impedit, insuper leni sua acrimonia abstergendi simul efficaciam præstat.
10. Sal commune ad affectus faucium etiam conducit, nam acrimonia sua insigni, in ore detentâ, affluxum salivæ provocat, & sic humectationem oris inducit,

11. *Album Græcum* ad ardorem demulcendum specifica & egregia sane virtute præditum est. Hinc non solum in hoc affectu præstat, quod communia gargarismata præstare non possunt, sed etiam in internis ardoribus intestinorum, & inde inducto *leō*, egregiam mitigationem adfert.
12. *Terra Catechu* in repentino Anginæ casu, ubi ad coctionem, quæ pleraque vegetabilia indigent, tempus non conceditur, sensibilem exhibet effectum adstringentem, aqua soluta & applicata.
13. Sic etiam *radix Bisfortæ* ad repentinas stases dissipandas egregiam habet efficaciam.
14. *Galenus* refert de quodam per insomnium edocto, ut in Angina perinaciter uteretur Succo *Lactuce*, & quod illo usurpato reconvalesceret.
15. *Pulverulenta*, nisi tenerrima, & lactis instar liquoribus innatent, non habent locum; faucibus enim adhærent, & titillando irritant.
16. Ab *Emollientibus*, pure adhibendis, abstinendum est, strangulationem enim, secundum Foresti observationem, inducere valent, majorem fluxum invitando. Hinc in gargarismatibus cum Nervino discutientibus hic combinari debent.
17. In *Epihematibus*, extrorsum applicatis, majorem usum præstant, relaxando poros, ut humores, introrsum congesti, revocentur.
18. *Salia urinosa*, e.g. Spiritus Salis Armoniaci, exiguam hic adferunt operam; majore enim copia adhibita, irritantem edunt effectum, minore autem dosi nihil notabile præstant.
19. *Suppuratio*, (quæ in Angina *notha* frequentius contingit, quam *vera*) quo magis impediri potest, eo melior successus sperandus; illa enim ingentes involvit dolores, & tumorem ita auget, ut intra 4-5. dies ne potulenta quidem deglutire queant; quo tempore patientes in stabili siti anguntur, quam tamen ob deglutienti impotentiam restinguere non possunt.
20. Si staseos discussio post quartum, ad summum, diem non contingat, & hinc illius resolutio non magis expectanda sit, tum adstringentia & gargarismatibus sunt segreganda, & lenientibus saltem ac emollientibus utendum est.
21. Ad *ruptionem* Apostematis promovendam, nihil tentandum est: per

per se enim intra 4-6. dies, cum effusione materiz albicantis, subsequitur. Cavendum proinde est ab ambiguo, imo subinde temerario illo consilio, quod per vomitoria ruptionem promovere commendat.

21. In Angina, febribus acutis superveniente, non negligenda est genuina febrium methodus, ubi simul pulveribus antifebrilibus *Camphora* immiseri potest, ad gr. III. pro dosi, quæ inter deglutendum aliquid opis adfert partibus inflammatis.
23. *Bufo*, in vino adusto ad putrescentiam maceratus, &, evaporato spiritu, residuum aqueum magma cum linteo vertici calide applicatum, in Angina, febribus petechialibus accedente, levamen præstanteum afferre dicitur.
24. In Holsatia Bufonem *vivum* in ore detinent, qui ibidem moritur, & patiens convalescit.
25. Cavendum est a capitali illo errore, cum sudoriferis hunc affectum Symptomaticum in febribus tractare.
26. Quæ circa *Bronchotomiam* observanda sint, ex operationibus Chirurgicis *Petri Dionis* edisci possunt.
27. Denique cura *præservativa*, sub *methodo* commendata, quam maxime observetur: familiare enim huic affectui est, ut vel anno revertente, vel alia occasione, facile recrudescat.



TABULA XXVI,

DE

PHTHISI.

I. DEFINITIO.

Phthisis est ulcerosus pulmonum affectus, a stasi sanguinis ibidem collecta, & in corruptionem deducta, originem sumens, & successiva corporis extenuatione maxime conspicuus. Derivatur a $\Phi\theta\iota\omega$, consumor, tabesco.

II. DIFFERENTIA.

1. Phthisis differt *gradu*: in læsione enim pulmonum est vel ulcerosa tantum dispositio, vel actualis jam, & consummata ulceratio.

a) *Ulcerosa dispositio* nihil aliud est, quam collectio & infarctus scirrhosus materiz tenacis & viscosæ, seu etiam mucidæ portionis sanguinis; quæ materia lentescens, discussis repente partibus fluidis, in duritiem abit, & hinc in actum corruptionis non ita promte adducitur. Hæc est ratio, quod patientes in hoc statu per plures annos vivere possint, & vix aliqua Phthiseos suspicio in plures cadat.

b) *Actualis exulceratio* dicitur, quando ulcerosa hæctenus, ad corruptionem disposita, scirrhosa collectio altiores radices egit, & ulcus jam erumpens, vel plane consummatum constituit; sub qua constitutione febris *hæctica* cum reliquis Symptomatibus exacerbatur, & æger intra breve tempus consumitur.

2. Phthiseos differentiam ab *hæctica abdominali* anxie quærere, vix ullam in praxi habet utilitatem. Sicut enim remedia placide resolventia & discutientia, ac, sine omni acredine, balsamica Phthisicorum unica sunt solatia, sic etiam iisdem, & eadem quidem methodo, Hæctici subveniunt. Sequentes tamen observationes hanc differentiam & diagnosis præcipue docent.

a) Hæctica abdominalis semper involvit febrem, Phthisis autem aliquando sine febre, ad minimum notabili, observatur.

- b) Si a profunda aëris attractione tussis augetur, & angustia seu renifus in pectore sentitur, tum est læsio *pulmonum*.
- c) *Tussis* pulmonalis, nisi gravissimæ commotiones suppurascentes jam adsint, cedit extracto *Tabaci*, abdominalis non item.
3. Sic etiam Phthisis ab *Atrophia* non nisi loco & ætate differt, nempe *Atrophia* est læsio glandularum mesenterii, pancreatis, vel ipsius quoque hepatis, infantili ætati communis; Phthisis autem læsionem pulmonum involvit, & juvenili ætati familiaris est. De reliquo quoad causam *continentem* prorsus conveniunt.
4. Differt etiam Phthisis a *Marasmo senis*, seu illa corporis extenuatione, quæ annosioribus e quacunque causa obtingit.
5. Phthisis differt quam maxime a *Vomica pulmonum*, nam
- a) in *Phthisi* est ulcus stricte dictum, in *Vomica* autem abscessus seu Apostema. Falsum enim est axioma: *ubi pus, ibi ulcus*, nam in *puris* efformatione tota differentia ulceris ab apostemate fundatur.
- b) Ulcus Phthiseos in partibus *exsanguibus*, humidis tamen & mollibus, residet, apostema autem in *sanguiferis* reperitur.
- c) Hinc *Vomica* tam brevioris & præcipitis est successus, *ulcus* autem Phthisicum longioris periodi.
- d) Phthisis licet e *Vomica*, non lethaliter rupta, ortum sumere possit, evidens tamen manet differentia rei *succedentis* a præcedente.
- e) Imo licet vicissim ex ulcerosa pulmonum constitutione *Vomica* tandem erumpere possit, per accidens tamen hoc saltem contingit, nempe quando vasa eroduntur, & præceps inflammatio ulceri *señiori* Phthisico supervenit; rara autem hujus successione *Vomicæ* sunt exempla.

III. SIGNA.

1. Phthisis, *lenius* incipiens, vix ulla habet signa, nam eo tempore exigua saltem *tussis* sese manifestat.
2. Tussunt autem omnes fere Phthisici, plerique *acrius*.
- a) Alii cum multa *excretionem*,
- b) alii cum pauca,
- c) alii cum nulla, & hoc quidem vel sub initium, vel in fine. *Conferatur Hippocrat. aphor. 16. Sect. III.*
3. Tussim autem quamcumque, etiam diuturnam, & notabili excretion-

tionem conspicuam, pro certo Phthiſeos ſigno declarare, error eſt ſatis communis: nam vitia primæ concoctionis tuſſim provocant, Phthiſica interdum majorem.

4. Hinc in Phthiſeos diagnoſi ſigna *ſcilia* ſemper ſunt conjungenda, nempe
 - a) *Ætas* infra ſub *Subjectis* annotata.
 - b) Tuſſis diuturnitas, & illius exacerbatio ab aëre frigido, halitibus acribus, acidis aſſumptis, & profunda reſpiratione.
 - c) Materia profundius excuſſa, ſanguineis ſtriis infecta, odorata, ſanioſa aut puris æmula,
 - d) Peſtoris anguſtia.
 - e) Virium lapſus.
 - f) Dejeſtio appetitus, vel frigidorum ſaltem cupido.
 - g) Somnus non reſiciens, ſed magis deſaſſans.
 - h) Siccitas oris & ſalivæ glutinoſitas.
 - i) Senſibilitas & impatientia *animi* ſubiracundi.
 - k) Senſibilitas etiam *corporis*, præcipue circa mutationem aeris.
5. Si hiſ ſignis accedant prægreſſæ violationes pulmonum, & diſpoſitio hæreditaria, tum certitudinem Phthiſeos fere indubiam reddunt. Tales violationes pulmonum contingunt
 - a) in Hæmoptyſi.
 - b) in Peripneumonia.
 - c) Per violentas externas contuſiones & vulnerationes.
 - d) Per diuturniorem inter corroſivos vapores obverſationem.
6. Quando autem hiſ omnibus conſpicua extenuatio totius corporis, & ultimo etiam faciei, cum notabili *febre heſtica* acceſſit, de Phthiſi non magis eſt dubitandum.
7. Sputum *purulentum* eſt quidem Phthiſeos *conſummata* certiffimum ſignum, ſed non unicum, nam datur phthiſis ad *ἀκμὴν* deducta, ſine tali ſputo; nempe in iis, quibus ulcus bronchiorum aut membranaceæ pulmonis portionis citra ſanguinis concurſum adhuc perſiſtit.
8. Pro ſputo autem purulento non debet reputari materia illa craſſa, pulſtacea, e flavo virideſcens, quæ in tuſſi quoque ſimplice innoxia ſolet externi.
9. *Urinæ* phthiſicorum ſanis frequenter ſunt ſimillimæ, niſi quod *ſpumam* diutius ſervent; hoc tamen in ſimplice etiam tuſſi, & habitu phlegmatico contingit.

10. Si *Vomica* pulmonum phthisi superveniat, febris, alias lentescens, acutam indolem induit, & tussis antea dolore obruso incommoda, jam interlancinante affligit, & respiratio majore difficultate laborat.
11. *Diarrhæe* & *sudores* colliquativi, quando ~~pre~~veniunt, de malo *consummato* testantur.

IV. SUBJECTA.

1. Pht. si. in pauciora Subjecta cadit, nempe communiter in juvenes ab anno XVIII. ad XXXV. Conf. Hippocrat. aphor. 29. Sect. III. aphor. 7. Sect. VIII.
2. Ex his autem homines plethorici, sani, floridi, otiosi, Choleric-Sanguinei, magis in pht. sin. prolabuntur, quam mucosi, scorbutici, phlegmatici, laboriosi.
3. Seu, quod idem est, longe majore numero pht. hifici fiunt, qui hæmorrhagiis frequentioribus, capitis doloribus æstuosis & lancinantibus, hemicraniiis acutis, respirationis difficultati a motu corporis citatore, & actuali hæmoptysi expositi fuerunt, quam qui obnoxii sunt catarrhalibus deflexionibus, coryza, tussi simplici, diarrhæis, scabiei ferofiori, & ulceribus externis.
4. Sexus sæmininus pht. hifi magis expositus est quam virilis; quod sequent. fundamento innititur: Evacuaciones sanguinis *suppresse* utrumque sexum disponunt ad pht. hifi, & quoniam pauciores in virili sexu hæmorrhagarii sunt, in sæminino autem ordinarie *omnes*, sic inde, ut numero longe majore suppressio sanguinis, & hinc etiam pht. hifi, sexui sequiori, quam virili, obringat.
5. *Seniores* non facile fiunt pht. hifici, nisi a manifestis causis externis: neque *pueri*, exceptis illis, quibus hæmorrhagia narium largior familiaris fuit, & repente suppressa est.

V. CAUSÆ.

1. Causa pht. hifeos antecedens *remota* est status plethoricus.
2. Causa magis *proxima* est specialis congestio sanguinis ad pectus, præcipue floridioris, ferofi rarius.
3. Congestio floridi sanguinis destinata est ad evacuationem hæmopyicam, ferofioris autem ad *beschicam*. *Inhibiti*
4. *Hæmopyica*, si propter difficultatem non perumpit, vel post perruptionem portio mucida relinquatur, statim & hinc corruptio-
nem,

nem, five ulcerofam, five fuppurafcentem caufatur.

5. *Beachica* evacuatio quando non fuccedit, materia illa tenax, mucofa, ferofa, affatim congefata, corruptionem falfo-acrem fubit, & hinc etiam vel abfcelfum, vel ulcus producit. Ejusdem indolis eft materia illa acris, quæ in Coryza per nares excernenda fuiffet, fi ad pulmones defluat.

6. *Caufæ externe, occafionales & procatartica* funt:

a) Lapsus aut ictus violentus in pectoris regionem factus.

b) Nimis & vehemens tuffis.

c) Aer autumnalis, qui tabidis inprimis noxius eft; conf. Hippocrat. aphor. 10. Sect. III.

d) Fumi corrofiui.

e) Abufus veneris & potuum fpirituoforum.

f) Iracundia tacita & fuppreffa.

g) Perverfa curatio morborum prægrefforum, inprimis febrium & hæmorrhagiarum per adstringentia fuppreffarum.

h) Difpofitio hæreditaria ad phtifin plurimum etiam confert.

7. *Caufa tuffis* eft intentio Naturæ ftatim difcutiendi, vel fubnatam ex illius corruptione materiam acrem excernendi.

VI. PROGNOISIS.

1. Incipiens phtifis ancipitis eft prognofeos, confummata lethalis.

2. Ratio hæc eft: nullum ulcus curatur, nifi tota ejus fupperficies abfterfa fit, aut abfcelferit, (daß die Wunde frifchen Grund bekomme) fed hæc mundificatio in partibus internis vix habet locum; infuper consolidatio vulneris in pulmonibus ægre fuccedit, quia perpetuo æris concurfui, motui, & vehementi tuffis concuffioni obnoxii funt.

3. Proftant tamen exempla phtifeos incipientis curatæ, in quibus veftigia autocraticæ reftitutionis & cicatrifationis detecta funt.

4. Subjecta ficciora longe citius humidis, agiliaora languidus, juniora fenilibus confumuntur.

5. Sexus fæmininus, ficut, ob faciles menfium turbas, præ virili phtifis magis expofitus eft, ita etiam facilius ab illa liberatur, quia fluxus fanguinis fuppreffus jufte methodo poteft revocari, negotium autem fanguinis in viris non ita feliciter fuccedit.

6. Phtifis non accelerat mortem, fed febris hæctica, phtifis fuper-

veniens: hinc quo frequentius hecticæ tales exacerbationes recurrunt, eo celerius æger opprimitur; & quo magis phthisis sine febre hectica sibi quasi sola constat, (quod in Subjectis non ita sensibilibus & incuriis observare licet) eo diutius patiens vivere potest.

7. Sputum vere purulentum, Diarrhææ & sudores colliquativi prognosin non fallunt.
8. Ceterum quidquid vulgo de phthisi *curata* circumfertur, his communiter innititur fundamentis,
- a) Vel sola fuit tussis catarrhalis in habitum deducta, & inprimis crassum, pulposum, viridem mucum proferens.
 - b) Vel febris lenta cum largis sudoribus, & repentina corporis extenuatione conjuncta.
 - c) Vel *recens hectica*, e febre lenta propullulans.
 - d) Vel asthmatica solum pectoris affectio.
 - e) Vel æger evasit cum ancipiti periculo, dum vegeta suppuratio, seu Vomica, Scirrho alicui minori supervenit.
 - f) Vel hæmoptysis pro phthisi venditata est.
 - g) Vel plane singulare robur naturæ cum specialibus circumstantiis, a millesimo vix expectandis, concurrat.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis.

1. Affluxus sanguinis ad pectus copiosior derivandus est.
2. Materia ulcerosa est resolvenda, abstergenda, discutienda.
3. Facta ulceris mundificatione consolidatio illius respicienda.
4. Analepsis necessaria præstanda.
5. Tonica roboratio perficienda.
6. Symptomata febris, tussis &c. decenter ratione mitiganda sunt.

B. Methodus specialis.

1. Tempore exacerbationis.

- a) Curæ initium fiat per lenissimam *laxationem*. Conveniunt hic blandiora laxantia, e. g. Rhabarbar. elect. Passulz minores, Manna, Tamarindi.

In Subjectis Cacochymicis conducit etiam Senna, Agaricus, Resina Jalappæ, Mercur. dulcis, sed hic *ratio* ahibeatur, ne salivationem particularem pulmonibus inducat.

b) De-

Balneo V. n. l.
 Amiacho lacte
 idem per se et
 capitis nervicij
 incocti Elipse
 usque ad a.

pro d. ad gr. iv. v. vi.

b) Deinde per aliquot dies. imo septimanas, propinentur resolventia, abstergentia, & discutientia. In hunc finem laudentur:

1) *Radices*: Pimpinell. alb. vincetox. Helen. Irid. Florent. Aristoloch. utriusque, maxime Ari. &c. *(China)*.

2) *Herbz*: Capill. Veneris, Cuscut. Epithym. marrub. alb. hyssop. bellid. min. &c. *et steragz pectorales. Similibz hyperici.*

3) *Gummi-resina*: Ammoniac. Sagapen. Galban.

4) *Abstergentia salina, & Absorbentia cum acido Tartari vel Citri saturata, e. g.*

Recip. Tartar. Vitriolat.

Ocul. Cancr. acido Citri saturat, ana Unc. semis,

Aquz Scord.

Scabiof.

Chzrefol. ana Unc. III. M. dof.

Cochl. I. bis per diem, interposito subinde Nurb ad *die sumz pectoral*
zstum febrilem mitigandum. *in gram.*

5) Formulz nonnunquam mutantur, quia zger medicamina diu debet continuare: hinc aliquando usus decocti alicujus ex ante dictis resolventibus & discutientibus substituitur. e. g.

Recip. Rad. Ari.

Pimpinell. alb. ana Unc. Semis. *poet auzeri*

Herb. Veron. Tusfilag. Chzrefol. Bellid. ana. Man I.

Capill. Veneris, Pyrol. Sanicul. ana Manip. *in v. plurim recentibz*
semis.

Fiat decoctum cum paucis melle dulcificandum.

6) Aqua Veronicz *vinosa*, bis de die ad Cochlear. III. sumta, etiam laudatur. *o. s. s. u. u. u. u.*

c) Postea ad *consolidationem* e Balsamicis temperatiora sunt eligenda, e. g. Terebinth cocta, Mastice, Olibanum, Balsam. Peruvian. de Copaiu. Locatelli, Rubinus Sulphuris. e. g.

1) Recip. Balsam. Peruvian. Scrup. I.

Gumm. Juniper. s. btiliss pulverisat.

Mastich. elect. ana Drachm. I. *O. 31. uti uenit*

naiz. emulsa Amygd excorticat. num XXX. Contusis adde Aquz Scord.

Hyss p. Scabiof. Tusfilag. ana Unc. II Misc. edulcorentur Saccharo q. s. ad gratum saporem. Dof, Cochl. I. singulis binis horis repetenda.

2) Pul.

- 2) Pulvis Sympatheticus, sputo purulento injectus, & leni calori impositus, bonum sæpius effectum edidit, & hinc, ubi sputum purulentum adest, potest probari.
- 3) Quid valeat encheiresis a Weisbachio pag. 116. edit. nov. commendata, ad Balsamica immediate pulmonibus applicanda, ulterius inquirendum est.

d) Semper conjungatur moderata nutritio ex Emulsionibus amygdalatis, & Gelatinis cum Conserva rosarum.

e) Paroxysmo denique remittente, propinetur Mixtura Tonico-Nervina Stahlii.

f) Denique affluxus & tussis, si non remittant, cohibeantur per MP. de Cynoglossa vel extracto Tabaci. e.g.

Recip. Ocul. cancri, acido Citri saturat. Drachm. I. $\frac{1}{2}$ M. P. de Cynoglossa gr. VI. M. d. in 4. partes. Vel

Recip. Extract. Tabaci gr. III-IV. Solvantur aqua Cichor. vel alia conveniente, & mane in lecto propinentur, & quando nausea succedit vomibunda, haustus vini calidi cum Saccharo & Cinamomo dulcificati, sumatur.

2. Tempore remissionis.

a) Circa æquinoctia Venæ sectio largior in pede instituat & Pediluvia subjungantur.

b) Vel suppressæ sanguinis evacuationes iusta methodo revocentur, e.g. mensium, *hæmorrhoidum*.

c) Si ætas & reliqua indicent, *hirudines* ad hæmorrhoidalia loca possunt applicari.

d) Ceterum non opus est, tempore eustadii medicamentis obruere patientem: sufficit alvum servare laxam, & Essentiam Alexipharm. Stahl. cum Essent. Succini maritatum, subinde usurpare.

e) Dizta sit mollis & euchyla, & motus corporis placidus. Vid. Cautel. & Tab. de Hæctica.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Phthisis cum non solum in genere, quoad causam continentem, & pleraque Symptomata, cum Hæctica aliarum partium nobiliorum conveniat, verum etiam viscus tenerioris texturæ occupet, tanto magis sollicite omnia sunt observanda, quæ Tabula de febre Hæctica monuimus.

2. Sic

*Brodium ex
Herb. nec.
et cancri.*

4. Herbel. & Billi.

Hed. & Hor.

Veroni.

Bethon.

Charesol.

Beudon.

Valbur.

Quat. & Hor.

Hepat. nob. v. Stell.

Pulmon.

Virillifol.

Petrosc.

Cichor. ad.

Inc. Herb. cancri conterant.

2. Sic *adstringentia* vulneraria & balsamica aciora vulneratis pulmonibus destinare, nemo sanæ mentis judicabit, quia aliorum viscerum constrictionem, necessariæ secretionis suppressionem, respirationis majorem angustiam, materiæ ulcerosæ confluxionem, inflammationis & febris augmentum, certissime causantur; quod adeo verum est, ut etiam in externis ulceribus, tali incongruo modo tractatis, hoc observare liceat.
3. Balsami *Locatelli*, & quæ correctius est, *Melbomii* pectoralis quantalacunque efficacia *Cere* imputanda esset, quid reliqua ingredientia valeant, notum est.
4. *Martem* pectori in specie inimicum esse, vel ejus Patroni inficiari non audent.
5. Hinc *Tinct. antiphtisica Geermanni* multa damna infert, quia nihil aliud est, quam solutio quædam Vitrioli Martis; & si quid forte de Saccharo Saturni in ea remanserit, etiam hujus usum nemo peritus approbare sustinebit.
6. Non minore damno adhibetur famosum illud *Antihæticum Poterii*. *Vid. Tab. de febre Hæctica.*
7. Absorbentia terrea concoctionem debilitant, excretiones retardant & supprimunt.
8. Hinc etiam *Antimonium diaphoreticum* nihil prærogativi ad hunc affectum habet, licet a Sylvio ad ulcerationes internas admodum commendetur.
9. Omnia *Expectorantia* dulcia motum congestorium adhuc magis versus pectus invitant, & crassos humores non tam e pectore, quam potius per pectus cum majore exacerbatione expurgant. Hinc caute in phtisi usurpanda.
10. *Nitrum*, quando actualis exulceratio in suspectu est, non ita larga manu, assidue & perenniter exhibendum; si vero *scirrhusa* tantum constitutio, & impendens collectio maturatoria seu apostematodes præsto esse judicatur, tum Nitrum omni modo locum habet.
11. Si post copiosam *Nitri* propinationem tusfis augeat, cum multa materiæ expectoratione, tum vera ulceratio adest; si minus expectoretur, & tusfis potius mitescat, de ulcerata saltem collectione testatur, & ita cum Nitro perendum est.
12. Imo etiam in ipsa exulceratione, urgente febre hæctica, non plane

in affluat
 crocal. Heri
 valde bono.

Pragense
 Opellum

ne a Nitro abstrahendum est, sed intrepide illud interponere licet.

13. *Sulphur* nullum ulcus, imo ne pustulam ullam de sæcunda scabie curat, sed motum saltem humorum alterat, & hoc præsentissime, pauca etiam dosi; crasin vel plane non, vel languide demum corrigit. Non quadrat itaque ejus applicatio ad ulcus phthificum, tanto minus, quia æqualitatem liberæ excretionis turbat.
14. Plus autem sperandum de Sulphure, flammam non adepto, florum exhalantium forma extrinsecus per inspirationem attracto, protus si nempe sedanda. Hic *Sulphuris* & *Antimonii fumus* securior erit, quam *Realgaris* seu *Sandaracæ Græcorum* secundum *Riverium*,
15. *Rubinus Sulphuris* nihil aliud est, quam Sulphur subtiliatum, tenax, amarum & nauseabundum, hinc modo allegatur, non autem admodum extollitur.
16. *Paracelsus*, licet in aliis morbis promptus fuerit, medicamenta specialissimæ efficaciz promittere, in phthisi tamen admodum temperans observatur. *Murem campelestrem* laudat, sed modeste.
17. *Assectæ* autem illius tanto audacius hoc fecerunt, & medicamina commendarunt, quæ pulmones, hepar, renes &c. regenerent, etiam si jam ad juglandis magnitudinem absumta sint, nempe ut saltem seminium adhuc restitet.
18. Ceterum optandum esset, ut *traditio Paracelsi*, de ulcerum expurgatione, & mundificatione spontanea ab intra, per circumspectam experientiam melius tentata esset; si enim in ulla, certe in hac adhuc aliquid solidi subsidii pro phthifico ulcere superest, *Conf. illum Tractat. von Spital Kranckheiten.*
19. Reliqua *specificæ*, quæ hinc inde commendantur, obiter attingere placet.
 - a) De *Numularia* circumfertur, quod ulcerationibus pulmonum in hominibus salutaris sit, in ovibus autem ulcerationem iidem inducat.
 - b) De radice *trifolii fibrini* prædicant, illam hominibus phthificis & ovibus esse salutarem.
 - c) *Bonetus* refert, phthificum per *Nasturtii aquatici* aspiduum usum esse restitutum. Vid. L. II. S. VII. c. 23.
 - d) *Pulmones vulpis*, & aliorum animalium, rana pulmones & hepar,

Sper-

*Copiam inducit
in A. N. C.
libel.*

Sperniola Crollii, & alia magnam haud dubie fiduciam in Medico & Patiente supponunt, pro laudato effectu obri-
nendo.

20. De *Equitationis* efficacia in phthisi, quam indubiam fere facit *Sydenham*, ipse legi potest. *Conf. etiam Programm D. D. Stahl* de hac materia. Qui placidum & continuum corporis motum poterit instituere, his sumptibus facile superfedebit, & eandem utilitatem, imo majorem experietur.
21. *Acidularum* usum nemo phthificis, quocunque etiam gradu constitutus, facile suadebit. *Septis & Seltzer*.
22. De *Thermis* dissident Practici: alii omnes, alii peculiare tantum commendant; alii internum usum rejiciunt, alii moderatum laudant. Fervidiores improbantur, temperata post Venæ sectionem facilius tolerabuntur, ad summam autem rei nihil faciunt.
23. Decantata *Lactis* cura nihil aliud est, quam modice vivere, & negotium Naturæ commendare. Laudatur tamen ideo in *Dietâ*, quod continuationem ejus per multos menses æger non facile fastidiat. Certum enim est, ulcus phthificum brevem & securam sanationem non recipere.
24. *Vene sectio* tempestiva, quam salutariter phthificis succedit, tam certo noxia est, si in exacerbatione febrili instituat.
25. Omnia *salsa & acida* nocent; inter quæ acida mineralia, maxime *salis communis*, immanem tussim cum doloribus & morbi exacerbationibus provocant.
26. In Emulsionibus exulent *semina frigida*, e. g. Cucum. Melon, quia ventriculum refrigerant, & cardialgias flatulentas inducunt.
27. Nec *Amygdale* per se adhibeantur in Emulsione, quia facile in austeram aciescentiam degenerant. Semper aliquid de *Sale digestivo* adjiciatur. *et hoc inducit aciescentiam.*
28. Ceterum *Emulsiones* omni modo commendantur, temperant enim *salsam seri acrimoniam*, & præoccupant omnem asperitatem, quæ tussim solet exacerbare.
29. *Bellis minor* non rejicula est in hoc affectu, leniter enim adstringit & discutit.
30. Nec *Chereseolum*, præsertim recens adhibitum, est contemnendum. *verbe. ꝛ canederit. ꝛ mod. obrycoda.*

*Lac asinum
et sperniola
naturæ id
bibit.*

31. Plantæ, quæ colliquationem promovent, egregie hic conducunt, e. g. *Sanicula*, &, si ardor major concurrat, *Pyrola*; quales herbæ in formula mellita, seu cum *Glycyrrhiza*, usurpatæ, effectum sæpe edunt spe majorem. *sem nescit. sp. d.*


oximel. Squill
ad x. pedic. r. 32. Radix *Ari* inprimis commendatur, nam resolvendo & abstergendo omnibus palmam præripit. *de Poliacis.*

her. r. aff. 33. Moderato harum radicum usui addi potest herba *Capillo Veneris*, quæ ad resolvendas stases materiæ mucidæ & catarrhalis egregium usum præstat. *Serpentar.*

34. Specialem admodum efficaciam aperiendo & abstergendo in materia resolvenda attribuit *Forestus Marrubio albo*, cumprimis in hepatis affectibus. Etiam in pectore vim ejus laudat, sed monet, ne patiens in renibus vitium habeat; quod, si adfit, notabiliter damnum augeat. Unde convenientia inter renem & pulmonum læsiones apparet, quæ viscera invicem sibi prodesse & nocere possunt.

35. In recentibus apostematibus pectoris, peritus mellis usus non contemnendus est, ad mundificandum & consolidandum, cavendo, ne imperito usu latentes adhuc dispositiones apostematodes exacerbentur. Plura vide *Tabula de Vomica Pulmonum.*

36. *Tussis*, quoniam vel stasi discutiendæ, vel, si hoc non magis integrum fuerit, ulcerosæ materiæ abstergendæ & excernendæ a Natura destinata est, caveatur, ne per intempestiva *Anodyna opiata* sopiatur, ob gravia detrimenta, quæ hac ratione inducuntur.



TABULA XXVII.
DE
VOMICA PVLMONVM.

I. DEFINITIO.

Vomica est collectio saniosa, seu apostema quoddam in pulmonebus, propria sua tunica inclusum; modo in superficie, modo in medullis, hujus vel illius Lobi, occurrens, &, facta ruptione, purulentæ materiz rejectionem exhibens.

II. DIFFERENTIA.

1. Differentiam Vomice pulmonum a *Phthisi*, præcedente Tabula satis indicavimus.
2. Vomica differt ab *Empyemate*, in hoc enim materia purulenta in cavitatem thoracis effusa est, & hinc *Paracentesin* requirit, in illa autem abscessus intra tunicam suam adhuc inclusus est. Quando autem *Vomica in superficie* pulmonum rumpitur, & materia illa corrupta in cavitatem thoracis effunditur, tum *Empyematis* nomine venit.
3. Ex eodem fundamento Vomica etiam differt a suppuratione staphylos inflammatoriz, quæ in pleuritide & peripneumonia nonnunquam contingit.

III. SIGNA.

1. Vomica pulmonum non facile prius dignoscitur, donec occasionali causa rumpatur.
2. Sub initium, æque ac in phthisi, communiter parvus tantum scirrhusus nodus in vesicula quadam pulmonum exoritur, qui deinde crescendo vesiculam illam expandit, & denique, si ad maturitatem deductus est, perrumpit.
3. Nonnunquam, sed rarius, vomica a stasi impetuosa & repentina collectione exoritur.
4. Febris hæctica est comes individua, cum tussi sicca, sed tolerabili.
5. Patientes conqueruntur de difficultate respirandi.
6. Accusant dolorem obtusum, & interdum lancinantem in certo pectoris loco,

7. Facies inæqualiter rubet.
8. Per reliquum autem corpus languor, magis magisque crescens, sentitur, & motus tonici strictura cum pallore in peripheria occurrit.
9. Appetitus inconstans reperitur.
10. Patiens variis anxietatibus corripitur.
11. Tandem, sub febre fatis acuta, conclusum apostema rumpit, & ingens puris quantitas cum periculo suffocationis rejicitur.

IV. SUBJECTA,

Ut periculosissimi morbi omnium sunt rarissimi, sic etiam *Vomica* pulmonum fatis infrequens est, & ita in pauciora subjecta cadit.

V. CAUSÆ.

1. Causa antecedens *remota* est Plethora, quæ cum Cacoehymia interdum conjuncta est.
2. Causa magis *proxima* est Congestio sive sanguinea, sive berythica ad pectus.
3. Causa *immediata* & *continens* est stasis intra vesiculas pulmonum facta, quæ pro circumstantiarum ratione tardius vel celerius abit in corruptionem.
4. Causæ *externæ*, *occasionales* & *procatartice* sunt:
 - a) Suppressæ evacuationes sanguinis naturales.
 - b) Neglectio evacuationum artificialium aduetarum.
 - c) Lapsus, ictus, aut alia violenta pectoris vulneratio.
 - d) Celerior cursus ad respirationis fere interceptionem.
 - e) Refrigeratio thoracis corpore calente.
5. Causæ *rapiuram* Vomitæ promoventes sunt:
 - a) Succussatio corporis valida.
 - b) Vehemens risus & clamor.
 - c) Tussis admodum enormis.
 - d) Sternutatio impetuosa.
 - e) Illapsus materiz, licet non acris, in asperam arteriam.

VI. PROGNOISIS.

1. Vomica, quo lenius incipit, eo diutius latitare potest, antequam erumpat: materia enim sub peculiari folliculo clausa detinetur, qui cum reliqua pulmonum substantia non multum commercii habet, unde, corrupta licet materia, ulterius rodendo serpere non potest.
2. Quæ autem cum stasi impetuosa & repentina collectione contingit, brevioris est periodi.
3. Quan-

3. Quando Vomica in *superficie* magis pulmonum hæret, tum minore quidem periculo in *presens* ruptio succedit, quam si profundam sedem in iisdem habuerit.
4. In *futurum* tamen eventus valde anceps est: materia enim purulenta in concavum thoracis effunditur, & sic *Empyema* constituit; quod malum æque calamitosum est, nisi per tempestivam paracentesin illi occurratur.
5. Quo magis autem Vomica in *profundo* pulmonum latitat, eo graviore periculo ruptura illius contingit.
6. Vel enim patiens sub ipsa eruptione suffocatur; præcipue si febris acuta hæctica suppurationem præcesserit:
7. Vel brevi post jugulatur, si ipsa suppuratio copiosior fuerit.
8. Vel si absque vitæ præsentaneo periculo Vomica rupta sit, degenerat in *ulcus*, (omnibus apostematibus, recedente inflammatione, familiare,) quod hoc loco actuale initium phthiæ constituit. In genere autem sequentia adhuc notanda sunt.
9. Quando sub ruptura *pus* tantum evacuatur, & quidem in quantitate non ita enormi, tum promptior restauratio speranda; ubi autem copiosa quantitas ejicitur, ibi consolidatio majorem involvit difficultatem, quia in tali casu insignis sinus in pulmonibus excavatus est.
10. Status antecedens semper respiciendus est: in corporibus enim, ubi *segniter* talia procedunt, id est, ubi affluxus sanguinis vel plane exclusus est, vel tamen parcius concurrat, ibi difficulter fit restauratio.
11. Ubi autem copiosior sanguinis affluxus & inflammatio reperitur, ibi promptior est reparatio: nam Sulphureæ sanguinis particule siccescentiam parti conciliant, ad consolidationem necessariam.
12. Ex hoc fundamento in Vomica reparatio est facilior, quam in alio ulcere segniore falso-seroso.
13. Item: quo magis temperamentum sanguineum præsto est, eo facilius reparatio contingit: Contrarium est in temperamento phlegmatico.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis.

Eadem hic fere, ac in Phthiæ, valet medicatio, sed alio ordine collocanda, nempe

1. Apo-

1. Apoptema abstergendum & mundificandum est; quod obrinetur per Expectorantia cum discutientibus combinata.
 - a) *Expectorantia* sunt: Palsul. major. & minor. Sebesten, Jujub. Ficus, Rad. Liquirit. Melita, & Syrupi varii officinales.
 - b) *Discutientia*, præter ea, quæ præcedente Tabula commendata sunt, in specie adhuc laudantur:
 - 1) *Aque* discutientes diapnoicæ, e. g. Scabios. Card. Benedict. Plantag. Hyssop. Scord. Chærefol. Bellid. min.
 - 2) *Semina*: Hyperic. Sophiz Chirurgorum, imprimis Card. Mariz, quod pectoris inflammationibus & suppurationibus efficaciter succurrit.
 2. Solutio continui est consolidanda. Faciunt hoc
 - a) *Balsamica* temperiora, e. g. Therebinth. cocta, Mastix, Olibanum, Balsam. Peruv. de Copaiv. Galban. Sarcocoll. Myrrha, si sanguinis eruptionis nulla sit formido, quia illum insigniter commovet.
 - b) *Traumatica* leniora, e. g. Symphyt. Hyperic. Plantag.
 - 1) Etmüller. commendat in specie Heder. terrestr.
 - 2) Alii Veronicam.
 - 3) Sed efficacior est, in hoc genere, Virga aurea Gesneri.
 - 4) Item: Consolida Saracenicæ.
 - 5) Conyza communis vulneraria satis etiam efficax est.
 - 6) Specialiter adhuc ad vulnera pectoris commendantur: Pyrola, Sanicula, Alchimilla, Auricula muris major, Rad. Petasitidis.
 3. Metuenda Symptomata præoccupanda sunt.
 - a) Affluxus humorum avertitur per Venæ sectionem in pede.
 - b) Commotiones febiles præcauentur per pulveres e Nitro, Antimon. Diaphoret. Ocul. Cancr. Osteocoll. item per Essent. Alexipharm. Stahl. cum copiosiore Scordio parat. quæ effectum habet discutientem, balsamicum, leniter diureticum, & hinc acrimoniam e sanguine per vias urinarias eliminantem.
 - c) Ferociam tussis sedat MP. de Cynoglossa legitimo tempore applicata.
- B. Methodus specialis.**
1. Alvus primum aperienda & per totam curam expedita servanda est.
 - a) Sive

a) five per Clysteres carminativo - emollientes,

b) five per blandiora Laxantia. e. g.

Recip. Herb. Veronic.

Hyssop. ana f. Decoctum.

Recip. hujus decocti Unc. III.

Mannæ Calabrin. Unc. I. & semis.

Syrup. Violar. Unc. I. M. d. pro dosi.

2. Ubi notabilis plethora præsto est, subjungatur Venæ sectio revulsoria in pede.

3. Deinde adhibeantur ad mundificationem Expectorantia cum discutientibus maritata, e. g.

Recip. Rad. Ari, Petasitid. Pimpinell. alb. Vincetox. ana Drachmas III.

Herb. Capill. Vener. Cuscüt. Hyssop. Bellid. min. ana Manip. I.

Semin. Anisi. Card. Mariæ, Sophiæ Chirurg. ana Dr. II. Liquirit. Unc. semis.

Incis. coq. q. f. aqua simpl. ut circiter duo pondera remaneant. His adde Syrup. de Althæa unc. I. M. & ter de die Vitrum propinetur.

Vel præparentur Emulsiones ex aquis Card. bened. Plantag. Hyssop. Scordii, cum seminibus Card. Mariæ, Sophiæ Chirurg. &c.

4. His subjungantur vel statim adjungantur Balsamica temperata, & leniter traumatica, ad consolidationem promovendam. *Vid. Method. special. Tabule præcedentis.*

5. Denique, ad Symptomata febrilia præoccupanda, & mitiganda, aliquoties per diem pulveres Nitroso-temperantes cum Antimonio diaphoretico combinati; mane autem Essent. Alexipharm. Stahlian ad gtt. XXX. propinetur.

6. Tussis si nimium affligat, addatur his pulveribus M. P. de Cynogl. gr. I. pro dosi.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Forestus* observavit, quod juvenis, Vomica Pulmonum laborans, per tussim rejecerit particulam quandam, quasi vesiculam pure repletam, & deinde hæmoptericus factus sit.

2. *Practici*, & imprimis Chirurgi, in febrilibus vulnerariis, ad quas

Vomica referenda, ita necessariam judicant Venæ sectionem, ut Schelhammerus, illam sine conscientię læsione prætermitti non posse, statuerit.

3. *Alvi* legitimus successus per totum morbum maxime necessarius est: hac enim ratione biliosæ partes, e quibus alias majora incommoda provenire possent, excernuntur.
4. Sic etiam reliquæ excretiones bene respondeant, præcipue urina & transpiratio naturalis, ad quas promovendas egregium usum præstat Essent. Alexipharm. Stahlii, quæ præter effectum, quem edit, diaphoretico-diureticum, pectorali etiam & balsamica virtute, ad consolidationem promovendam, prædita est.
5. Quando nimius affluxus mucidorum humorum ad pectus urget, & moderata Anodynorum interpositio necessaria judicatur, tum *Diacodium montanum* locum etiam habet. Veteres utebantur Electuariis opiatibus, e. g. *Philonio romano*. Conserva rosarum, seu Saccharum rosatum, cum aliis interpositum, etiam præstat effectum.
6. A *terris sigillatis & hematit.* abstinendum est.
7. *Alchimilla* externo usu egregium quidem & potens est balsamicum, interne autem motum sanguinis intestinum auget, & inflammationem cum febre exacerbatur; quod etiam de *Myrrha* observandum est.
8. Ad *Dietam* sufficiens tenuis potus commendatur, cum animi tranquillitate.



TABULA XXVIII.

DE

EMPYEMATE.

I. DEFINITIO.

Empyema est effusio materiæ purulentæ in concavum thoracis, cum variis incommodis circa Diaphragma, Mediastinum, Pleuram, & Pulmones conjunctum. Derivatur ab *év*, intus, & *πύον*, pus.

II. DIFFERENTIA.

1. Empyema in quantum differat a Vomica pulmonum, præcedente Tabula demonstratum est.
2. Differt ab Hydrope *thoracis*, quæ quidem etiam paracentesin admittere solet, Empyematis autem nomine venire nequit, quia nullo *pure*, sed sola aqua conspicua est.
3. Differt Empyema ratione *originis*; de qua re sub *Causis* mentionem faciemus.

III. SIGNA.

1. Repentina cessatio doloris, qui antea in pectore erat continuus.
2. Sensus ponderis alicujus in Diaphragmate, & fluidæ materiæ circumquaque se vertentis.
3. Transitus febris acutæ in hæcticam.
4. Tussis sicca, continua, molesta.
5. Respiratio summe difficilis, ob impotentiam expansionis pulmonum. *A diaphragmate gravatæ à manâ incumbente*
6. In illo latere, ubi effusio apertæ facta est, commodius adhuc jacere potest patiens; quam primum autem in aliud latus se conjicit, materia purulenta Mediastino incumbit, & incommoda causatur.
7. Quo magis calor hæcticus augetur, eo magis corpus extenuatur, & vires labuntur.

IV. SUBJECTA.

Empyema æque, ac Vomica pulmonum, in pauciora subjecta cadit, nempe in illa tantum, quæ causis specialibus, mox allegandis, subjacent.

V. CAUSÆ.

Empyema originem sumit

1. Vel a *Pomica* in superficie pulmonum rupta,
2. Vel a suppuratione staseos inflammatoriz in *pleuritide* & peripneumonia,
3. Vel nonnunquam a suppuratione staseos in *Angina*, quando nempe inflammatio ad arteriam usque asperam se extendit, & hæmoptycam quasi excretionem molitur; unde patientes, nisi septimo die moriantur, Empyici evadunt. *Conf. Hippocrat. aphor. X. Sect. V.*
4. Vel a *violentis* causis, e. g. a vulnere thoracis, quando sanguis extravasatus, mediante inflammatione, in suppurationem transit.

VI. PROGNOISIS.

1. Paucissimi Empyici a morte liberantur, cum primis, si tempeſtiva Paracentesis neglecta sit.
2. Paracentesi peracta, si *magna* puris quantitas, subcruenti tetri coloris & fœtoris, emittatur, febris etiam continuet, & vires labantur, res est conclamata.
3. Quando autem *exigua* puris quantitas, albi coloris, & minoris fœtoris excernitur, vires etiam aliquo modo sibi constant, tum spes est restitutionis. *Conf. Hipp. aphor. 44. Sect. VI.*
4. Si materia post septem circiter septimanas nondum siccescat, sed fluxus adhuc continuet, tum facile exoritur fistula, quæ deinde per longum tempus Chirurghi patientiam exercet. *Conf. D. D. Stahl's Colleg. Chirurgicum de ulcere pectoris fistuloso.*

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. *Methodus generalis.*

1. *Materia purulenta*, in cavitatem thoracis effusa, quantocyus evacuanda est; quod optime fit per *Paracentesin*, seu sectionem thoracis, mediante certo instrumento, ad hanc operationem adaptato, intra quintam & sextam costam institutam. *Conf. Cautel.*
2. *Ulcus residuum* abstergendum & consolidandum est. Faciunt hoc Decocta ex resolventibus vulnerariis & balsamicis parata, & per Syringam injecta. *Vid. Tabul. de Phthisi, item de febre hæctica,*

3. *Symptomata* vel *præsentia*, vel in futurum metuenda, sunt respicienda.

a) *Æstum* febrilem mitigant pulveres ex Antimonio diaphoretico & absorbente quodam parati.

b) *Vires* resciciunt Analeptica & Alexipharmaca, e. g. Emulsiones Amygdalatz, sed non Saccharatz, Essent. Alexipharmac. *Stahlii.* *pincada*

c) *Alvum* adstrictam solvunt Clysteres.

d) *Affluxus* quomodo per tempestivam Venæ sectionem præocupandus sit, *vid. sub Cautelis.*

B. *Methodus specialis.*

1. Facta per Chirurgum incisione, materia non simultaneè, sed successive evacuetur, ne deliquiosa naturæ enervatio, vel parium sphaclatio succedat.

2. Deinde Decoctum aliquod vinosum, ex balsamicis & traumaticis paratum, per Syringam bis de die injiciatur, e. g.

Recip. Rad. Symphyt.

Angelic. ana unc. I,

Herb. Scordii,

Hyperic.

Agrimon.

Sanicul. ana Manip. I,

Myrrhæ Drachm. II.

Mellis rosat. unc. II F. cum vino Decoct. ∇ *℥.ij.ʒ.iiij*

3. *Interne* exhibeantur

a) ante meridiem semel vel bis gtt. XXV - XXX, de Essent. Alexipharm. *Stahlii.*

b) Post meridiem autem duæ doses sequentis pulveris propinentur.

Recip. Ocul. cancr. acido Citri saturat.

Antimon. Diaphoret. ana Drach. II, M. dof. Scrup. I.

4. Emulsio analeptica subinde interponatur.

5. Sub toto curationis tempore alvus aperta servetur per Clysteres emollientes.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Venæ sectio*, quando urgentibus ante eruptionem Symptomatibus, vel etiam statim post eruptionem instituitur, usu suo non caret,

rer, sed tunc Discutientia & Repellentia debent subjungi.

2. Absint ab hoc affectu *Anodyna* tempestiva, quia sphacelum, vel tamen ulcus pessimi moris inducunt.
3. Decoctis traumaticis addatur *Myrrha* ovo soluta, seu, ut vocatur, oleum *Myrrhæ* per deliquium.
4. Conducit etiam *Nitrum*, sed non sæpius repetendum, quia Salsa in ulcerationibus adhibita, majorem vellicationem & pruritus caufantur.
5. *Nitri* autem *internus* usus, urgente febre hectica, non est reformidandus, sed audacter pulveri, supra descripto, subinde immisceri potest.
6. *Externe* superimponi potest vulneri *Emplastr. de sperm. ranar. Camphorat.*
7. *Bontius* libro de *Medicina Indorum* refert, quod *Empyema* per *Paracentesin* feliciter sublatur sit.
8. *Petrus Dion* non numerat costas, sed quatuor digitis ab angulo scapulæ & totidem e latere spinæ dorsi incisionem facere docet. Ceterum annotat, in suppuratione pleuritis *Naturam ipsam* sæpius indicare locum incidendum, videlicet per tuberculum aliquod in ea regione proveniens, ubi apostema sedem habuerit. *Vide illius operationes Chirurgicas.*
9. *Ægyptii*, teste *Alpino*, non secant, sed inurunt locum evacuantæ materię purulentæ.
10. Sub usu *Essentiæ Alexipharm. Stahl*ii observari potest, num vestigium aliquod inveniri queat illius asserti, quod *Materia Empyematis* per urinam possit evacuari. Neque modus, neque viz patent, quomodo pus e pectore ad illa loca produci queat, sed potius renum vel vesicæ læsio accusatur, si pus cum urina excernatur. Interea tamen multi probati Auctores ex hoc fundamento *Diuretica* in *Empyemate* præscribunt.



TABULA XXIX.
DE
MALO HYPOCHONDRIACO-
HYSTERICICO.

I. DEFINITIO.

Malum Hypochondriaco-hystericum est complexus molimum spasticorum circa Venam Portæ & viscera huic annexa, ad imminutionem sanguinis *abundantis*, & promotionem *spissioris* colineantium: quo motuum concursu tam positivæ actiones, nimirum spasticæ tractiones, pressionis, congestiones, quam *passiones* oppletoriz, inflatoriz, distensoriz, restagnatoriz observantur.

II. DIFFERENTIA.

1. Quod Malum Hypochondriacum cum Scorbuto non fit confundendum, Tabula de Scorbuto monuimus.
2. Malum Hypochondriacum a passione Hysterica non differre, ab Auctoribus, quorum primus fuit Highmorus, satis jam confirmatum est.

Convenium enim

- a) ratione *Locorum*, quæ afficiuntur. Sunt hæc Hypochondria, Præcordia, Intestina, Meditullium Mesenterii, & reliqua viscera cum Vena Portæ connexa. Imo non raro partes remotæ pectoris & capitis.
- b) Ratione *causarum* generaliorum: ubique enim Plethora & spissitudo sanguinis peccat.

Differunt autem quodammodo

- a) ratione *graduum*: Sicut enim sæminæ in genere a morbis frequentius & gravius exercentur, quam viri, sic etiam Malum hystericum illas acerbius affligit, quam Viros Malum hypochondriacum.
- b) ratione *causarum* & intentionum *specialiorum*: in sæminis enim ad negotium mensium, in viris autem ad Hæmorrhoides respicitur,

III. SIGNA.

A. *Mali hypochondriaci.*

1. Dolores tendentes, prementes, angustantes, angentes sub costis, maxime in latere sinistro.
2. Qui interdum exacerbantur, ut pungentes, ardentis & interlancinantes evadant.
3. Familiare symptoma est *inflatio* sinistri hypochondrii; quæ interdum stataria fit, ut figuram oblongam & fastigiatam, *costis* instar, exhibeat: hunc affectum Hippocrates *magnorum Lienum* nomine indicasse videtur.
4. Si in *dextro* hypochondrio pathemata dicta magis sentiantur, accedunt communiter affectus colici, ardores volatici, præcipue in capite, cum fugitivo faciei rubore.
5. Molestiæ circa *scrobiculum* cordis cardiagicz:
6. Aliquando enim *jejuno* ventriculo, præsertim in edacioribus, aliquando *sub pastu*, ut repentina satietas oriatur, aliquando una vel altera hora post cibum angustia occurrit.
7. *Appetitus* de cetero satis bonus, imo avidus, nonnunquam autem vagus est: frigida magis quam calida desiderant, & parcius bibunt.
8. *Ructibus* expositi sunt anxii, imprimis sub pastu, aut sero post eundem; multo frequentius autem *flatibus* stricte dictis, *concusis*.
9. Ante autem, quam ructus erumpunt, infestant communiter præcordia angustando, tendendo, premento, murmurando; post eruptionem autem sensibiliter melius se habent.
10. *Palpitatio cordis* essentialis hic est symptoma, & in nonnullis, præcipue sæminis, tam evidente gradu excedit, ut motus hic tremulus in circumstantium oculos incurrat.
11. *Adstrictio alvi* huic affectui familiarissima est. & ita sæpe pertinax, ut purgantibus stimulantibus non obedat. Alvus autem laxa Hypochondriacis non est propria, exceptis illis, qui, cibis durioribus ante assueti jam molliores elegerunt, a quibus intestinorum laxitatem experiuntur, & sensim ad Hypochondriacum malum accedunt.
12. Hypochondriaci sunt *sputatores*, alii magis jejuno, alii repleto ventriculo.
13. *Narus* communiter habent sicciore.

14. Satis profunde dormiunt, & si quid a somno detrahatur, statim incommode habent.
15. *Urina* in malo exacerbato est limpida, ob majorem in illa regione stricturem; mitescente vero impetu nihil peculiare offert; crystalli enim tartareæ, quæ lateribus vasorum affiguntur, in statu etiam sano non raro observantur.
16. Dolores capitis si concurrant, sunt illi prementes, tendentes, contusorii, gravativi & vertiginosi, rarius pungentes & lancinantes.
17. Exacerbatio horum pathematum non raro ad *Animi* usque perturbationes progreditur: sunt enim patientes anxii, solliciti, mæsti, suspicaces, solitudinis amantes, suspiriosi, imo nonnunquam ipsa Melancholia hypochondriaca accedit.

B. *Passionis hysterice.*

1. Hic pathemata modo recensita *acerbiora* observantur, occurrunt enim
2. Circa *præcordia* vehementissimæ anxietates, oppressiones, suffocationes, conatus vomendi pertinaces, cum perpetua fere inappetentia, imo nausea, aut appetitu vago, frequenter absurdo.
3. *Medio ventre* contingunt repentinæ & violentæ compressiones, quasi duabus manibus illa regio corripitur; ubi præcipue *umbilici* profunda retractio observanda venit.
4. In *intestinis* flatulentia vel stataria vel oberrans sentitur, es wället sich wie eine Kugel im Leibe herum.
5. In *pectore* insignis difficultas respirationis contingit cum vehementibus sæpe cordis palpitationibus.
6. In *fauibus* vitia deglutendi & strangulationes eveniunt.
7. In *Capite* dolores affigunt velut immanes, magis tamen Hemisphericæ, quam univèrsum caput occupantes. *conf. Tab. de Clavo hysterico.*
8. *Mentis* affectiones *gravioræ* quam in viris observantur.

IV. *SUBJECTA.*

Huic malo quam maxime expositi sunt homines

1. Vix unquam alii, quam insigniter plethorici.
2. Vix sedentariæ & otiosæ addicti; huc ante omnia litterati referendi sunt.
3. Qui appetitui largiter indulgent, sicciore dapes eligunt, & parum bibere solent,

subinde mē
mētra fūc
mētra fūc

- f) Consuetudo horum motuum & hæreditaria dispositio.
 g) Flatulenta intestinorum atonia.
 h) Animi pathemata, e. g. ira, terror, concupiscentia. *et quædam a. a. a.*
 i) Nausea in specie, & sensibilitas; quo pertinet odor Moschi, *at. in amore.*
 Ambræ, Zibethi, rosarum. *et alium fravocantur.*
 k) Peculiaris structura Venæ Portæ omni jure ad numerum causerum refertur, quæ præ omnibus aliis in corpore humano partibus apta est, ad hoc malum fovendum.
 l) *Diffensio* vasorum oppletorum tanquam causa *conjuncta* provocans & exacerbans consideranda est.
 6. Exulent itaque causæ *pure passivæ* obstructionum, venenosi halitus sanguinis menstrui retenti, salium stimulantium &c. unica enim animi commotio plus hic valet, quam sexcenti Hippocratis sapores.
 7. Exulent etiam crassæ illæ vulgi opinioniones de uteri locali translatione, ascensione, volutione.

VI. *PROGNOSIS.*

1. Malum Hypochondriacum *sibi relictum*, nec præposteris medicationibus tractatum, plus incommodi quam periculi portendit.
 2. Quando autem quocunque modo turbatur, graviora mala inducuntur:
 a) Scirrhorum indurationes.
 b) Tumores vel œdematosi, vel rubro-lividi in pedibus.
 c) Melancholia hypochondriaca, timida, taciturna, speculabunda, anxia, desperabunda.
 d) Vomitus cruentus, Mictus cruentus, Nephritis.
 e) Febres intermittentes, lentæ, hæcticæ, vel acutæ inflammatoriz.
 f) Univerſa scena affectionum arthriticorum.
 g) Icterus *simplex* in junioribus, *niger* in annosis,
 h) Catarrhus suffocativus.
 i) Vertigo, Paralyſis, Apoplexia.
 3. Quo magis motus circa præcordia & lienem urgent, eo magis ad vomitum cruentum respiciunt; qui tamen in viris non ita facile ac in fœminis metuendus est.
 4. Ubi vero motus ad inferiora tendunt, ibi fluxus hæmorrhoidalis provocationem intendunt.

5. Hæmorrhoides, quando proveniunt, & legitime continuant, malum Hypochondriacum solvunt.
6. Quando autem per illarum suppressionem hoc malum inductum est, contumacissime se gerit.
7. Malum hoc, sicut annosus rarius infestat, quam juniores, sic gravius illos affligit, & ægrius in iisdem profligatur.
8. Juniores autem successu annorum sponte sæpius ab his pathematibus liberantur, si vitæ genus mediocriter saltem mutetur.
9. Vomitus *vacuus* majorem metum eruptionis sanguinis incutit, quam *repletus*.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis.

1. Quantitas sanguinis est imminuenda

a) per *Vena sectionem*, sed non aliam, quam in *pede*, circa æquinoctia, & quidem luna decrescente, quo tempore Natura ad dimittendos suos humores magis inclinatur: magna incisio-
ne, ut spissior sanguis brevi tempore sufficienter effluere possit.

b) per *Hirundines* ad hæmorrhoidalialia loca applicatas. *Vid. Dissertat. D. D. Stahlis de Sanguisugarium utilitate.*

c) per revocationem mensium suppressorum. *Conf. Tab. de Suppressione Mensium.*

2. Crausis spissior est corrigenda & attenuanda

a) Per convenientem potissimum *Dietam*, nempe duo illa ad-
minicula, satis efficacia, *motum & potum*. Potus diluit & motus subagitat diluens cum diluendo.

b) Per Medicamenta sanguinem incidentia & attenuantia; quæ quidem ad efficaciam commendatæ jam dixitæ non accedunt. Laudantur in hunc finem

1) *Radices*: Ari, Vmætox. Helen. Pimpinell. alb. Cichor. Tarax. Caryophyllat. Rub. Tinctor. &c.

2) *Herbe*: Scord. Fumar. Scolopendr. Capill. Ven. Centaur. min. Card. bened. Cuscut. Epithym. *nillefol. di. andh. alb.*

3) *Salia digestiva*: Tartarus Vitriolat. Tartar. tartarifat. Arcan. duplicat. Nitr. Antimoniat. Liquor terræ foliat. Tartari. Sal Tartari.

4) *Gummi-Resina*: Ammoniac, Galban, Sagapen,

*Diutol. Libr.
meliss. V. Galv.*

- 5) *Antiscorbutica* quantum hoc loco valeant, illucescet e num,
23. *Cautelarum*.
- 6) *Laxantia* cum resolventibus dictis combinata, e. g. Hellebor. nigr. Polypod. Rhabarbar. Fol. Sennæ &c.
- 7) *Composita*; ex his usum habere possunt Pilul. Beccheri, Stahl-
lii, Sal Anglicanum, Tinct. Salis Tartar. Antimon. Es-
sent. Alexipharm.
3. *Commotiones* spasticæ exacerbatae sunt mitigandæ. Præstant hoc
- a) Nitrosa cum Sale quodam digestivo, & Cinnabari sociata; qui-
bus etiam absorbens aliquod exigua dosi addendum est.
- b) Ubi valde anomalæ commotiones circa Venam Portæ occur-
runt, ibi conducunt
- 1) Decoct. *Millefol.* vel ejus Essent. cum Spiritu C. C. modera-
te interdum maritanda.
- 2) Vel Essent. *Adianth. albi*, quæ herba eundem effectum ac
Millefolium in turbis circa Venam Portæ habere dicitur.
- 3) *Cortex Chatarilla* eximium etiam præstat usum, ad commo-
tiones tales impetuosas mitigandas,
4. *Excretiones* ordinariæ sunt promovendæ.
- a) *Alvum* adstrictam solvunt
- 1) *Diluentia*: e. g. Potus calidus, Cofée, qui plus valet alvo ex-
pediendæ, quam Théë, hic enim valde saturatus sub-
adstringit.
- 2) *Solutio Nirri* per potum ordinarium.
- 3) *Rhabarbarina* cum speciebus resolventibus combinata, & for-
ma Infusi usurpata. *vs decoct. aperitiv. nigr. s. rhubarb. r.*
- 4) *Extracta* resolventia & abstergentia cum Gummatibus &
moderatissime Aloëticis conjuncta.
- 5) Clysteres emollientes eximiam hic semper habent utilitatem.
- b) *Transpirationem* naturalem & lenem *diuresin* promovet Essent.
Alexipharm. Stahl-ii, sub placido corporis motu usurpata.
5. *Tonus* partium nimis distentiarum est roborandus. Faciunt hoc
- a) *Martialia*, legitimo tempore adhibenda, e. g. Crocus Martis
Antimoniai, aperitiv. Stahl-ii, Tinctur. Martis aperitiv. Lu-
dovici, & ejusdem Crocus Martis sulphuratus &c.
- b) *Salia Volatilia* cum Tincturis Alcalicis mixta, e. g. Tinct. Toni-
co-Nervina Stahl-ii.

B. *Methodus specialis.*1. *In Paroxysmo.*

- a) Ante omnia *alvus* aperiatur, & semper aperta seruetur, per Clysteres emollientes, & spasticos rigores demulcentes; cujusmodi sunt bene pingues, ex oleo Amygdal. dulc. olivar. recent. Chamomill. aneth. Sefam. *Cassini*.
- b) Deinde Temperantia Nitrosa, & incidentia salina cum Cinnabarinis exhibeantur, & ter per diem repetantur. e. g. Nitrum depurat. Nitrum Antimoniat. Cinnabar. Antimon. Ocul. Cancr. cum acido Tartari saturat.
- c) Impetus si hisce cedere recuset, Essent. vel Decoctum Millefol. parcius tamen & moderate, propinetur, vel alia superius allegata adhibeantur.

2. *Extra Paroxysmum.*

- a) Remittente impetu sanguis imminuatur per Venæ sectionem, circa æquinoctia repetendam.
- b) & tum ad sanguinem diluendum & attenuandum, superius commendata remedia, præcipue dietetica, applicentur.
- c) Mensium etiam & hæmorrhoidum ratio habeatur, per methodum suo loco commendatam.
- d) Denique ad Tonum restituendum Martialia, vel Volatilia Salia, cum Alcalicis Tincturis mixta, propinentur; vel Crocus Martis Antimoniat. cum MP. Stahl's combinatus.

VIII. *CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.*

1. Si unquam, certe in decantato hoc affectu, cautelis opus est; ubi multæ quidem prædicationes variorum remedium, sed exigua communiter auxilia reperiuntur.
2. Sufficiens labor & humectatio corporis plus valent quam universus Medicationis apparatus, optima licet methodo institutus.
3. Quamdiu sanguis abundat, omnia resolventia, & tonum roborantia, sunt frustranea.
4. Si cura insuper *impetiose* in talibus circumstantiis instituat, facile Hæmoptysis, Asthma convulsivum, catarrhus suffocativus, affectus arthritico-rheumatici, sive vagi, sive fixi, inducuntur.
5. Item repentinx anxietates præcordiorum, infarctus viscerum, vel febres inflammatoriæ. *vid. Prognosis.*
6. Non imminuta sanguinis quantitate *Symptomata* statim aggredi, mul-

multo adhuc periculosus est tentamen.

7. *Vena sectio* curative, aut in brachio, instituta, magis nocet, quam prodest: facile enim pathemata ad superiores partes provocat, & contumaciora reddit; justo autem tempore & loco administrata, durabilem sæpe sublevationem adfert, & reliquæ medicationi viam sternit. Si pressiones magis in *dextro* latere sentiantur, & nullum vitium in pectore vel dispositio vertiginosa subsit, tum in brachio etiam locum habet.
8. *Scarificatio* vix talem effectum infert, qualis huic affectui conducibilis est.
9. Hirudines vagabunde, & sine discretionem temporis, applicatæ, majoribus anomaliis ansam præbent; dextre autem adhibitæ, ad molimina hæmorrhoidalium mitiganda, & motus congestorios a superioribus visceribus revocandos, usum habent eximium, tanto magis, si Venæ sectio præmissa sit. *Vid. Tab. de Suppressionem Hemorrhoidum.*
10. *Emetica* Hypochondriaco - hysteris, juxta hodiernos mores, præscribere, infelix est tentamen: Pathemata exacerbantur, & in habitum obfirmantur, facile etiam Vomitus cruentus, præcipue in sæminis, metuendus est.
11. Ubi autem malum adhuc recens, & conspicuum Dixit vitium subest, Subjectum insuper evemetum & robustum, ibi *moderatum emeticum* conceditur.
12. *Purgantia fortiora*, frequentius adhibita, Hypochondriacis etiam non conveniunt: motus spasticos magis augent, & sanguinem adhuc spissiore reddunt: unde a frequentibus purgantibus malum Hypochondriacum nonnunquam inducitur.
13. Præsupposita enim *Saburra* in primis viis Hypochondriacorum, ad quam eliminandam vomitoria & Purgantia primario præscribuntur, ut plurimum nulla est.
14. Frustraneus etiam est metus, quasi *Acida pungentia*, malum hypochondriacum soventia, in primis viis generentur; quæ proinde expurganda essent.
15. De *Polypodio* in specie adhuc dubitandum, num hoc loco tantos effectus præstet, quanti per meram sæpe credulitatem de illo prædicantur.
16. *Mercurialia* non possunt admitti, nedum detestanda hinc *salvatio*; quæ

- quæ Contracturas, Paralyfes, Apoplexiam, Asthmata convulsiva, imo mortem inducere valet.
17. *Diaphoretica* calida etiam nocent, sanguinem enim vel in organum deducunt, vel humiditatem ei subtrahunt: absint itaque Alexipharmaca calida, carminativa, olea destillata, myrrhata, camphorata, salia oleosa empirica, & omnia Sulphurea acria, quæ infarctibus & phlogosis occasionem præbent.
 18. Methodus, quæ per *Alicrantia*, Edulcorantia, acrimoniam corrigentia, salibus suspectis subvenire docet, salutaris non deprehenditur; inducit potius affectus asthmaticos, scirrhosos, œdematosos, ictericos, asciticos, colicos, iliacos, podagricos, vertiginosos, inflammatorios, paralyticos, apoplecticos.
 19. Næviz illæ, de efficacia *Martialium* absorbente, fundente & colliquante, experientiz practicæ non respondent, neque etiam Chymiz experimentalis; conspicuus potius effectus adstringens, solo gradu differens, in omnibus *Martialibus* deprehenditur.
 20. Hinc *Martialia*, in vigore paroxysmi usurpata, majores anxietates, infarctus viscerum, & adstrictiones alvi causantur; remittente autem impetu, & præmissâ Venæ sectione, adhibita, & continuata, leni adstrictione venarum distentarum justum tonum restituant; & hoc tanto efficacius, si cum Essent. Millesfolii misceantur. Ceterum a crudo Marte abstrahendum est.
 21. *Salia Volatilia* mirifice quidem hodie extolluntur, & virtus illorum resolutoria & attenuatoria ad nauseam deprædicatur, sed pauca grana, quæ pro dosi adhibentur, satis demonstrant, quod non in humores, sed in vias agant, iisque stimulum ad constrictionem organorum incutiant; quæ strictura, quando sanguis minus mobilis, & viz nimium repletæ sunt, male cedit. Hinc intempestivus & liberalis illorum usus cum Martialibus eadem damna inducit.
 22. Neque *Absorbentia* ad summam curæ peculiare quid conferunt, uti communiter creditur: largius enim & frequentius usurpata, humores magis inspissant, & tenaciores reddunt, in primis etiam viis turbas & molestias procreant.
 23. *Antiscorbutica*, plenis buccis commendata, fundamentum hujus

Mali non attingunt, *acriora* potius illud exasperant; præmissa tamen Venæ sectione *temperata* cum reliquis Incidentibus, superius commendatis, possunt conjungi.

24. Idem de *Antivenereis* sentiendum est. *legia vulgo dicta.*

25. Usus *Acidularum* asyllum Hypochondriacorum vulgo reputatur, sed propter exiguum revera effectum, jacturam temporis & sumtum censemus, quod *Remedium gravius sit morbo ipso*. Præterea, ubi sufficiens motus, sive per virium defectum, sive per sumtum ad vecturam destitutionem, obtineri non potest, ab usu illarum proorsu abstinendum est. *Conf. Dissertat. D.D. Stahlis de fontium salutarium usu & abusu.*

26. *Nitrum*, in affectibus Hypochondriacis prudenter adhibitum, egregium præstat effectum: spasticam enim partium fibrosarum stricturam relaxat, & qualemcunque ardoris sensum in visceribus obtundit.

27. *Nitrum* cum sale digestivo & pauca Absorbentis cujusdam quantitate combinatum, flatulentiam hypochondriacam, post cibos præcipue emergentem, promptius subigit, quam ullum aliud medicamentum.

28. *Aloeticorum* usus in Malo Hypochondriaco cautissimus & parcissimus esse debet: quando enim hic affectus eo jam pervenit, ut evacuationes respiciat, tum incongruus illorum usus gravissimas exacerbationes inducit, quia Aloë sanguinem quidem commovet, sed non ad exitum perducit.

29. Usus *Clysterum* emollientium, uti in genere huic Malo efficaciter occurrit, sic in *fæminis* in specie laudatur. Parantur ex herbis emollientibus, lubricantibus, mucilaginosiis, oleosis, & temperatissimis carminativis. *Def. x. Ita nos videri debent, vix magis quæ fæminis*

30. *Veronica* cocta, & adjecto oleo ac sale, in Clystere adhibita, ad hypochondriaco-hystericos, lumbares & ischiadicos spasmos, egregium præstat effectum.

31. *Laxantia*, licet mitissima sint, ad commodum tamen Clysterum usum non accedunt: ipsa *Rhabbarbarina* relinquunt aliquam adstrictionem, & hinc sui repetitionem efflagitant.

32. *Manna* & folia *Senne* flatulentiam excitant, & Naturam sensim in consuetudinem deducunt, ut nihil deponat, nisi adhibitis hisce stimulis: usus itaque eorum sit moderatior.

in vino et soluta hoc o facit.

*Cache restitue
Sacham:
Ehond Zi.*

33. *Pruna Damascena* ad expediendam alvum utiliter adhibentur in iis, qui a dulcibus alias non læduntur; modo non statim bibatur cerevisia fermentescens, sed haustus vini, vel alius conveniens spirituofus.
34. Exulent in Hystericis tot decantata *Uterina*, e. g. Elixiria, Essent. Tincturæ, Aquæ destillatæ aromaticæ, die hîgigt Mutter-~~Waf~~ ser. ~~ffertin, vino destillate.~~
35. In specie rejicitur *Castoreum*, licet tot laudibus exaltatum; inter-
us ubi a revigia
sibil
 nus enim usus graviora incommoda inducit, præcipue vero caput obnubilat, & angustias præcordiorum auget. Ante omnia ab illo abstinendum, ubi pathemata hypochondriaco-hysterica nauseabunda & vomibunda occurrunt.
36. *Millefolii* usus debet esse providus, præcipue in viris; in fœminis majori securitate adhibetur, ubi Essentia, cum Croco mixta, impetum commotionum & anxia molimina, ad menses tendentia, egregie mitigat. In viris quando adhibetur, Essent. Mulefol. p. I cum Essent. Pimpinell. alb. p. III. & Spirit. Salis Ammoniac. p. semis misceatur. ~~Essent. mini. valde bona.~~
37. Usus *marinorum animalium*, e. g. Dent. Hippopot. Lap. Manat. Priap. Cet. prorsus improbatur: licet enim motus per illa in præsens supprimantur, in futurum tamen vel majore impetu revertuntur, vel infarctus & scirrhii viscerum, aut plane Hydrops, succedunt.
38. Quid de *Cucuphis*, quæ in capitis doloribus Hystericarum communiter adhibentur, censendum sit, Tabula de *Cephalalgia* & altera de *Clavo Hysterico* indicavimus.
39. Quibus locis etiam cautelæ de duplicis generis *odoramentis*, in suffocatione hysterica admodum usualibus, adjectæ sunt.
40. Occurrunt nonnunquam Hystericæ, quæ nullum plane odorem sub tali constitutione perferunt: in his præstat ab odoramentis plane abstinere, quam gravius damnum inferre.
41. *Camphoræ* usus in capitis doloribus Hystericum citatis locis evol-
 vatur, ubi simul consilium datur, qua ratione etiam in illis fœ-
 minis utiliter adhiberi possit, quæ alias illius odorem fasti-
 diunt.
42. Usus *carnis lupina*, de collo suspensæ, in Malo præcipue fœmi-
 narum, loco Secreti a quibusdam habetur; quod experientia
 relinquendum.

43. *Narcotica* sedant quidem promptius exacerbationes Hypochondriaco - Hystericas, sed vehementius illæ recrudescunt; & deinde etiam hæc remedia aspernuntur.
44. Denique *Dixta*, non quidem scrupulosa, conveniens tamen commendatur; cavendo a cibis acidis, crassioribus, frixatis, placentis butyraceis. Qui segnitie alvi laborant, certo tempore huic negotio indulgeant, & paulo ante cibum exiguum panem largo butyro illitum præmittant. *Sere majali.*

culicis, capra



TABULA XXX.

DE

INFARCTV LIENIS.

I. DEFINITIO.

Infarctus Lienis est inflatio visceris hujus laxi & cellulosi, a restrictione sanguinis versus ramum splenicum originem ducens, & eruptionem per vasa brevia respiciens.

II. DIFFERENTIA.

1. Infarctus Lienis a recentioribus Pathologis *obstructionis* nomine venit; sed hæc, vi vocis, plenariam sanguinis interceptionem designat, & multas confusiones inducit; de qua materia legi meretur *Dissertat. D. D. Stahlus de Obstructione vasorum sanguiferorum.*
2. Infarctus Lienis in genere quidem non differt a *Malo Hypochondriaco*, specialem tamen sanguinis directionem & determinationem versus viscus Lienis involvit.
3. Non confundendus est Infarctus Lienis cum doloribus *Nephriticis* versus sinistrum latus sese extendentibus, & *profunde* magis affligentibus. *Conf. Signa Nephrit.*

III. SIGNA.

1. Inflatio in latere sinistro sub costis spuriiis,
2. Cum doloribus prementibus & tendentibus, raro autem interlancinantibus,
3. Du-

3. Durant hæc incommoda per unum vel alterum diem, & tunc sensibilibiter iterum remittunt.
4. Sub afflictione laborant difficultate respirationis,
5. Anxietate etiam præcordiorum, & animi mœrore afficiuntur.
6. Concurrit tusis sicca, periodica.
7. Ructus magis, quam flatus stricte dicti sese manifestant,

IV. SUBJECTA.

Huic affectui familiariter obnoxii sunt homines

1. Medix & consistentis ætatis, sexus fœminini præ virili,
2. Temperamenti præcipue Melancholici, vel Sanguineo-Melancholici.
3. Qui pathemata *generaliora* hypochondriaca diu perpeffi, & sub his incongrue, imprimis adstringentibus, tractati sunt.
4. Qui vitæ sedentariæ, speculabundæ, variis curis & sollicitudinibus obnoxii existunt.
5. Verbo: omnia fere illa Subjecta, quæ præcedente Tabula descripta sunt.

V. CAUSÆ.

1. Causa *antecedens* est Plethora cum spissitudine conjuncta.
2. Causa *formalis* est restrictio sanguinis versus ramum splenicum, eruptionem per vasa brevia respiciens.
3. Causa *proxima* hujus infarctus est impeditus sanguinis progressus & restagnatio.
4. Causæ occasionales & procatarticiæ sunt:
 - a) Otiosum vitæ genus,
 - b) Cibi crassiores & parcior potus,
 - c) Neglectio assuetarum evacuationum sanguinis.
 - d) Suppressio hæmorrhagarum sive mensium, sive hæmorrhoidum.
 - e) Incongrua medicatio in febribus *intermittentibus* per adstringentia, & in *acutis* per refrigerantia,
 - f) Neglectio alvi expediendæ.
 - g) Refrigerationes partium corporis extremarum,
 - h) Dispositio hæreditaria & Animi pathemata.

VI. PROGNOISIS.

1. Infarctus Lienis non est præsentanei periculi, & quo recentior affectus, eo facilius adhuc cedit congruz medicationi.

2. Sibi relictus, per aliquot annos sine vitæ iactura durare potest.
3. Successu autem temporis, & accedente imprimis medicatione im-
provida, facile transit in febrem quartanam;
4. Vel in scirrhum, quem tamen per plures etiam annos gestare
possunt patientes. *Conf. Tab. sequens de Scirrho Lienis.*
5. Tandem febres lentæ, hæcticodes.
6. vel œdematosi, cachectici, ascitici affectus hanc scenam clau-
dunt.
7. In sæminis non raro vomitus subsequitur cruentus.
8. Rarisime autem stasis inflammatoria suppurascens exoritur, ut
purulenta materia coloris teterrimi per vomitum vel alvum re-
jiciatur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. *Methodus generalis.*

1. *Quantitas* sanguinis est imminuenda; quod obtinetur
 - a) per Venæ sectionem in dextro pede circa æquinoctia institu-
endam & continuandam.
 - b) per revocationem hæmorrhagiarum suppressarum.
 - c) per Hirudines in negotio hæmorrhoidali.
2. *Qualitas* sanguinis spissior est corrigenda. In hunc finem com-
mendantur
 - a) *Radices*: Cichorii, Tarax Helen. Vincetox. Pimpinell. alb. Ari,
Bardan. Apii, Petroselinii, Graminis.
 - b) *Herbæ*: Absinth. Card. bened. Centaur. min. Fumar. Hyssop. *Trifol. fibr.*
 - c) *Antiscorbutica temperata*: Nasturt, Beccabung. Cochlear, aceto-
fess.
 - d) *Salia enixa*: Tartar. Vitriolat. Arcan. duplicat. Nitrum Anti-
moniat. imprimis Tartarus tartarifat. & *Essentia acrisell.*
 - e) *Gummi-resine*: Ammoniac. Sagapen. Sarcocoll. Galban. Bdell.
Myrrh. Succin.
 - f) *Diluentsia* per sufficientem potum cum labore corporis conjun-
ctum.
 - g) *Laxantia* cum resolventibus modo commendatis combinata,
e. g. Hellebor. nigr. Senn. Rhabarbar. *magnesia in magna dosi.*
 - h) *Composita*: Pilul. Beccherian. Tartaræ Bontii, Extract. Panchy-
mag. Croc. Magnes. alb. Sal Anglican. Essent, Alexipharm.
Stahlii, Essent, Absinthii composita.

i) *Externa resolventia & roborantia*: Emplastr. de Ammoniac. Saponat. Barbett. Diaphoret. Mynsicht. de Spermat. Ceti. de Cicuta. Item *Emollientia*: Emplastr. Diachylon. de Meliloto. *Linimenta* ex unguent. de Althæa. Ol. Cappar. Chamomill. Irin. Camphor. alternatim regioni Lienis applicata.

*catapl. x herb.
nigrician. re. 3.
cont. ile. x rad.
Bryon.*

Mors tonicus in Liene relaxatus est roborandus, ad congestoriam sanguinis restagnationem discutiendam, & novum infarctum præoccupandum. Huic indicationi satis faciunt

a) *Martialia teneriora*: Croc. Martis antimoniât. Stahlii, Essent. Vitrioli Martis Zwelferi vel Ludovici.

b) *Salia Volatilia* cum Tincturis Alcalicis maritata, e. g. MR. Tonico-Nervina Stahlii.

c) *Specifica antispлетica*, qualia creduntur esse

1) Rad. Rub. tinctor. Caryophyll. Capparum.

2) Herb. Cuscût. Epith. Scolopend. Ceterach. Millefol. Adianth. nigr. præcipue vero album. *melib. Infol. fibr.*

3) Cortex & lignum Fraxini, circa solstitia æsum, item cort. & lign. Tamarisci, *caparum.*

B. Methodus specialis.

1. Ante omnia *alvus* aperiatur, & aperta servetur, sive

a) per *Clysteres* Nervino-carminativos, revulsioni pariter ac roborationi discussoriz aptos, e. g.

1) *Radices*: Malvæ, Althææ.

2) *Flores*: Chamomill. Verbasf. Melilot. Stœchad. Citrin. Summit. Origani.

3) *Semina*: Anisi, Fœnicul. Fœni græci; sive

b) per blandiora *laxantia*, e. g.

1) Infusa Helleborina.

2) Pilul. Beccheri. Stahlii.

2. His Laxantibus subjungantur resolventia, diluentia, & sanguinem spissum attenuantia, superius commendata.

3. Et quando Symptomata febrilia urgent, pulveres Nitrofo-temperantes simul adhibeantur. *Vid. Cautel. n. 4. 46.*

4. Post Paroxysmum observetur justum tempus *Vene sectionis*, circa æquinoctia repetendæ; conjunctis iterum resolventibus, & leniter laxantibus.

5. Mensium vel Hæmorrhoidum specialis ratio habeatur.

6. Denique *Tonica* Martialia legitime propinentur.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Observationes, quæ præcedente Tabula de Malo Hypochondriaco commendatæ, etiam in hoc affectu notandæ sunt.

2. *Vena seltio* præsentè Paroxysmo non necessaria est, quia per aliquot saltem dies impetus durat, & medicatione commendata profligari potest. Præservando itaque instituat.

3. Febrium intermittentium incongrua tractatio, si huic affectui ansam dederit, & suppressæ illæ febres sub usu medicamentorum revocentur, tum methodus iis conveniens adhibenda, & eo felicitior hujus Mali eradicatione speranda est.

4. *Martialia* prius non concedantur, quam sufficiens obtenta sit referatio; quæ ex urina largiore & crassa (non tamen aurantii coloris, Hæcticam indicantis) cognoscenda est.

5. Quando autem *Martialia* cum aliis conjuncta propinantur, tum Methodus satis secunda est, e. g. si mane *Resolventia*, & vespèri *Laxantia* leniora usu veniant, *Martialia* versus meridiem sunt concedenda; quo casu hæc MR. commendatur:

Rec. Tinct. Martis aperitiv. Ludov. unc. I.

Essent. Adianth. alb. unc. semis. M. dof. XL. guttz, versus tempus prandii sumendæ. *ambulat mended.*

6. Si vero *hæctica* vera indicia jam se offerant, tum *Martialia* locum non habent, sed Methodus Tabula de Hæctica commendata.

7. Quid de radice *Polypodii*, quæ in splenetico affectu præ aliis effertur, sentiendum sit, præcedente Tabula sub Cautelis indicatum est.

8. Alii laudant radicem *Asari*; quod experientia relinquunt.

9. Quod lignum *Fraxini* Lienem consumere debeat, fabula est.

10. *Opiata*, ad dolores placandos adhibita, infarctum augent, & alvum adstringunt.

11. Neque *Resolventia acriora*, e. g. rad. *Bryonia*, teneris & sanguineis improvide præscribenda sunt, quia metum inferunt exulcerationis.

12. *Lumbrici* terrestres, resolvente & diuretico effectu præditi, quid in hoc morbo præstent, experientia quemvis docebit.

13. Semper injungenda est ægris continuatio usus remediorum per aliquot septimanas, præcipue, ubi affectus diu jam persistit & in-

*Sparg nisi cogit
caus vomit.*

invaluit: nullæ enim viscerum obstipationes præcipitem curationem admittunt. Absit itaque omnis *Heroica* medicatio, tum evacuatoria, tum alterativa, quæ effectus functos accelerat.

14. *Nuda* vero *inflatio* Lienis, quæ vel in sæminis a mensium rege-
stione, vel in febribus intermittentibus contingit, facilius & ci-
tius profligatur per methodum & remedia, superius commen-
data.
15. Infarctus Lienis, quando in *ulcerationem* transit, (quod rejectio pu-
lulentæ & sædæ materiæ per vomitum vel alvum manifestat,) tum consolidatio promovenda est: in hunc finem laudantur
 - a) Cortex *Fraxini* in Decocto vel cum melle exhibitus.
 - b) Conserva *rosarum*.
 - c) *Terebinthina* cocta, cum ovo forbili vel cerevisia calida pro-
pinata. *et siccâ pilulari.*
 - d) Balsamum *Peruvianum* cum Emulsione amygdalarum usur-
patum. *opositi verum de mella*
 - e) Interpositis *Pilulis laxantibus* Gummi Ammoniaco. Sagapen.
Extract. Panchymagog. Croll. Mercur. dulc. Aloë &c.
16. *Succi* recenter expressi e radicibus & herbis, sub methodo gene-
rali commendatis, e. g. e radice Cichorii, taraxaci, herbis An-
tiscorbuticis, efficaciores deprehenduntur, quam si hæc reme-
dia sub alia forma exhibeantur.
17. *Acidule* minorem adhuc locum hic habent, quam in Malo hy-
pochondriaco, ad specialia loca nondum determinato: augment
enim obstipationes, inducunt Cachexiam, Hydropem vel Hel-
eticam, imo mortem patientibus admaturant.
18. *Dixta* mollis, lubrica, potulenta, Curam egregie promovet, sed
tanto efficacior est, quo magis corporis motus, primo placi-
dus, & deinde succussatorius conjungitur.
19. In specie laudantur cibi capparibus conditi; num vero potus
specialem efficaciam acquirat, quando e poculis ligni tamarisci
hauritur, experientiz relinquendum. *Capp. passul. min. 3 vino 1/2 p.*
20. Animi pathemata, uti ad affectum hunc concitandum præsen-
tis sunt efficaciz, sic etiam mentis tranquillitas multum contri-
buit ad malum feliciter profligandum.
21. Ceterum notari meretur, quod *Ettmullerus* hunc affectum non
Lieni, sed intestino *Colo*, a flatibus vel induratis scybalis di-
sten-

stento, adscripserit; quam autem opinionem tres præcipue circumstantiæ refutant:

- a) Infarctus Lienis *periodice* recurrit,
- b) Per aliquot dies *constanter* durat,
- c) Clysteribus emollientibus præsentaneæ non cedit; quorum omnium in affectibus flatulentis contrarium observatur.



TABULA XXXI.

DE

SCIRRHO LIENIS.

I. DEFINITIO.

Scirrhus Lienis est tumor hujus visceris induratus, a restagnatione humorum, sensim spissescens, & exhalantibus tenuissimis portionibus siccescentium originem ducens. Derivatur a σκίρρῳ, induro.

II. DIFFERENTIA.

1. Scirrhus Lienis constitutio differt a simplice illius *infarctu*, hic enim facilius adhuc felicem consequitur discussionem; Scirrhus autem vix unquam, *vid. Prognosis*.
2. Scirrhus Lienis differt *gradu*: in aliis enim Lien in *totum*, in aliis saltem in *tantum* induratus est.

III. SIGNA.

1. Sensibilis & palpabilis durities sub costis versus latus & lumbos retrorsum, cum sensu ponderis cujusdam, huic lateri incumbentis, & hinc decubitum in latus dextrum molestum reddentis.
2. Color faciei, imo reliqui corporis, luridus, ad fuscum nigricantem subviridem tendens.
3. cum oculorum altiore quasi retrocessione, & circa orbitam livente ambitu.

4. Angustia pectoris est fere perpetua, cum difficultate respirandi, & tussi sicca pertinaci conjuncta.
5. Appetitus familiariter quidem avidus est, interdum tamen sine causa manifesta fit nauseabundus.
6. Alvus est valde segnis, vel tamen inconstans.
7. Urina tenuior, parcius, sublivida, viridescens, imo dilute nigricans.
8. In pede *sinistro* communiter intumescencia occurrit, donec tandem tumor ulterius se extendat.
9. Animus exhibet torporem, tardiosam morositatem, taciturnitatem, anxietatem, & hæc omnia sine causis manifestis.

IV. SUBJECTA.

1. Uterque sexus obnoxius quidem est huic affectui, sed non ita frequenter occurrit.
2. *Viri*, qui diu Hypochondriaci fuerunt, & *famine*, a malo hysterico frequentius vexantur.
3. *Ætas* ordinarie consistens.
4. *Personæ*, quæ in febribus intermittentibus, præcipue quartana, adstringentibus tractatæ sunt.
5. *Otiōsæ*, *sedentariæ* & *speculabundæ*.

V. CAUSÆ.

1. *Causa antecedens* est congestio sanguinis restagnatoria in ramo splenico.
2. *Causa proxima* est repentina dissipatio partium fluidarum, & *tenuiorum*, relictis solis *spissioribus*, in talem duritiem abeuntibus.
3. *Causæ occasionales, procatartica & adventitia* sunt:
 - a) *Perversæ medicationes*, quæ præ aliis scirrhos inducere valent, e. g. adstringentia in febribus intermittentibus, refrigerantia & Salia volatilia in acutis, Topicorum frigidorum applicationes in simplice adhuc *infarctæ*; vulgo kühlend Pflaster auf die Milz legen.
 - b) *Vehementes contusiones & vellicationes*.
 - c) *Dixta crassa, mucida, lentescens*, e. g. nimius usus piscium, carnis infumatæ, lacticiniorum. *causa*
 - d) *Insignia animi pathemata*.

VI. PROGNOISIS.

1. *Discussio Scirrhii verioris* vel plane nulla expectari potest, vel certe

- te difficillima, & summe ancipitis eventus; quod contra vanas pollicitationes, in hoc passu familiares, probe tenendum est.
2. In Scirrho tamen recentiore aliqua discussionis spes adhuc affulget.
 3. Scirrhus, *sibi relictus*, per multos annos sine corruptione & vitæ periculo durare potest.
 4. Quando autem sola *Emollientia* adhibentur, quæ cum *maturantibus* inseparabilem nexum habent, eventus præceps & periculosus acceleratur: *Landabilis* enim hujus staseos suppuratio vix unquam speranda est.
 5. Habet Scirrhus perpetuam dispositionem ad corruptionem, sed magis sphacelofam, quam inflammatorio-suppuratoriam, aut ulcerofam.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

1. Scirrhus Lienis incipiens in genere tractatur, ut *infarctus*. *vid. Methodus Tabule præcedentis.*
2. In specie autem adhuc notandum, quod *Resolventia*, paululum *fortiora*, hic magis locum habeant, quam in Lienis saltem infarctu, e. g. Rad. Gentian. Bryon. Ari. Radices quinque aperitivæ, item rad. Chinæ, Sarsaparillæ, Herb. Capillares, Antiscorbuticæ, & Gummi-resinosa; Bdell. Sagapen. Laëdan. Galban. Ammoniac.
3. Item: quod Venæ sectio statim post absterfionem primarum viarum possit institui.
4. *Externe* eadem Emplastra, sub infarctu commendata, adhibeantur, item Emplastr. de Ammoniac. & de Cicuta, quibus *emolliens* aliquid Linimentum per vices substituat, e. g. Unguent. Alth. cum medulla crur. vitulin. & camphora mixtum.
5. Ubi autem Scirrhus jam obfirmatus est, ibi præstat, artis inopiam profiteri, quam vanis pollicitationibus patientem aggravare.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quemadmodum jam Hippocrates consilium dedit, ut cancer *occulatus* (qui nihil aliud est, quam Scirrhus *sanguineus*) intactus relinquantur, sic etiam præstat, in veriore Scirrho manum detrahere, quam per Emollientium continuum usum stasin hanc ad maturationem perducere.
2. Sectio Venæ *Salvællæ*, (inter annularem & minimum digitum)

*Substancia
de galbano*

2. Quando autem mature non tollitur, facile transit in scirrhum, & denique in hydropem vel hecticam.

3. Rarius subit corruptionem. *Suppuratio*

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

Methodus differt secundum causas.

1. In *spastica* hepatis *contractione* sequente modo procedendum est.

a) Primæ viz abstergendæ & evacuandæ sunt per lenia laxantia.

b) Deinde, ad causam antecedentem auferendam, instituatür Venæ sectio in pede.

c) Postea materia, in hepar impacta, incidatur, resolvatur & abstergatur. In hunc finem præ aliis commendantur

1) *Radices*: Cichorii, Taraxaci, Graminis, Vincetox, Pimpinell. alb.

2) *Herba*: Hepat. nobil. Capill. Veneris, Cuscutz, acetosæ.

3) *Flores*: Bellid. min. borrag. bugloss.

4) *Gummata*: E quibus præcipue Ammoniacum ab Etmullero laudatur. *vid. Ganiel.*

5) *Salia digestiva*: Nitrum Antimoniat. Tartar. Vitriolat. Arcan. duplicatum; quibus Nitrum & modicum absorbens adjiciendum est.

6) *Composita*: Pilulæ Stahlî, Beccheri, quæ tanto magis commendantur, quia febres suppressas facile revocant, & hinc curam reddunt faciliorem. Item *Sal Anglicanum*.

7) *Laxantia* cum *Epicrasi*; ubi resolventia, jam commendata, cum lenioribus evacuantibus, præcipue Cholagogis, maritanda sunt.

d) Ad relaxandam hepatis stricturam conducunt

1) *interne*: Laxantia modo indicata.

2) *externæ*: Emplastra *Emollientia*, non continuo, sed per vices saltem regioni hepatis imponenda, ne suppurationem inducant, & cum *tonico-nervinis* alternanda; e.g. imponatur emplastr. *emolliens*, sive sit Diachyl. sive de Melilot. & post 24. horas Emplastr. *tonico-nervinum* substituitur, v.g. Diaphoret. Mynsicht, de Spermat. Ceti ejusdem. *oxyrocen. Santalinum. de galbano.*

2. In nimia hepatis relaxatione ea ipsa methodus adhibenda est, quam Tabula XXX, de Infarctu Lienis commendavimus.

*indicationes
in diab. d. n. n.
a hepatis.*

*ab 3y3.
3i. = 3y3. ind. ad
3y.*

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICE.

1. Cautelz, quz Tab. XXX. de Infarctu Lienis, traditæ sunt, etiam hic observari debent.
2. *Gummi Ammoniacum* egregiam sane resolvendi habet efficaciam, quando autem, secundum Ettmullerum, vel in vino, vel in aqua destillata solvitur, & in tali fluida forma propinatur, admodum nauseosum exhibet saporem. Commodius itaque in forma pilularum sumitur, e. g.
 Recip. Gum. Ammoniac. depurat. Drachm. I.
 Extract. Panchymagog. Coll. Drachm. II.
 Centaur. minor.
 Card. benedict. ana Drachm. semis. M. f. Pilulæ, dof. Scrup. I. *MS. q. Crand. pat. efficac. nisi q. ammoniac. in majori do.*
3. Quo magis volaticus ætus urget, eo sæpius Nitrosa, cum abforbentibus & Salibus digestivis maritata, propinanda sunt.
4. *Cichorium* in hoc affectu specificè laudatur, a cujus radicis condite solo usu patientem ejusmodi restitutum esse, D. D. Stahlius meminit.
5. *Millepedes* in obstipationibus glandularum a plerisque commendantur, sed quia fortius resolvunt, partium autem veræ obstipationes præcipitem medicationem ægre tolerant, caute hinc adhibeantur. *C. in hoc p.*
6. Tussis, si non adeo urgeat, speciali non indiget medicatione; quando autem exasperatur, tractanda est, ut *Tabula de Tussi* indicavimus.
7. Potus sufficiens, humectans, injungendus est, non solum sub cura, verum etiam post eandem. Item motus corporis placide succussatorius, abstinendo a Venere, dixta calida, aromatica, vinosa.
8. Causæ occasionales in genere quidem omnes evitandæ sunt, specialissime autem perversæ febrium intermittentium suppressiones: nam infarctus hepatis & lienis tam certe inde proveniunt, ut etiam vulgus causam talium per denominationem *Siebers* Suchen manifeste designet.

*nisi adde
 sibi v. m.
 ad d. ad m.
 ad d. h. p.
 liquoris.*

*MS. q. Crand. pat. efficac. nisi q.
 ammoniac. in
 majori do.
 in mal.*

C. in hoc p.

TABULA XXXIII.
DE
SCIRRHO HEPATIS.

I. **DEFINITIO.**

Scirrus hepatis est tumor hujus visceris induratus, a restagnatione humorum, sensim spissescens, & exhalantibus tenuissimis sanguinis portionibus, siccescentium, originem ducens. Derivatur a *σκιρῶσα*, induro.

II. **DIFFERENTIA.**

Scirrus hepatis differt ab Infarctu ejusdem visceris non solum gradu *lesionis*, sed & *Symptomatum*: Scirrus enim semper fere vel affectus œdematoso, - hydropicos, vel hecticam pro Comite habet. *v. inferum n. est incurabile.*

III. **SIGNA.**

1. Tumor & durities in hypochondrio dextro, ceu regione hepatis; quæ pathemata constanter & durabiliter sentienda, imo tactu sæpe externo percipienda sunt.
2. Dolores obtusi, tensivi, gravativi.
3. Junguntur familiarissime tussis & affectio asthmatica, utraque sicca.
4. Decubitus incommodus in latere opposito.
5. Concurrit sensibilis hectica, cum tabe corporis superne, inferne vero tumoribus, primum levioribus pedum, deinde vero asciticis contumacibus.
6. Urina coloris est aurantii, & consistentiæ crassæ: pauca prodit cum sedimento submucido, interdum gravi & spisso, rosei coloris.

IV. **SUBJECTA.**

1. Subjecta in genere conveniunt cum iis, quæ præcedentibus Tabulis indicata sunt;
2. In specie autem huic malo subjiciuntur personæ, quæ in febribus *intermittentibus*, præcipue quartanis cum China Chinæ, in *acutis* cum salibus volatilibus, refrigerantibus, Topicis in regio-

gione hepatis, in *lentis & hellicodeis* cum decoctis vulnerariis, & Tincturis antiphthificis vulgaribus tractatæ sunt.

3. Item, quibus in hæmorrhagiis positive sistentia adhibita, vel in Chronicis affectibus inconsideratus acidularum usus injunctus fuit.

V. CAUSÆ.

1. *Causa antecedens* est congestio sanguinis restagnatoria in hepate.
2. *Causa proxima* est repentina dissipatio partium fluidarum & tenuiorum, relictis solis spissioribus, in talem duritiem abeuntibus.
3. *Causæ occasionales, procatartice & adventitiæ* sunt:
 - a) Suppressiones evacuationum sanguinis naturalium.
 - b) Neglectiones artificialium aduetarum.
 - c) Perversæ medicationes, e.g.
 - 1) Februm intermittentium, per adstringentia,
 - 2) Februm acutarum, per refrigerantia & salia volatilia,
 - 3) Infarctus adhuc simplicis, per topica frigida,
 - 4) Hæmorrhagarum, per positive sistentia, &c. *vid. Subjecta.*
 - d) vehementes contusiones & vellicationes,
 - e) Insignes animi commotiones.
 - f) *Dixta crassa, mucida, lentescens.* *Chrosydy, ignea V. abusus.*

VI. PROGNOISIS.

1. *Quæ de Scirrho Lienis sub Prognosi dicta sunt, valent etiam de Scirrho hepatis, nempe*
2. in casu recentiore aliqua adhuc spes est discussionis,
3. De reliquo eventus salutaris vel plane nullus, vel certe difficillimus, & summe anceps, obtinetur.
4. Scirrus perpetuam habet dispositionem ad corruptionem subeundam, sive inflammatorio - suppuratoriam, sive sphacelofam.
5. Neutra harum corruptionum salutariter evenit: sphacelosa enim instantaneam mortem, suppuratoria autem exulcerationes & hæcticam lethalem inducit.
6. Scirrus Hepatis, uti sequitur, sic etiam sæpe præcedit icterum, præsertim nigrum, interdum hydropicos & asciticos tumores. Comitatur nonnunquam Cachexiam, maxime Icteroïdem, febres lentas, ex iracundia natas, quartanas suppressas,

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. In Scirrho hepatis, adhuc *incipiente*, discussio sequente methodo poterit tentari.

- a) Alvus aperiatur per Clysterem Nervino-carminativum, revulsionem ac roborationem discussoriam promoventem. In hunc finem laudantur rad. Alth. Malv. flor. Melilot. Chamomill. Verbasc. Sem. Anis. Fœnicul. &c. *Bull. Laurin. Abb.*
- b) Deinde Venæ sectio in pede instituat, conjunctis pulveribus Nitroso-temperantibus.
- c) Postea resolventia & discutientia cum laxantibus subjungantur. e. g.

Rec. Rad. Gentian. rubr.

Bryon. ana Drachm. II.

Pimpinell. alb.

Ari ana unc. semis,

Herb. Centaur. min.

Card. Benedict.

Fumar. ana Manip. I.

Hyslop. *cupant. spirit.*

Capill. Vener. ana manip. semis.

Lign. Sassafr. Drachm. III.

Fol. Senn. Unc. I.

Fibr. Hellebor. nigr. Unc. semis,

Rhabarbar. Drachm. III.

Cremor. Tartar. Drachm. II.

Incis. Contus. M. f. Nodus, Vino immerendus. dos.
ein Wein-Gläßgen Morgens nüchtern.

d) Externe: Emplastra resolventia & roborantia regioni hepatis imponantur, & cum Emplastris mollientibus subinde permutentur. *Conf. Methodus præcedentium Tabularum & Cautela subsequentes.*

e) Tonica Martialia non prius, quam facta discussione, propinentur.

2. In scirrho hepatis *obfirmato* irritus est omnis conatus, ne tamen nihil agere videamur, dicto modo medicatio instituat.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quæ Tab. XXX. & XXXI. sub Cautelis dicta sunt, omnia hic observanda commendantur.

2. Mer.

ni dos. videt. xundare

*? caldy curral,
sumat vino et
analisa.*

2. *Mercurius dulcis* in affectibus Scirrhorosis non rejiciendus est, egregie enim resolvit, e. g.

Rec. Tartar. Vitriolat.

Ocul. Cancr. acido Citri Saturat. ana Drachm. I.

Mercur. dulc. gr. XII. M. f. Pulvis, divid. in sex partes æquales, & versus vesperam una dosis sumatur.

*℞ Dulcis & ad
bene mixtus
3 Anis.*

3. *Topica* alternis diebus permutentur, e. g. si hodie Emplastrum de Ammoniaco, aut de Cicutâ Foresti applicatâ fuerit, cras emplastrum Diachyl. vel de Melilot. imponendum, vel emplastrum emolliens cum resolvente combinandum, & sic quotidie applicandum est.

*id est malacia
cum*

4. Quod si vero exacerbationes hæcicæ frequenter & acriter his scirrhorosis constitutionibus superveniant, aut in *spongiosis*, præcipue enervatis aut annosis, stases hydropicæ accedant, & impetus talis typum servet æquinoctialem aut solstitialem, tum prognosin magis fatalem formare, quam therapia sollicita ægrum defatigare præstat: revertente enim æquinoctio vel solstitio periodus claudetur,

*73 per æquinoctialem morbi curia
æquinoctia claudatur, nam
curia solstitia.*



TABVLA XXXIV.
DE
ATROPHIA.

I. **D**EFINITIO.

Atrophia est defectus debitæ corporis nutritionis, ab infarctu glandularum Mesaraicarum originem ducens, & successiva partium externarum consumptione potissimum sese manifestans. Derivatur ab *a* priv. & *τρεψω*, nutrio.

II. **D**IFFERENTIA.

1. Atrophia differentiam ab infarctibus Lienis & Hepatis, collatio præcedentium Tabularum docet.

2. Differt Atrophia a tabida hæctica consumptione

a) Ratione causarum: in Atrophia enim *infarctus* saltem, seu ad summum *scirrhositas* glandularum Mesaraicarum subest, in hæctica autem actualis plerumque exulceratio peccat.

b) Gradu symptomatum: in hæctica enim omnia sunt acerbiora; quod e *signis*, inter se collatis, illucescit.

III. **S**IGNA.

1. Languor corporis & animi.

2. Color faciei depravatus.

3. Somnus levis & inconstans.

4. Appetitus vagus, frigida magis desiderans.

5. Angustia & major molestia post cibum.

6. Calores interni cum siccitate oris.

7. Alvus modo lubrica, cum rejectione plerumque ciborum minus digestorum, modo justo siccior & adstricta.

8. Urina interdum plane chylosa apparet.

9. Abdomen turgidum, durum, & in progressu hujus mali, flaccescente nonnihil abdominis tensione, nodis tactu sentiendis obfessumprehenditur.

10. Corpus successive extenuatur, concurrente febricula & siticulositate, per noctem potissimum affligente.

11. Quæ symptomata nonnunquam ita exacerbantur, ut æstum fe-

re hecticum cum virium notabili prostratione patientes certo tempore incurrant.

12. Si a vermibus atrophia dependeat, vultus est pallidior, nares perpetua mucositate, imo excoriatione, affectæ sunt, adest insignis edacitas, a jejunio incommoda perferunt patientes, & post cibos, præcipue largiores, ad quietem & somnum inclinant.
13. Malo diutius in *teneris* persistenti, non raro succedit *Rachitis*, vulgo die Englische Krankheit dicta, cum tumoribus & superaccretionibus artuum, mit gedoppelten Gliedern / vel incurvatione tibiarum, spinæ dorfi, gibbositate, coxis excrecentibus, daß die Hüfte auswachsen; quæ atrophiam quidem solvunt, sed tristi spectaculo sæpe per ætatem corpus deturpant.

IV. SVBJECTA.

1. Atrophia est morbus potissimum *infantis*, quem tenera hæc ætas facile incurrit post diapnoën subito repressam, item post præmaturam exhibitionem cerevisiæ sæculentæ, acidæ, lac coagulantis, inprimis si potus frigidus noctu, sudante corpore exhibeatur, vel spontaneæ diarrhææ adstringentibus supprimantur.
2. *Pueri & adolescentes* admodum voraces, dicta cruda, obstruente vel Spiritu Vini abutentes, vermibus infestati, vel in febrilibus male tractati.
3. Hunc etiam morbum incurrunt homines, qui gravibus morbis, reliquias in visceribus relinquentibus, exhausti, vel nimis hæmorrhagiis debilitati sunt.
4. *Qui Scrophulis* vel glandularum externarum infarctibus obsessi sunt, communiter etiam glandulas mesenterii habent obviatas.
5. Item insignibus internarum partium concretionibus laborantes.
6. Tandem etiam effascinati, vel incantati, in quibus vitale negotium naturæ perturbatur, & sic actus etiam nutritionis confunditur.

V. CAUSÆ.

1. *Causa antecedens* est infarctus glandularum mesaraicarum.
2. *Causa continens* est impeditus vel Chyli vel Lymphæ motus, ab infarctu tali inductus.

3. *Causæ occasionales, procatarticz, & adventitiæ in Subjectis modo indicatæ sunt.*

VI. PROGNOSIS.

1. *Quemadmodum Atrophia in adultis & annosioribus raro prius agnoscitur, quam asciticos vel hæcticos effectus jam attraxerit, ita præsagium, horum malorum genio consonum, exinde redundat.*
2. *Recentior Atrophia non difficulter tollitur.*
3. *Inveterata, licet contumacior sit, longe felicioris tamen curationis, & mitioris eventus est, quam Hæctica.*
4. *Quo magis vero hæc complicatur, tanto periculosior & intractabilior etiam Atrophia existit; quod fere sic in adultioribus.*
5. *Atrophia, quæ a morbis prægressis, e.g. nimis hæmorrhagiis, febribus male tractatis, originem duxit, longe difficiliter perfatur, quam quæ e dixtæ vitiis exorta est.*
6. *Quæ inducta est a vermibus, his enecatis & sublatis, Atrophia, non nimium inveterata, ordinarie feliciter tollitur.*

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. *Ante omnia sordes primarum viarum educendæ sunt per Laxantia, præcipue Mercurium dulcem, legitime præparatum, vel Syrupum de Cichorio cum Rhabarbar. item etiam per Sal Anglicanum, per Mann. Syrup. de Spina Cervina, domesticum dictum. Hæc Laxantia in progressu curæ aliquoties adhuc repetenda, vel sequentibus subinde interponenda sunt.*

2. *Deinde ad infarctum glandularum mesaraicarum quantocyus expediendum, & debitum Chyli ac Lymphæ progressum restituendum, exhibeantur Resolventia, & Attenuantia cum Tonicis Martialibus combinata. In hunc finem laudantur*

a) *Radices: Ari, Vincetox. Pimpinell. alb.*

b) *Ex herbis Hedera terrestris in succo & jusculis.*

c) *Salia enixa digestiva: Tartar. Vitriolat. Arcan. duplicat. Sal Absinth. Centaur. minor. Card. Bened.*

d) *Composita: Tinct. Antimon. tartarificata, Tinct. Salis Tartari, Essent. Succini, Essent. Alexipharm. Stahlii.*

e) *Tonica Martialia, huc facientia, sunt: Crocus Martis Antimoniat. aperitiv. Stahlii, Tinct. Vitriol. Mart. Ludov. &c. e.g. Recip. Tartar. Vitriolat. Drachm. II.*

Croc.

Croc. Mart. Antimoniat. subtiliss. Scrup. I. Misc.

sis pro ætatis ratione differt, a gr. 6 · 8 · 10 · 20
qui pulvis bis quotidie sumendus, & per duas
vel tres septimanas, subjuncto post octavum cir-
citer diem aliquo semper laxante, continuandus
est.

3. Si quid febrilis, uti communiter fit, concurrat, pulveri modo de-
scripto Antimon. diaphoret. & urgente æstu, Nitrum immisce-
ri potest in infantibus, in pueris insuper Essent. Alexipharm.
multa essentia scordii saturata propinetur; infantibus autem
adhuc *sugentibus* talia non æque conveniunt, sed nutricibus
potius exhibenda.

4. Cum hisce internis conjungantur etiam simul *externa*. Laudan-
tur præ aliis

a) *Emplastrum* Saponat. Barbette, quod abdomini late impositum
probe resolvit & alvum relaxat, unde nonnullis Das *Puro*
gier. *Plaster* audit. Item Emplast. de Ammoniac.

b) *Linimenta*, quæ præcedentibus Tabulis ad Infarctus viscerum
commendata sunt, e. g. ex oleo Laurin. Lumbricor. terrestr.
Unguent. de Althæa & oleo Ceræ.

c) *Balnea* ex aqua dulci parata, *vid. Cautel.*

d) *Contactus manus tabe mortui*, qui, quoniam Scrophulas discus-
sit, multo magis infarctus restituere ab illis creditur, qui
ad propriam experientiam provocant.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Methodus, modo commendata, fundata est in causis Atrophiz
generalioribus; ubi autem causæ specialiores concurrunt, ibi
etiam specialis tractatio requiritur.

2. Quando itaque *Vermes* hoc malum induxerunt, non cedit Atro-
phia, nisi colluvies ista Anthelminticis amaris, e. g. Myrrha,
Sem. Santonici cum pane mellito, vel inspidis, v. g. Corallina,
C. C. usto, Mercurialibus, enecetur, & extra corporis fines
proscribatur. *Conf. Tab. de Vermibus.*

3. Si a nimia sanguinis profusione nata sit Atrophia, *gelatinis* nu-
trientibus vires resciantur.

4. Quod si vero magicas *incantationes* subesse certum sit, res est cala-
mitosa, commendantur tamen in tali casu *balnea* ex Antimagi-
cis

15. Emplast
purgans.

insup x ore

n. sm. d. p.

cis parata, e.g. Sideritide, Conyza flore violaceo, Stœchad. Citrin. Antirrhin. arvens. Hyperico, Abrotano, &c. cum formicis.

5. *Balnea* in omni tabe, tanto magis in infantibus, egregie conveniunt, non opus autem est, peculiaria additamenta herbarum adhibere, nisi incantationis suspicio præsto sit, sed aqua dulcis sola sufficere potest.

6. *Sensibilitas* Subjectorum ubique attendenda est; ne per vehementiora remedia vel majores doses juniores & tenellos patientes exagitemus & obruamus.

7. *Adultioribus* & non adeo sensibilibus *Gummata* profunt. Gummi *Ammoniacum* sane temperatissimum, *Galbanum* autem jam nimis acre observatur.

8. *Mercurius dulcis* non repetitis & magnis dosibus propinandus est, vomitus enim in sensibilibioribus excitat, qui quidem non adeo reformidandi sunt, sed tamen respiciendum est, ne plus justo contingant.

9. A multis *lacticiniis* pueris & infantibus cavendum est; quando autem adhuc sugunt, nutricibus ad lac corrigendum exhibeantur remedia absorbentia, salina digestiva, diuretica, imo Anticatarthalia, e.g. Ocul. Cancri, Arcan. duplicat. Essent. Succini, Pimpinell. alb.

10. In *Rachitide* succedente eadem tractatio tutissima est, maxime per *Tincturam Antimonii acrem*, & *Martialia* cum radice Ari, & *Salibus digestivis*. *Externe* linimenta, vel *Spiritus nervini*, item *balnea* e nervinis coronariis, imprimis *Serpillo*, *Frictiones*, varia *machinamenta*, ad partes corporis in debitam molem, situm & ordinem reducendas, simul in auxilium trahantur.

11. *Intermittentes suppressæ* revocandæ & curandæ sunt per *laxantia* & *digestiva*, conf. *Tab. de Febre tertiana*, revocatæ enim febres utilem atrophicis exhibent medicinam.

12. In *dixta* evitentur refrigerium, *Spiritus Vini*, potus noctu & jejuno ventriculo concessus, sæculentus, cibi crudi, azyymi, acidi: eligantur ex adverso juscula aromatizata, decoctum C. C. passulatum, vel cum rad. *Polypodii*, decoct. hordei, cum aniso, feniculo, aliisque leniter res solventibus, quæ felicem curæ successum non parum promovent.

TABULA XXXV.
DE
NEPHRITIDE.

I. DEFINITIO.

Nephritis est affectus renum inflammatorio-erysipelaceus, a con-
gestione sanguinis stagnatoria, hæmorrhoides externas emi-
nus respiciente, originem ducens. Derivatur a νεφρός, ren.

II. DIFFERENTIA.

1. Nephritis *simplex*, seu *pura*, bene distinguenda est a *calculosa*, nam
 - a) Nephritis *simplex* per longum tempus sine ullo calculo, & calculus ex adverso sine ulla vera nephritide, patientem potest occupare.
 - b) In nephritide *simplice* occurrit dolor & ardor lumborum profundus, magis premens & tendens, in *calculosa* autem dolor acutissimus affligit; conf. *Signa* subsequencia.
 - c) In *simplice*, urina post sui demum refrigerationem, uti in omnibus arthriticis affectibus, Crystallus pellucidus & rubicundus lateribus vitri affigit; in *calculosa* vero sabulum non adeo rubrum statim post emissionem, vel pauciore mora, ad fundum subsidet.

d) *Simplex* placido corporis motu, præcipue ambulatorio, suble-
vatur; *calculosa* autem per illum exasperatur, & quieta con-
tinentia potius mirefcit.

2. Differt quidem profundus Nephriticus dolor a doloribus *Ischiadici*, qui magis externas musculosas partes afficiunt, ob con-
spirationem tamen causarum & vasorum, quam nephritis cum malo Ischiadico fovet, ita interdum colludunt hi dolores, ut anceps sit, num magis rheumatico-Ischiadici, an vero nephri-
tici habendi sint.

3. Differentiam doloris *colici* in regione lumbari a nephritico docent diversitates subjectorum & antecedentium causarum.

III. SIGNA.

1. Dolores in regione lumborum, non ita frequenter *mirumque*, sed
E e potius

- potius *alterutrum*, præcipue vero *sinistrum*, latus occupantes.
2. Sunt illi sub initium magis tendentes & prementes;
 3. Sensim autem fiunt acutiores, lancinantes, & inflammatoriz acerbatis, cum anxia inquietudine.
 4. Occupat hic dolor patientes sæpe numero cum horrore, vel ad minimum cum horridula vaga percussione;
 5. Cui succedit calor acri ardore molestissimus.
 6. Conqueruntur patientes de prostratione appetitus, virium summa dejectione, & siticulositate.
 7. Somnus vel plane nullus, vel tamen admodum inquietus adest.
 8. Concurrit capitis dolor obtusus, aut ad minimum perturbatio & vertiginosa debilitas.
 9. Interdum molestiz circa primas vias, nempe tormina intestinorum colica, & vomitoriz ventriculi subversiones, sive concurrunt, sive novum insultum præcedunt.
 10. Nonnunquam dolor per totum femur excurrit, vel tamen illud stupore & rigore afficitur.
 11. Impetus non per multos dies patientem affigit, sed per paroxysmos illum exercet, interpositis longis, præcipue ægro cautius vivente, intervallis.
 12. Sub impetu alvus potissimum adstricta observatur.
 13. Adest conatus mingendi crebrior, urina parcius, communiter tenuis, vel, si obtusi saltem dolores adsint, crassior, & cum filamentis quasi mucidis imbuta procedit.
 14. Nonnunquam vasa spermatica, quæ ad testes procedunt, tumore & dolore simul afficiuntur; de qua re legi meretur Theoria D. D. Stahlî pag. 1126, seqq.

IV. SUBJECTA.

Nephritidi præ aliis obnoxii sunt homines

1. Temperamenti sanguinei, aut dominante sanguineo præditi, qui sunt habitus corporis laxi, spongiosi, succulenti.
2. Hippocrates nephritidem non nisi *senioribus* familiarem observavit, sed in nostris *regionibus & moribus* etiam *consistenti* ætati evenit.
3. Junior autem & infantilis ætas ab hoc affectu non corripitur, nisi hæreditaria dispositio, vel violentæ causæ externæ concurrant.
4. Sexus virilis longe frequentius a nephritide exercetur quam femininus, utpote a motibus hæmorrhoidalibus magis immunis existens,

s. Qui

5. Qui post adfuetz sanguinis evacuationis neglectum motibus corporis concussoriis fortioribus se exponunt,
6. Vel causis occasionalibus subsequenter subiacent.
7. Podagrici & Ischiadici ut plurimum simul sunt nephritici, ob connexionem causarum & vasorum.

V. CAUSÆ.

1. Causa antecedens remota est status plethoricus.
2. Causa antecedens magis propinqua est rheumatica congestio sanguinis versus renes, hæmorrhoides eminens respiciens.
3. Causa immediata & proxima est stasis sanguinis congesti in renibus, propter quam inflammatio accedit.
4. Causæ occasionales & procatarticae sunt:
 - a) Evacuaciones sanguinis naturales neglectæ,
 - b) Artificiales adfuetz prætermittæ.
 - c) Abusus Diureticorum calidorum & acrium, e. g. Oleorum de stillat. Therebinth. Juniperi, Succini, Balsam. Sulphur, Spiritus acris empyreumat. Tartari &c.
 - d) Item abusus Veneris & aphrodisiacorum, e. g. Stinc. marin.
 - e) Violentæ corporis & animi commotiones per vecturam, equitationem & iracundiam.
 - f) Violentæ læsiones per ictum, lapsum, in regionem lumbarem.
 - g) Dixta calida, aromatica, vinosa.

VI. PROGNOISIS.

1. Nephritis simplex, si mature & recte illi consulatur, potest iterum percurari, calculosa autem vix unquam.
2. Et licet quævis internæ inflammationes gravioris momenti æstimandæ sint, Nephritis tamen omnibus aliis levior habetur, ob perpetuam abstersionem, & corruptionis inhibitionem per urinam præterlabentem.
3. Interea tamen metum incutit subsequenter exulcerationis, quæ immediata est dispositio ad calculum generandum & hæcticam renalem invitandam.
4. Quo frequentius & acrius paroxysmi redeunt, eo plus periculi minantur, & eo gravius exulceratio prævalefcit.
5. Rarissime fit, ut ren uterque corrumpatur, sed plerumque saltem sinister.
6. Quo major turgescencia sanguinis adest, tanto peior est stasis inflammatoria; hinc in junioribus longe vehementius nephri-

tis exacerbatur, & difficiliter tollitur, quam in senioribus, ubi minor orgasmus occurrit.

7. Hippocrates Aphor. XI. Sect. VI. jam observavit, quod hæmorrhoides, nephriticis supervenientes, Pathemata hujus affectus solvant.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. In Paroxysmo.

1. Ante omnia *alvus* expediatur per Clysterem, non stimulantem, sed emollientem, cum lacte vel jure carniū parandum. *S. mon Pauli*, experientia duce, commendat herbam *Veronica* costam, & cum oleo aliquo atque paucissimo sale applicatam.
2. Deinde, ad *orgasum* sanguinis & ardorem contemperandum, exhibeantur

a) Pulveres Nitrosi, cum Sale quodam digestivo & Cinnabare

b) Quibus versus vesperam Antimonium Diaphoreticum cum

absorbente quodam immisceatur, e. g. Antimon. Diapho-

ret. gr. VIII. Ocul. Cancr. gr. IV. pro dosi.

c) Huic indicationi etiā favent *Emulsiones* cum aquis diapnoicis & temperantibus. e. g.

Rec. Semin. Card. Mariz Drach. III. *ob Anag. S. ad grana*
Papav. alb. Drach. II. contus. affund.

Aquæ Scord. Veronic. Scabios. Card. Benedict. Sambuc. Chærefol. ana Unc. I. Aquæ rosar. Cinnam. ana Unc. semis. fiat s. a. Emulsio, cui adjiciatur Antimon. Diaphoret. Drach. I. Ocul. Cancr. Scrup. II. & edulcoretur cum Saccharo.

3. His temperantibus interponatur semel vel bis ante meridiem *Essent.* Alexipharmaca acidulata, sed sine regimine; ad æqualem saltem distributionem humorum obtinendam.

4. Externe conducunt ad *discussionem*

a) Sacculi ficci e floribus Chamomill. Melilot. Semin. Fœnugræ, &c. lumbis imponendi. *Balnea*

b) Spiritus *serpilli* abstractitius, dolenti regioni applicandus, item spiritus formicarum.

c) Emplastrum saponat. Barbette, quod tamen non ultra 10-12. horas in lumbis relinquendum, alias facile evenit, quod sub

sub

24. Tres. n. h. met. 3j. solvat. S. mon Pauli. S. ad grana. S. cum lact. vau.

24. Vin. alb. opt. ad. 50. S. ad grana. S. cum lact. vau. S. ad grana. S. cum lact. vau.

▽ S. ad grana. x nucleis.

sub *Signis* num. 14. indicatum est; vel loco dolenti applicetur Unguentum album Comitissæ, aut refrigerans Galeni.

5. Ad *revulsiones* autem congestionis inflammatoriz, præter clysteres superius commendatos, aliquid etiam contribuunt

a) *Frictiones & ligatura* partium oppositarum.

b) Si nimium increbescat, applicatio *hirudinum*; quæ omnia quoque *Ischuria* accedenti subveniunt.

6. Remittente autem insultu usum laudabilem præstat MR. Polychresta Stahlii, ad tonum in renibus restaurandum.

7. Sub toto medicationis tempore sufficiens humectatio necessaria est; in quem finem potus Thée laudatur.

B. Extra Paroxysmum.

1. Venæ sectio æquinoctialis in pede nunquam negligatur, vel scarificatio menstrua. *per se in regione lumborum.*

2. Dyscrasia humorum interdum per lenia laxantia, e. g. Rhabarb. Sennam, Passulas, educatur.

3. Ad negotium hæmorrhoidale prudenter respiciatur.

4. Alvi siccitas, huic affectui familiaris, corrigatur diætâ molli, lubrica, temperata & diluente; vitando diætâ calidam, vinosam, aromaticam, Venerem, iracundiam.

VIII CATELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Nephritis *simplex a calculosa* distinguenda quidem est, ad prognosin tanto certius formandam, ad usum autem *præcticum* hæc distinctio non adeo insignis est utilitatis; uniformis enim horum affectuum tractatio tutissima censenda.

2. Sanguinis Ventilationes, uti semper ad præservandum majoris efficaciz sunt, quam ad curandum, sic etiam præstat, in paroxysmo Nephritidis ab illis abstinere. *in urina infans inflames*

3. Ubi autem insignis plethora concurrat, ibi Venæ sectio in pede vix poterit omitti; quæ in urgente tali casu statim post Clysteris applicationem instituenda est.

4. Extra Paroxysmum tempestivæ Venæ sectiones & Hirudines non solum multum levaminis adferunt, sed etiam futuræ medicationi viam præparant, ut longe veriore efficacia exhibeat.

5. A medicatione calida & acriore, sanguinem fervidius commovente, quam maxime in hoc affectu cavendum est.

6. In specie pessimi sunt effectus usitata hodie *diuretica*, ^{calida} præcipue oleosa, e. g. Ol. destill. Therebinth. Junip. Succin. Pic. Spiritus acris empyreumat. Tartari, Spiritus Nitri simplex & Clysterformis, imo, largiore usu, etiam dulcificatus; Millepedes, Raphanus rusticanus, baccæ alkekeng. Arill. Cynosbar. Amygdalæ rancidæ & amaræ; in sensibilibus etiam Aqua fragorum, Petroselinii &c. quæ, aucta ulceratione, calculum citius progenerant. *in prædictis o adco nocent.*
7. Ipsa *Salia Volatilia*, tanto magis oleosa, in genere sanguinis orgasmum, & in specie congestionem ad renes augment: unde hæc nullius, illa autem, declinante paroxysmo, aliqualis adhuc usus sunt.
8. Externe *fortis calidus* egregium doloribus affert solamen. *Duknea*.
9. *Nimia refrigerantia* inflammationem adhuc magis coagulant, *leniora* autem, antea laudata, eandem mitigant.
10. *Sacculi* & speciebz paregoricis, sive *fisci*, sive cum vino cocti, inter discutientia fere cæteris sunt præferendi. *Idem nimis stimulant.*
11. *Emplastica* obstruunt poros, & sic discussionem staseos remorantur; Emplastrum autem Barbette, cum prædicta cautione usurpatum, egregii & præsentis est effectus.
12. *Camphora*, licet alias externo usu satis potenter succurrat inflammationibus, in Nephritide tamen cautius adhibenda est, ob diureticam, quam efficit, stimulationem: unde vel plane omitti, vel cum refrigerantibus mixta applicari debet.
13. Nephritici ab oneratione *primarum viarum* admodum sibi cavent: ob singularem enim consensum hujus mali cum ventriculo & intestinis omnia edulia flatulenta, leguminosa, concoctu difficilia, e. g. carnes fumo induratæ, pisces duriores, oleracea nimia, caseus macrior &c. nephritidem præsentissime exacerbare sentiuntur.
14. *Purgantibus* autem acrioribus sordes primarum viarum eliminare velle, infelix est tentamen: *blandiora* conceduntur.
15. Excretionem *urine* legitimam convenit respicere, quam, uti diuretica acriora disturbant, ita pulveres, sub *methodo* commendati, placide promovent.
16. *Diuretica culinaria*, e. g. Petroselin. Asparag. *Apium*, ciceres rubri, cepæ, allium, raphanacea &c. nephriticis non concedantur. *Gallus*

17. *Vinum*, licet adfuetum, parcissime tamen sumendum : tantum ejus proderit, quantum cibus parandis admisceri potest.
18. Mutatio potus spirituosus in aqueum calidum, optime nephriticis solatur.
19. Quaecunque in pectoris vitiis solamen adferre solent, ea renalibus quoque læsionibus commode subveniunt.
20. Quam ob causam & *vulneraria*, pectus consolidantia, renum ulceribus & calculorum proventui, maxime nephriticis recurfibus, obviam eunt, e. g. Consolid. Saracen. Heder. terrestr. in forma Théë usurpata.

*Sy 1. De Symphyt. et Malthe fernel. os amygd.
Zule. citra*



TABULA XXXVI.

DE

CALCVLO RENVM ET VE- SICAE.

I. DEFINITIO.

1. Calculus *Renum* est concrementum quoddam mucido-salinum, a congestoria sanguinis stasi, & hinc subnata hujus visceris corruptione, sive ulcerosa, sive apostematode, ortum sumens.
2. Calculus *Vesicae*, qua talis, est concretum mucido-salinum, ex hæreditaria parentum labe familiariter originem ducens.

II. DIFFERENTIA.

1. Calculus *Renum* a Calculo *Vesicae* differt sequentibus.
 - a) *Magnitudine*: renalis enim pisi mensuram raro excedit, *vesicalis* autem ita sæpe excrescit, ut ab ovi columbini mole usque ad anatini magnitudinem accedat.
 - b) *Textura*: renalis communissime asperitatem in superficie exhibet; *vesicalis* autem glaber & lævigatus quasi apparet, insuper e pluribus lamellis, ceptarum similitudine sibi invicem superinductis, ac ætatem circiter hujus concrementi designantibus,

bus, constat, in medullis autem sui substantiam communiter sabulosam tovet.

c) *Firmitate*: renalis, antequam sicior evadat, fragilis, imo friabilis est, vesicalis non item.

d) *Numero*: in renibus multi ordinarie calculi reperiuntur, in vesica autem pauci, imo communissime unicus saltem deprehenditur.

e) Calculus Renum frequentius occurrit, quam Calculus vesicz.

f) Reliquam differentiam *Signa, Subiecta & Cause* docebunt.

2. Calculi *renalis* differentiam a *Nephritide*, & convenientiam pariter cum illa, præcedente Tabula exhibuimus.

3. Calculus *renum* non confundendus est cum tartarea illa concretionem, quæ in urinis arthritico-rheumaticorum communiter observatur, & vulgo hominibus pro sabulo imponit: nam verum sabulum, & calculi, statim post urinz missionem in consistentia tali solida fundum petunt, concrementum autem tartareum arthriticorum post refrigerium demum urinz coalescit.

4. Calculus *Vesicæ* est vel

a) *indigena*, qui in ipsa vesica natus, aut tamen in illa educatus est; vel

b) *advena*, qui e renibus per ureteres in vesicam prolabitur, & ulterius dehinc promovetur.

5. *Motus* calculosi ab ipsa calculi præsentia bene sunt distinguendi: sæpe enim ingentes spastico-dolorifici motus adsunt, ubi tamen vel nullus, vel saltem exiguus calculus præsto est; e contra grandis frequenter calculus, præcipue in vesica, a patiente gestatur, sine insignibus doloribus & vitis urinz.

6. Divisio calculi in *dolentem & non dolentem* fundata potissimum est in *Subiectis*: Phlegmatici enim, ob laxiorem partium texturam tam exquisitos dolores & cruciatus nunquam incurrunt, quos sanguinei experiuntur. *Conf. Signa Calculi renalis.*

7. Ceterum in aliis quoque corporis partibus, e.g. hepate, pulmonibus, concreta ejusmodi occurrunt, quæ cum affectu nostro, qui κατ' ἐξοχήν calculus dicitur, quoad causas præcipuas conveniunt.

III. SIGNA.

1. Calculi *renalis*.

- a) Dolor in lumbis, vel utrinque, vel in alterutro saltem latere,
- b) Isque profundus, tensivus, pressorius, & talem sensum exhibens, ac si palus ibidem infixus esset.
- c) In *purè*-sanguineis hic dolor ad sensibilissimos cruciatus, & inflammatorios ardores excedit.
- d) In Phlegmaticis autem stupor saltem, languor & flatulentia observatur.
- e) Quietò corpore dolor notabiliter mitescit, a levi autem occasione paroxysmus denuo provocatur.
- f) Tempore hujus exacerbationis patientes, præcipue sanguinei, multa & diuturna horripilatione, vel plane refrigerentia percussuntur, cum phlogosibus intercurrentibus, & tonici motus alterationibus, donec tandem calculi excretio subsequatur.
- g) Ubi calculus per uretèrem descensum tentat, ad regionem *ofis Ilii* usque dolor excurrit.
- h) Qui in uno magis latere calculum gerunt, illi tempore exacerbationis stuporem femoris & restrictionem testiculi in illo latere persentiscunt.
- i) Vomitus, & tormina colica, sæpe paroxysmum antecedunt, sicuti Mictus cruentus ipsius calculi gènesin.
- k) Urinæ vitia frequenter concurrunt: modo enim Ischuria, modo Dysuria, modo, & sæpissime quidem, affectus ex his duobus mixtus, nempe stranguria, affigit.
- l) Præterea interdum sabulo, interdum parvulis calculis, interdum muco viscido, ab ordinario vesicæ muco distinguendo, urina imbuta est.
- m) Renes calculosi, facta sectione, ordinarie flaccidi, semi-consumti, cum purulentis & fistulosis tractibus reperiuntur.

2. Calculi *Vesicalis*.

- a) Calculus *Vesicæ* magis ad quietem compositus est, quam *renalis*, cujus elidendi conatus incoercibiles fere existunt.
- b) Quando autem concrementum illud in vesicâ commovetur, tum atrocissimi dolores inducuntur.
- c) Hic vitia urinæ æque ac in renum calculo occurrunt, nempe

frequens stranguria, aut plenaria hujus excretionis suppressio.

- d) Quando patientes desident, sensum alicujus ponderis in perinzo observant,
 e) Qui sensus post urinæ missionem facile exacerbatur.
 f) Urina, quando omnino procedit, furfuraceum quasi mucum exhibet, interdum etiam aliquid arenæ.
 g) Speciale signum est, quod hi patientes varia spastica incommoda circa anum & genitalia perferant.

IV. SUBJECTA.

1. Calculi renalis.

- a) Eadem fere subjecta, quæ a Nephritide corripuntur, calculo etiam obnoxia evadunt, nempe
 b) Homines temperamenti sanguinei dominantis, habitus corporis laxi, porosi & spongiosi, in quem sanguis altius penetrare potest.
 c) *Gracilioris* rarissime a calculo infestantur, nisi vel hæreditaria dispositio, vel causa violenta externa, vel perversa empirica aliorum affectuum tractatio, vel evacuationum sanguinis adfuetarum suppressio, aut neglectio, accedat.
 d) *Ætas* juvenilis, frequentius autem virilis, & sæpe etiam senilis huic malo ordinarie exposita est.
 e) *Hæmorrhoidarii*, si hunc fluxum sæpe, diu & copiose habuerint, postea autem illius suppressionem incurrant, valde præcipientes sunt in mictum cruentum, nephritidem & calculum renalem.
 f) Vel quibus hæmorrhoides parcius & impeditæ succedunt.
 g) *Podagrici*, multum & graviter ab hoc malo vexati, communissime etiam a calculo affliguntur.
 h) *Sexus* virilis longe magis calculo renem expositus est, quam fœmininus.

2. Calculi vesicalis.

Calculus Vesicæ evenit

- a) *Ætati* puerili, imo infantili, si parentes, aut ad minimum proximi agnati, calculi si aut arthritici fuerint; ad quod negotium falsa *nutricium* dicta multum etiam contribuere potest.
 b) *Ætati* autem adultiori & senili, quando calculus evenit, is

ordinarie natales suos renibus, & incrementum saltem vesicæ debet.

V. CAUSÆ.

1. Calculi renalis.

- a) Causa antecedens remota est congestio seu restrictio sanguinis versus renes.
- b) Causa antecedens magis propinqua est inflammatoria stasis, & deinde corruptio, sive purulenta, sive falso-ulcerosa.
- c) Causa proxima & continens est lymphæ γλισχρά seu glutinosa, quæ ex ulcere renali exsudat, & accedente *salsugine* primum in lentescentiam mucidam, mox in tophaceam crustam, & successive in talem duritiem convertitur.
- d) Causæ Procatareticæ sunt vel Physicæ, e. g.

- 1) Concussio corporis per nimiam equitationem aut vecturam.
- 2) Lapsus aut ictus in lumbos.
- 3) Abusus vini & Veneris.
- 4) Abusus diureticorum calidorum.

Vel *moralis*, exque omnium efficacissimæ, e. g.

- 1) Iracundia.
- 2) Terror etiam, licet ἀνομάλιος.
- 3) Quibus hæreditaria dispositio omni jure adnumeratur.

2. Calculi vesicalis.

Hujus causæ eruendæ diu exercuerunt Medicos, quorum alii fundamentum in *exsiccatione* mucis per exhalationem quæsiuerunt, alii autem certos spiritus petrificos & entia lapidifica finxerunt; sed genuina ratio calculi vesicæ non multum dispar est a ratione calculi renum, nempe

- a) Causa *formalis* consistit in erroribus motuum excretoriorum, per hæreditatem communicatis.
- b) Causa *materialis* est materia mucido-salina, quæ per motum talem erroneum nimis copiose in hac ætate ad vias urinarias propellitur.
- c) Causæ *occasionales* & *procatareticæ* sunt:
 - 1) Dieta crassa in tenera ætate. *Salsa*. *Ascor.*
 - 2) Potus sæculenti & acidi.
 - 3) Vehementes abdominis concussiones.

4) Situs infantum in utero etiam aliquid ad hunc censum potest contribuere. *grandis sub line gestis*

VI. PROGNOSIS.

1. In genere.

- a) Verus calculus ejusmodi malum est, quod rarissime extirpatur, adeo, ut omni jure jactatz hujus morbi heroicæ curationes in dubium vocandæ sint: sæpissime enim in talibus casibus error subest diagnoseos, & tartarus urinæ Crystallinus pro sabulo vero dijudicatur.
- b) Calculosi pereunt communissime *hælicis* consumptionibus, quando autem *grandior* calculus præsto est, præcipue in vesicam prolapsus, tum exacerbationibus, imo convulsionibus, febris facile *acuta* supervenit, & mortem accelerat.

2. Calculi *renalis* in specie.

- a) Cõstans persanatio non speranda est, sed
 - 1) Vel frustra tantum, & quidem ad breve tempus, palliatur;
 - 2) Vel in hæmorrhoides aut podagram fit transitus; quo tamen casu vix unquam impetus aut solitus proventus calculi tollitur.
 - 3) Vel transit denique in actualement *magnam* ulcerationem renum, quam non inepte *phthisin renalem* quidam appellant.
- b) Non desunt quidem exempla, quæ semel, iterumve calculorum laborarunt, & iterum liberata sunt, sed bonitate magis vegetæ naturæ, quam medicamentis.
- c) In subjectis autem annosis, & præsentibus virium jactura, nihil integrum est sperare.
- d) Constitutionem tamen ulceroso-calculosam in renibus, æque ac in phthisi pulmonali, per plures annos ab eventu lethali defendi posse, experientia docet.
- e) Mictus cruentus, ut calculum renalem sæpe antecedit, *vid. supra*, sic etiam frequenter ei supervenit, rarissime tamen illis, qui magnorum calculorum, vel multorum tenuiorum, proventu laborant; hinc quoque copiosius in talibus constitutionibus calculosis sanguis per mictum cruentum excernitur, tanto minor vel dolor vel calculi proventus, aut concursus, apprehenditur.

3. Calculi *vesicalis* in *specie*.

- a) Vesicæ calculus, præcipue major, toti pharmacix hucusque non obedit, sed chirurgica plerumque subsidia efflagitat.
 b) Licet autem chirurgica manu semel sublatus sit calculus vesicæ, novæ tamen concretionis periculum semper impendet.

VII. *METHODUS MEDENDI & REMEDIA.*

Calculus renum & vesicæ una eademque *pharmaceutica* methodo commode tractantur.

1. *In Paroxysmo.*

- a) Præ omnibus alvus per Clysteres expediatur, & si etiam aperta sit, aliquoties tamen adhibeantur: anxietates enim syncopticas, & tormina colica, eximie levare solent, præcipue e Veronica parati.
 b) His protinus jungantur pulveres Nitroso-temperantes cum sale digestivo & Cinnabare combinati, e. g.

Rec. Nitr. depurat.

Tartar. Vitriolat. ana Drach. II.

Oc. Cancr. acido citri saturat.

Sang. Hirci præparat. ana Drach. I.

Cinnabar. opt. Scrup. III. M. dof. Scrup. I. singulis binis horis repetatur, donec dolores mitefcant.

- c) Loco hujus pulveris *senibus*, *salia minus tolerantibus*, exhiberi possunt diluentia, lubricantia & emulsiva. Huc pertinent

1) Diluentia calida ex infusis Théæ, Coffeæ, decoctis aperitivis e Cichor. Asparag. &c. *Red. afflu.*

2) Lubricantia pingua & emollientia, e. g. Oleum Amygdalar. dulc. Emulsiones dilutiores, & sufficienter Saccharatæ, ne vel in mucorem, vel in acerbam austeritatem degenerant, Mucilago hordei, avenæ.

3) Pectoralia fere omnia.

4) Decoctum nephriticum Foresti.

5) Decoctum & succus rad. Althææ, Glycyrrhizæ.

6) Conserva rosarum.

- d) In dolorum nimia exacerbatione *anodynorum* refractæ doses interponantur. Huc pertinent

1) Theriaca cælestis.

- 2) Massa Pilularum de Cynoglossa.
- 3) Pilulæ Wildegansii genuinæ.
- 4) Tinctura Opii Langelotti. *ad præparat. 2-3.*
- 5) Cum hisce anodynis alexipharmaca conjungantur.

e) Externe, præter Clysteres superius commendatos, simul in auxilium vocentur *relaxantia*.

- 1) Balnea e furfuribus cum semine lini, sænugræc. &c. *Præparat.*
- 2) *Forus* aut *sacculi* calidi ex herbis & radicibus emollentibus, e. g. rad. Althææ, Malvæ, herb. Violar. Parietar. Chamomill. Melilot. Branc. urfin. adjectis feminibus modo dictis. *lib. a*
- 3) *Unguenta* emollientia e pinguedine human. medull. cervin. in calculo *Vesicæ*.
- 4) *Olea* in eadem calculi specie, e. g. Ol. Lumbric. terrestr. Camphoræ.

f) Ubi minorum calculorum præsentia satis constat, pro subjectorum conditione *Pellentia* subjungere, vel potius cum usu talium relaxantium conjungere consuetum est. Huc pertinent *diuretica* & sic dicta *Lithonriptica* temperata, e. g.

- 1) Fraga, præcipue infusum illorum cum Spiritu Vini.
- 2) Fructus Alkekengi.
- 3) Fructus Cynosbati.
- 4) Nuclei Persicorum.
- 5) Rad. & herb. Petroselinî.
- 6) Semen Milii Solis, Violarum, Urticæ, Dauci.
- 7) Ciceres rubri in decocto.
- 8) Succus Raphani, qui egregie pellit, & tamen æstum non auget.
- 9) Præ ceteris amygdalæ amaræ, quotidie 6-8. commestæ.
- 10) Item Semen Bardanæ ad Scrup. i.
- 11) In infantibus aquæ, e. g. fragor. Petroselin. Urticæ minoris.
- 12) Tincturæ Alcalinæ, e. g. Tinct. Antimon. tartarifat. Tinct. Salis Tartari.
- 13) Diurælin etiam promovet pulvis ille Salinus sub litt. b. descriptus.

g) Et quoniam febres commotiones ordinariæ accedere solent, opponi illis statim possunt Alexipharmaca & æqualem humorum distributionem promoventia. Hæc pertinent

- 1) Essent. Alexipharm. Stahlii, mane exhibita. *ad præparat. 2)*

- 2) Antimon. diaphoret. pulveri sublitt. b. descripto immiscendum.
- 3) Diluentia calida, e. g. potus Théé, Coffée. *veronic.*
- 4) Regimen leniter diapnoicum.
- h) Tandem remittente exacerbatione Nervino-Stomachica adhibentur.
2. *Extra Paroxysmum.*
- a) *Quantitas* sanguinis imminuatur
- 1) vel per revocationem evacuationum naturalium, e. g. hæmorrhoidum, mensium.
- 2) Vel per substitutionem artificialium, e. g. Venæ sect. æquinoctial. Scarificat. quæ maxime repetendæ sunt, si forte patiens eas neglexerit.
- b) *Laxationes* singulis anni quadrantibus instituantur per Rhabarb. Senn. cum Cinnamom. Anis. Tartar. solub. in vin. *infus.*
- c) *Mandificatio & consolidatio* tentetur per balsamica & traumatica, e quibus primatum hoc loco habere creduntur
- 1) Virga aurea Gesneri, & reliquæ *Consolidarum* species. *veronic.*
- 2) Chærefolium.
- 3) Heder. terrestr. Pyrol. Sanicul. Auricul. muris, in succo, vel melius cum melle in decocto, aut Electuario, exhibita.
- 4) Conserva rosarum.
- 5) Succinata temperatiora. *vg. esp. aut sig. etc.*
- Reliqua videantur sub *Caustetis*.
- d) *Diztra cruda, flatulenta, Venus, Corporis & Animi* insignes commotiones evitentur. Potus sit aqueus, calidus, ex Infus. Théé, Veronic. Heder. terrestr. Virg. aur. Emulsivus cum pectoralibus; Cerevisia bene defœcata, vel, more Anglicano, cum succo Berulæ, vel semine Danci, fermentata.


VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. In aff. ctibus *calculosis* per *ancipitem* prognosin fama artis semper tuenda est; præcipue in statu jam inveterato.
2. In calculo vesicæ *grandiore*, viarum proportionem excedente, pharmacia moderamen saltem ad aliquod tempus præstare, solidum autem auxilium adferre non potest. Magnitudo vero calculi explorari potest in visis per digitum intetino recto immissum.
3. Con-

3. Confugiendum ergo erit, in Vegetioribus, ad Chirurgica præfidia, extractionem nempe, vel exsectionem; nisi intolerandos fere dolores interdum experiri, perpetuo Catheteris usu Ischuriam solvere, majorem calculi epigenesin, convulsiones, & tabem corporis, prætolari malint.
4. *Extractio* calculi magis locum habet in sæminis, ob breviorē & ampliorem Urethram, quam apud viros; quamquam Ægyptii in his quoque extractionem, & quidem hac encheiresi tentare soleant, ut flatu immisso Urethram dilatent, & sic egressum calculi commodiorem promoveant.
5. *Exsectio* seu *Lithotomia* nostro tempore unicum & ultimum fere est consilium.
6. Quamvis autem calculus vel pharmacia, vel chirurgica manu, exclusus fuerit, restat tamen periculum *novi illius proventus*; cum iteratam genesin intercipere non semper sit in Medici potestate.
7. *Lithonriptica*, seu calculum resolventia & comminuentia, per *tria regna* a practicis decantata, veritatis testimonium vix unquam merentur: Calculus enim non est indolis *terrez*, solventibus menstruis auscultantis; uti quidem multi fingunt, & hinc modo *Spiritus Tartari* ex Symbolismo ad concretionē tartareas dissolvendas, modo *Spiritus Nitri*, quod Nitrum lapides in pollinem reducere videatur &c. laudant. Multa talia vel præbent materiam, ut sabulosa urina mox excernatur, vel ad minimum affluxum materię in corpore jam hærentis, ad renes augent, cujus census etiam sunt *Lapis Judaicus*, *Lyncis*, & similia.
8. Efficaciz *Afellorum* præparatorum nemo peritus subscribet, licet a Dygbo valde extollatur.
9. Neque efficaciz *Gryllorum*, in actis N. C. allegata, experientia satis confirmata est.
10. Idem sentiendum est de experimento, quod eodem loco de *Vesica leporis* combusta enarratur, ac si calculus per eandem in limbum sit resolutus.
11. Sic etiam *stupenda* efficaciz *Virge auree* Gesneri, ad resolvendum calculum, nondum innotuit, licet a multis commendetur.
12. *Petroselinum*, *Fraga*, baccæ *Alkekengi*, satis quidem efficaciter urinam & calculum pellunt, sed non resolvunt.
13. Quicquid in hoc genere sperare integrum est, magis in injectione per *Syringam*, quam assumptione per os quaerendum, licet de men-

- menstruis acrioribus, hodie constantibus, non immerito me-
tuendum sit, quod Vesicam citius quam calculum arrodant.
14. Dictorum omnium manifestissima *proba* obtinetur, si remedium
tale Lithontripticum, etiam optimum reputatum, sufficiente
fatis quantitate, immediate calculo ~~Quodam~~ humano adjicia-
tur, & ex effectu deinde consideretur, quid in corpore huma-
no exiguz illæ guttulæ effecturæ sint, de quibus, quantum ad
locum affectum pertingat, non est manifestum.
15. *Pellentia* cautissime adhibenda sunt; præcipue si vel majores sint
calculi, vel acutiores: nam expulsio requirit spasmodicam con-
strictionem Renum & Ureteris, unde transitus calculi potius
impeditur, dolores exacerbantur, viæ læduntur, affluxus auge-
tur, & inflammatio, præcipue in sanguineis, provocatur.
16. Ante igitur, quam ad talia *pellentia* progrediamur,
probe inquirendum est, num spasmi dolorifici remise-
rint, & moles calculorum viarum amplitudini quodammodo
respondeat; præter ea, ad spasticam constrictionem mitigan-
dam, *pellentibus* hisce semper *Emollientia* externa, sub *metho-
do* commendata, conjungenda sunt.
17. Quæ Tabula de Nephritide monuimus ratione *calidorum oleorum*
& aliorum acrium *pellentium*, ea hoc etiam loco repetenda
sunt. Absint itaque inter *pellentia olea destillata* & diuretica
acria, cujus census sunt raphanacea, de allio, cepis, salsia acria
alcalina, Spiritus Nitri dulcis, Spiritus Salis Armoniac. Salis
communis &c. quæ humorum ad renes majorem decubitum
causantur, & ulcerationem augent.
18. *Herba vulneraria* a Practicis contra calculum variz commendan-
tur, sed si quantumcunque adstringentes fuerint, notabilem
exacerbationem inferunt, præcipue si calculus jam increbuerit,
& manifestior addit ulceratio, cum continuis dorfi doloribus.
19. Speciatim *Millefolium* & *Marrubium* album in calculo renum ni-
mium irritare, & exulcerationem augere observantur. *Conf.
Tabula de Phorbisi.*
20. Pro scopo *balsamico* non conveniunt Aloëtica, Myrrhata, Ol.
Therebinth. Balsam. Sulphuris, & alia acriora balsamica, quæ
turgescientiam sanguinis promovent. Hinc ne Balsamum qui-

- dem Peruvianum aut Copaivæ citra sensibilem ardorem, calorem, sitim & siccitatem oris propinatur. *ms. uelut in ipso ms.*
21. Mitigatio insultuum minus commode per *Opiata* tentatur; si tamen pro obnubilando dolore aliquid opiatum adhibere placeat, MP. de Cynoglossæ hoc nomine erit tutissima: modo sollicite conjungantur Alexipharmaca & regimen mediocriter diaphoreticum. Secus per abusum Opiatorum mors acceleratur, vel ad minimum Chronici periculosi affectus inducuntur.
 22. *Pulvis Falckammeri* calculum quidem ipsum tollit, quia tamen ab omni narcosi alienus, & ob gemmarum ingredientia antispasticam habet efficaciam, ad placandas commotiones, calculum comitantes, egregium edit effectum.
 23. *Balnea* non omnibus proficua sunt, in nonnullis enim affectus asthmatici vel febres synochæ per illa provocantur.
 24. Acidulæ temperant quidem diluendo generaliores nephriticos orgasmos, sed quia motum humorum ad renes magis augent, impediunt consolidationem.
 25. Quæcumque in pectoris vitii solamen adferunt, illa in renem quoque læsionibus cum effectum adhibentur. *Conf. Tabula de Phthisi.*
 26. Quemadmodum *Sal digestivum Sylvii*, & alia e sale communi præparata, cuius ulcerationi inimica reperiuntur, ita mucidis præcipue phlegmaticis non interdicendus est usus ciborum modice salitorum, e quibus multi potius levamen hauserunt. Prima vero laus Sali marino, de Nitro participanti, competit.



TABVLA XXXVII.

DE

HAEMORRHOIDIBVS CAECIS-
SEV EXTERNIS.

I. DEFINITIO.

Hæmorrhoides cæcæ sunt infarctus vasorum hæmorrhoidalium exte-
riorum circa orificium intestini recti, modo turgescuntiam,
modo tumorem inflammatorium involvens, & sanguinis a-
bundantis depletionem per hæc loca respiciens. Derivatur ab
αἷμα, sanguis, & ῥέω, fluo.

II. DIFFERENTIA.

Hæmorrhoides cæcæ sunt vel turgentes, vel tumentes; hæc dolentes;
illæ autem indolentes vocantur,

1. *Turgentes* referunt vesiculam mollem transparentem, atro-ru-
bente sanguine plenam, sine notabili dolore aut ullo insigni
sensu, nisi quod sub alvi excretionem sensus quidam pressorius,
ac si faba, aut pruni nucleus ibi hæreat, percipiatur, & ardor
quidam per vices occurat.
2. *Tumentes* paulo profundius intra limbum delitescunt, & durum
inflammatorium tumorem exhibent, atque hinc nihil aliud
sunt, quam verus *furunculus*, & propter sensibilitatem tunicæ
nervæ & musculosæ intestini recti exquisitissimos dolores ar-
dentes, lancinantes, vellicantes & pulsatiles inferunt. Hinc,
ubi sermo est de Hæmorrhoidibus cæcis, hæc posteriores do-
lentes, quæ κατ' ἐξοχὴν ita solent vocari, putantur.
3. Huc etiam a nonnullis referuntur reliquæ fungosæ protuberan-
tix, & ulcerascentes excrescentix, quæ circa anum continge-
re solent. Vulgo dicuntur Hæmorrhoides *nothæ* seu *spuriæ*, quæ
plerumque quidem a contagio Venereo oriuntur, interdum
autem sine hoc in corporibus ulcerosa serositate affectis, vel a-
lias a *turgentibus* diutius & pertinaciter continuantibus, & in
verrucosam consistentiam siccescentibus, proveniunt. Varie

nominantur nempe Thymus, Ficus ani, Marisci, germ. Feige
 Warßen / Moskötter / Zacken / Belg. Zacken. *aus dem vorderen*

4. Possunt tamen Veneræ exulcerationes in hoc loco facile distingui ab ulcerationibus hæmorrhoidalibus: illæ enim exhibent crustam, hæ autem foramina.

5. Referri etiam huc potest *serpigo* hæmorrhoidalis, quæ in genere *pruritus* ani dicitur. *vid. Prognosis.*

6. Hæmorrhoides *externæ* & *cæcæ* differunt ab *internis*

a) Ratione vasorum, e quibus originem sumunt, nam internæ e vena Portæ, externæ autem e vena Cava proveniunt. *vid. Tab. de Hæmorrhoid. internis.*

b) Ratione mensuræ & modi excretionis: *internæ* enim, præcipue statæ, communiter moderata sanguinis quantitate fluunt, & si turbentur, ad multam quoque profusionem excedunt; *externæ* vero ob vasa minutiora quantitate vix æstimanda conspicuæ sunt, & sæpiissime per vesicalem tantum protuberantiam, vel tumorem inflammatorium, rarissime autem per genuinum sanguinis stillicidium sese manifestant.

c) Ratione temporis & periodorum: *Internæ* statas magis periodos, & non raro menstruum recursum observant; *externæ* rariores habent periodos, & circa vernum vel autumnale tempus potissimum proveniunt, repullulant tamen promptius, & plus sanguinis emittunt, si vesicula aliquoties jam enata sit.

7. Variant excrescentiæ hæmorrhoidales secundum magnitudinem: quædam enim ad nucis avellanæ, quædam ad juglandis, quædam ad minoris ovi molem accedunt.

III. SIGNA.

Hæc ex illis, quæ sub differentia dicta sunt, desumuntur, nempe

1. *Turgentes* circa orificium ani vesiculam exhibent, mollem, translucentem, vix sensibilem dolorem inferentem.

Hæc vesicula vel sponte rumpit, vel sectione aperitur, & tum non solum sanguinem, quem continet, fundit, sed etiam plus ejus suppeditare continuat.

2. *Tumentes* referunt tumorem inflammatorium, acutissimis variis doloribus constipatum,

3. Te-

Zitrus

note in latinis

3. Tenesmodes irritatio sæpiſſime cum hæmorrhoidibus externis concurret.

IV. SUBJECTA.

1. Hæmorrhoides *cæca* vix aliud temperamentum, quam phlegmaticum, pituitosum, mucidum, aut de hoc multum participans, infestant.
2. *Turgentes* non raro eveniunt fœminis sub gestationis ultimo tempore, præcipue si multum sedeant, aut sub partus doloribus, ubi fœtus in pelvim gravius recumbit, & intestinum rectum comprimit, unde in puerperiis sensum ardoris circa orificium ani persentiscunt.

v. post. in lab. oribus.

V. CAUSÆ.

1. Causa *antecedens remota* est plethora cum spissitudine sanguinis mucoso-pituitosi conjuncta.
2. Causa *magis propinqua* est restrictio sanguinis versus hæc loca, plethoræ imminutionem respiciens.
3. Causa *proxima* est infarctus & stasis sanguinis in vase aliquo hæmorrhoidali, unde vel vesicula illa sanguine repleta, vel tumor inflammatorius inducitur.
4. Causæ *occasionales, procatartice & adventitiæ* sunt:
- a) Immodicæ attritiones in hisce partibus, sive ab equitatione insueta, & diu continuata, sive a pruritu, sive a nisu expressorio sub sæcum eliminatione, sive a partu difficili proveniant.
- b) Infectio ab infectione in loco adhuc calido, cui infedit, qui hæmorrhoides habuit ulcerosas.
- c) Abusus spirituosorum, aromatum, aloëticorum, helleborinorum, & aliorum calidorum.
- d) Neglectio consuetæ Venæ sectionis & Scarificationis in partibus corporis inferioribus.

VI. PROGNOISIS.

1. Hæmorrhoides *cæca* ad finem quidem salutarem, nempe plethoræ imminutionem, respiciunt, sed ob vias minus commodas, & vasa exilia, vix unquam eundem impetrare valent.
2. *Turgentium* vesicula, vel sponte, vel manu chirurgica, aperta, copiosiori humorum versus hæc loca affluxui, & non raro ipsis hæmorrhoidibus internis, legitime fluentibus, ansam præbet.

3. Quando *vesicales* tales congestiones cum insigni cuticulæ dilatatione factæ sunt, imo actu etiam denique percurrunt, facile ulcerantur, quamquam sine insigni dolore.
4. Vesicula quando aperta est, flaccida atque rugosa restat, & papulas quali format, quæ, neglecta consolidatione, interdum sub sæcum alvinarum fortiore expressione sanguinem de novo fundunt, ita ut exempla prostant, ubi sanguis per plures annos sensim & perpetuo effluerit.
5. Vel hæ papulæ in ulcuscula pruriginosa degenerant, quæ *Serpigo hæmorrhoidalis*, seu *pruritus ani serpiginosus*, dici merentur.
6. Serpigo talis hæmorrhoidalis non raro occurrit, licet rara sit illius apud Auctores mentio. Late non serpit, sed sæpe per plures menses in uno loco subsistit, & si ex illo loco propellatur, in vicinia iterum erumpit, & neglecta affectus arthritico-dolorificos, & decubitus acres inducit.
7. *Tumentes* æque ac *Turgentes*, licet satis molestæ sint vitæ tamen periculum non inferunt, nisi, *diu adjectæ*, incongrue supprimantur.
8. *Tumentes*, nisi mature resolvantur & discutiantur, ad *suppurationem* perveniunt, quæ satis familiariter in ulcerationem *fistulosam*, in *turgentibus* non timendam, transit, præcipue si ante maturationis tempus profundius incidantur, aut jam suppuratæ nimis diu sine apertione hæreant, vel Mundificatio negligatur aut protrahatur.
9. *Ulcerosi affectus hæmorrhoidales maxime sunt contagiosi.*

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus Curativa

1. *Turgentium.*

- a) Hæ multum difficultatis in cura non involvunt, rupta enim vesicula maturam saltem exposcit mundificationem & consolidationem per externa balsamica, quæ sub Tumentium tractatione indicata sunt.
- b) Quoniam autem interdum siccescunt, & verrucosam consistentiam exhibent, subinde etiam madent & ardent, atque salsa acrimonia his partibus non exiguam molestiam inferunt, tum majore circumspeditione tractandæ sunt, nempe secundum methodum, qua alia ulcuscula tractantur. Ma-

nus etiam Chirurgica in talibus fungosis, verrucosis excre-
scentiis, & ulcerosis atque pruriginosis pustulis requiri-
tur.

2. Tumentium.

a) *Discussio* per tres vel quatuor priores dies tentetur, licet oblo-
ci præcipue incommodum situm difficulter succedat. In
hunc finem laudantur

- 1) Venæ sectio in pede, quando insignis plethora concurrit.
- 2) Infusum *Millefolii* saturatum, nempe pugill. III, ad dimidiam
mensuram aquæ. *providum Thee.*

3) *Specifica externa.*

α) Unguentum de linaria. *ung. cancror. x canchyvioj.*

β) Appensio rad. Scrophulariæ & Fabariæ secundum We-
delium in A. N. C.

γ) Suffimigium e muribus marinis.

δ) Rad. plantag. aquat. manu derenta, donec incalescat, se-
cundum Prævotium in medicina pauperum.

ε) De his & aliis plura sub *Cautelis* dicentur.

b) Quando autem discussio non magis speranda est, tum *matu-
ratio* promoveatur; quo faciunt Cataplasmata suppuratio-
nibus convenientia, cepæ assatæ, oleum lini *Medull. crur.
vitulini.*

c) Et quoniam *dolores* ante ruptionem valde urgent, *interne nitro-
sa*, emulsiva, & in casu necessitatis anodyna, propinanda
sunt; *externe autem oleum verbalci, oleum calendulæ, præ
omnibus etiam oleum ovorum, conveniunt. Succini ex sem. Cydon.*

Flor. verber. ed. lib. 116.

d) Quamprimum *maturatio* dijudicata est, *apertio* ope Lanceo-
læ instituat. *ne nimis proficiat.*

*Quoniam...
Succini ex sem. Cydon.
Erii. semigr
ed. lib. 116. cap
in webi.*

e) Denique *mundificatio & consolidatio* omni studio promoveatur

- 1) *interne* per laxantia & sanguinem ac lympham depurantia,
e.g. Mannata, Sennata, item Mixturam Tinct. Anti-
mon. tartarifat. Essent. Succini, Essent. Alexipharm. Stah-
lii, interpositis orgasmum sanguinis contemperantibus.
- 2) *externe* per balsamica, e.g.

Recip. Essent. Myrrh. Ess. Succin. ana Drach. II.

Balsam. Peruv. Scrup. I.

Ol. Philosoph. Scrup. II. Misc.

ovorum. p. bernardus applic.

B. Præservatoria.

Pæriervationi favent

1. Venæ sectiones æquinoctiales. *— flectim circa locum infra*
2. Scarificationum adfuetarum repetitio. —
3. Applicatio hirudinum ad hæmorrhoidalia loca. *vid. Cautel.*

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quoniam hæmorrhoides cæcæ quam plurima incommoda adferunt, & tamen intentio naturæ vix unquam per illas obtinetur, tanto magis prudentiæ Medici commendantur, quæ Tab. de Hæmorrhoidibus internis sub *Method* num. 2. dicta sunt, nempe quod tales motus prudente ratione ad alias vias revellere magis conveniat, quam illos tolerare.
2. Quamdiu itaque spes est, ut intentioni Agentis satisfieri possit per Venæ sectiones repetitas, & laboriosum vitæ genus, hæc subsidia nunquam prætermittenda sunt; quo vero casu, ad affluxum revellendum, Venæ sectio in brachio instituenda est.
3. Interea tamen de cæcis etiam observandum, quod Tabula de internis hæmorrhoidibus ratione imprudentis cohibitionis per adstringentia, & alia incongrua remedia, dictum est.
4. Absint itaque repellentia & exsiccantia, e. g. terræ bolares, Lithargyrium cum aceto &c.

5. *Hirudines* in paroxysmo ad surgentes quidem cum cucurbitula applicari possunt, ad tumentes autem illas adhibere, neque satis fecurum est, neque officio suo satis faciunt, non enim sugunt in affectibus inflammatis, & ubi aliquid ulcerosæ aut suppurascens corruptelæ subest. Ad recursum autem cacarum impediendum, quater vel sexies per annum bono cum effectu possunt adhiberi.

6. *Millefolii* usus in sedandis doloribus cacarum omnibus aliis specificis palmam præripit, quando in forma Théæ (cochlear I. herbæ cum libr. I. aquæ) adhibetur.
7. Riverius & Villanovanus illius usum per integrum mensem continuandum suadent, & hæmorrhoides nunquam reversuras promittunt, sed quæstio est, num etiam cum bono successu in futurum? Cavendum potius a tali periculoso conamine, nisi Venæ sectiones perite & feliciter simul in subsidium veniant.
8. Herba & unguentum *Linariæ* specifico quidem effectu hic com-

men-

*Uce pphionata
hinc, ne hirudo
adhibetur
appropinquat*

mendantur, minime autem operæ pretium faciunt, nisi in hæmorrhoidibus jam actu exulceratis, vel ad ulcerationem maxime pronis. In *tumentibus* parum aut nihil efficiunt.

9. *Chelidonium minus*, ob signaturam radicis grumosæ, ad hæmorrhoides cæcas valere dicunt, sed neque in his, neque in Scorbuto, licet Scharbeck's Kraut κατ' ἐξοχήν vocetur, efficax est.

10. Radices *Scrophularia* & *Fabaria*, in doloribus cæcarum sedandis, faciunt quod possunt, raro autem, quod de illis prædicatur: nam hæc & alia *amuletica*, vix ullam spem in hoc affectu, præcipue vigente paroxysmo, & præsentem inflammationem, adferunt.

11. E contra *mures marini*, sub forma fumi ad sedem adhibiti, egregium sæpe effectum mitigatorium præstant. *de herb. sabini.* Sub præf. f.

12. De specificis in genere adhuc notandum, quod effectus illorum variet

a) Ratione subjectorum: quod enim remedium in uno homine dolores mitigat, alteri sæpe sine effectum adhibetur.

b) Ratione temporum: ita, ut unum idemque medicamentum, quod hoc tempore bonum effectum præstat, altero frustra usurpetur.

13. *Weibachius* tamen asseverat, quod in dolentibus hæmorrhoidibus nunquam sine effectum adhibuerit *folia recentia Sambuci* conquisita, quæ, quater circiter repetita, inflammationem discutere, & dolores tollere debent. Hyeme *Sedum vermiculare* minus substituit.

14. *Annulus Helmontii*, e filo ferreo candente, per unguam pedis posterioris equæ pro mare, equi pro scæmina, transacta, paratus, a nonnullis, qui ad experientiam provocant, laudatur.

15. *Essentia Succini* in hisce & aliis affectibus serosis, partim discutiendo, partim evacuando, commodissime se gerit, adeo, ut in affectibus arthriticis efficaciam edat non contemnendam.

16. *Oleum ovorum* præcipue valet ad affectus ardentis & rodentes demulcendos, aliosque cutaneos casus sublevandos; in unguentum autem redigendum est cum liquore florum *Verbasci*, sed sine multa fricatione, Deß es nicht verbrat.

TABULA XXXVIII.

D E

INFLAMMATIONE IN GENERE.

I. DEFINITIO.

Inflammatiō est Principii agentis negotium vitale, quo illud mediante humorum motu, in aliqua corporis parte ultra gradum naturalem aucto, sanguinem, in veram stasim deductum, discutere, vel, sin hoc non amplius obtineri possit, agiliores sulphureas particulas subtrahere, & relictam languidam, minus agilem, materiam in pus convertere conatur: ad corruptionem putridam seu sphacelofam, ad quam sanguis summe proclivis est, prœoccupandam, & prœcipitem fermentativam diffusionem intercipiendam.

II. DIFFERENTIA.

1. Inflammationis tres sunt species.

- a) *Erysipelas*, ubi inflammatio in superficialibus & membranaceis partibus in *latitudinem*, eamque insignem, diffunditur, & tumorem æqualem, mediocriter ardentem, ac dilute roseum, format.
- b) *Phlegmone*, quando inflammatio in *latum & profundum* æqualiter, & satis amplo spatio extenditur. Gradu saltem ab *Erysipelate* differt, dum hoc minorem, illa autem majorem ambitum complectitur.
- c) *Apostematodes* inflammatio, quæ vel in superficie, vel subtus, arctiori spatio circumscripta est, & in *profunditatem* illius partis, quam obsidet, magis penetrat. Huic inflammationum speciei partes carnosæ vel glandulosæ imprimis expofitæ sunt.

- *Gangrena* non est peculiaris species inflammationis, sed potius infelix illius, prœcipue apostematicæ, eventus.

2. Inflammationes differunt ratione *materiæ*, stasim formantis, & hinc dicuntur vel

- a) *Simplicis*, quæ a stasi purè magis *sanguinea*, in partibus carnosis & sanguifluis oriuntur, & ad corruptionem sive suppuratoriam, sive putredinosam proclives sunt; vel
- b) *Com-*

- b) *Compositæ*, quæ multum Serofo-Lymphaticæ substantiæ comprehendunt, & in falso-ulcerofas corruptelas magis abeunt.
3. Differunt etiam ratione *locorum* affectorum, & secundum hanc divisionem sunt vel
- a) *Externæ*:
- 1) Huc pertinent omnes erysipelacei affectus faciei, manuum, brachiorum, pedum.
 - 2) Apostemata externa.
 - 3) Furunculi in peripheria corporis provenientes.
 - 4) Tumores inflammatorii, e. g. parotidum, tonsillarum, uvulæ, Mammarum.
 - 5) Ophthalmia, odontalgia, otalgia &c. vel
- b) *Internæ*: Huc pertinent omnes febres inflammatoriæ, in quibus motus auctior, antea particularis, per universam sanguinis massam diffusus est. De his speciales Tabulas infra exhibebimus.
4. Ardor *inflammatorius* non confundendus est cum æstu sanguinis congestorio, ille enim semper veram stasin, hic autem stagnationem saltem sequitur.

III. SIGNA

1. Inflammationum *externarum*.

- a) Facta sanguinis stasi mox accedit *tumor*, qui non solum partem immediate affectam, verum etiam viciniam occupat.
- b) Huic tumori tempestive succedit *rubor*, & *æstus* seu potius *ardor*, ad tactum sensibilis, & patienti ita molestus, ut inquietudinem, impatientiam, imo internum angorem sæpius incurrat.
- c) *Dolor*, concurrit lancinatorius, punctorius, arteriarum pulsui respondens.
- d) Hæc symptomata, quando per aliquot horas duraverunt, interdum contingit, ut sensim mitefcant, & tandem prorsus auferantur.
- e) Et sic in stasi *profundiore* intra *quatuor* circiter dies, quando autem magis in *latum* diffusa fuit, septem dierum spatio, patienti restituitur in pristinam integritatem.
- f) Ubi autem *discussio* obtineri non potest, ibi staseos hujus succedit

dit *corruptio*, eaque vel laudabilis, *purulenta*, substantia nempe alba, aut ad summum leviter flavescens, inodora; vel *putredinosa*, de qua sub *Prognosi* plura dicemus.

g) Toto illo tempore, quo stasis ad corruptionem purulentam properat, æstus & ardor in circuitu potissimum affligunt, & rubor circulum quasi in peripheria partis affectæ format, in centro autem tumoris hæc omnia mitiora, tepidiora, & magis pallida apparent.

h) Quo gravior est inflammatio, eo magis reliquum totum corpus spasmodica constrictione afficitur, & aspectus est macilentus, concurrente sensu horripilationis.

i) Reliqua signa sub *Differentia* jam indicata sunt.

2. Inflammationum *internarum*.

Harum signa diagnostica sub qualibet Tabula speciali febrium inflammatoriarum indicabuntur.

IV. SUBJECTA.

1. Vix unquam alii homines, quam plethorici, inflammationibus obnoxii sunt.

2. Præcipue sanguinei, qui habitus corporis succulenti, laxioris & porosioris existunt, in quem sanguis altius & copiosus penetrare potest: hinc inflammationes communiter in partibus carnis, deinde in sic dictis parenchymaticis, rarissime in exsanguibus occurrunt.

3. Quorum vita circa motus corporis & animi minus est moderata.

V. CAUSÆ.

1. Causa materialis *antecedens* est plethora.

2. Causa materialis *proxima* est stasis sanguinis in aliqua corporis parte.

3. Causa *formalis* est laboriosa Principii agentis intentio & conamen, ad corruptionem sphacelofam, in quam sanguis, sibi relictus, facile transit, præoccupandam.

4. Causæ *instrumentales* sunt:

a) Directio & restrictio copiosioris sanguinis, bene adhuc fluidi, ad portionem illam, motu suo jam privatam.

b) Motus auctior, & fortior transpullus hujus fluidi & vividus sanguinis per coagulatas, & concretas illas portiunculas, unde

de

de non solum tumor, rubor & calor oriuntur, sed etiam corpusculorum concretorum aliqua abrasio, divulsio & discussio obtinetur.

- e) Si vero hæc coagulatae molecule tam crassæ & densæ sint, ut illarum discussio non amplius obtineri queat, tum intimiorem mixtionis suæ dissolutionem subeunt.
- d) Qua ratione tenuissimæ saltem Sulphuræ particule, *sensim*, & hinc innoxie, in reliquam sanguinis massam resorbentur, & per diaphoresin evacuantur; reliquæ autem, minus agiles, particule in *pus* convertuntur.
5. Causæ occasionales & procatartice, quæ stasim sanguinis inducere valent, sunt vel
- a) *externæ*, e. g. violentæ relaxationes a contusionibus, vulnerationibus, item plenariæ meatuum solitorum interceptiones & ligaturæ; vel
- b) *internæ*, ubi rarissime simplex spissitudo sanguinis, sed potissimum præceps & impetuosa activa congestio accusanda est.

VI. PROGNOISIS.

1. Stasis inflammatoria, si felicem sui *discussionem* respuat, certe transit in corruptionem, sive *purulentam*, laudabilem, sive *putredinosam*, lethalem.
2. Licet enim in *Scirrhum* quoque interdum desiccetur, hic tamen semper ad alterutram ex his duabus corruptionibus habet proclivitatem, magis autem ad putredinosam, quam suppuratoriam.
3. Quando dolores tensivi & pressorii late circa partem affectam sese extendunt, cum ardore gravissimo, & rubor intensissime rubicundus, bruneus, livescentibus & nigricantibus striis intertextus apparet, tum inflammatio male cedit: hæc enim phenomena designant præsentem *Gangrenam*, quæ summus gradus est inflammationis, mox in putredinem abituræ.
4. Quando autem sub his circumstantiis universus dolor repente cessat, ardor & calor detepescit, imo refrigescit, tum paucis horis flacciditas in parte affecta, deinde mollities, tandem diffusiva in tabum, cum fœtore graveolento, succedit; qui af-

- fectus *sphaceli* nomine insignitur, & nihil aliud est, quam simplex sanguinis coagulati putrefactio.
5. Quo plus *sanguinis* sinceri in stasi aliqua concurrit, eo magis ad suppurationem proclivis est; hinc in erysipelaceis inflammationibus nulla ordinarie suppuratio contingit.
 6. Quo magis *Lymphatico-sarculis*, & *seroso-salse* materiz stasis aliqua continet, eo peioris moris ulcerosa, colliquativa, & corrosiva corruptio inde emergit, quam *cancerum* nominare solemus.
 7. Abscessus suppurati profundiores in *glandulosis* externis partibus sine artis auxilio vix unquam consolidantur, & niti perita prorsus medicatio adhibeatur, etiam artis conatus pertinaciter eludunt, nam manatio ulcerosa semper impedit consolidationem.
 8. Quæ autem suppurationes in *carnosis* partibus contingunt, illæ sponte sæpius Natura, nedum accedente insuper congruo artis subsidio, restituantur.
 9. Inflammationes partium *internarum* omnes quidem sunt periculose, gradu tamen perniciæ differunt, e.g. Inflammatio *hepatis* omnium est periculosissima, *renum* autem mitissima.
 10. Inflammatio partis alicujus *internæ* nunquam sine prorsus anticipati eventu, & vitæ periculo ad *suppurationem* pervenit; perpetuus enim sanguinis per partes internas motus, harum laceratione sufflamatur, & restauratio ob continuum sanguinis affluxum impeditur. De singulis infra seorsim.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Inflammationum *externarum*.

a) In his ante omnia prioribus diebus tentanda est *discussio* per subtiliter resolventia, & odoretenuis magis, quam resinosa acrimonia, agentia. Huc pertinent:

- 1) *Radices*: Iridis Florentinæ, Sigilli Salomonis, Bryoniz, Vincetoxici, Bardanz, Pimpinell, alb. Rub. Tinct.
- 2) *Herbe*: Apii, Chærefolii, Hyssopi, Abrotani, Sabinæ.
- 3) *Flores*: Chamomillæ, Meliloti, Sambuci, Bellid. Summit. Origan.
- 4) *Semina*: Anisi, Fœniculi, Carvi, Dauci, Fœnugræci &c.
- 5) *Camphora*, quæ hic principatum tenet, præcipue Spiritus illius recte præparatus, & legitime applicatus. *Conf. Cautel. 16. & 17.*

*Herbe hæc
applicandæ in
venis & noy.*

- 6) Emplastrum Diaphoret. Mynfichti, item de Spermate Ceti &c. *Saponat. Barbette. Cerat. de minio.*
- 7) Ex his possunt fieri species, quæ sacculis, vino calido imbutis, & sufficienter iterum expressis, regioni affectæ calide applicentur.
- b) Fiente adhuc inflammatione, & urgente statu plethorico, utilis est *Vena sectio* revulsoria, ne affluxus sanguinis ad partem affectam nimis copiosus contingat.
- c) Quando autem *discussio* non amplius potest obrineri, quod a stasi ultra quartum diem subsistente, & dolore in horas auferente, dijudicatur; tum *Suppuratio* & *Maturatio* promovenda est. Maturant autem, quæ poros aliquo modo obstruunt, & sic portionum humidarum exhalationem impediunt, simul tamen fibras partis subtili nervinâ acrimonia roborant. Laudantur ad has indicationes obtinendas
- 1) *Radicis*: Lil. alb. Althææ.
 - 2) *Herbæ*: Parietar. Malvæ, Franc. Ursin.
 - 3) *Flores*: Verbasci, Linariz.
 - 4) *Semina*: Pŷyllii, Lini, Cydonii.
 - 5) *Pinguedines*: Anseris, Gallinæ. *H.*
 - 6) *Olea* per infusionem parata, e.g. Chamomill. Verbasci, Lilior. albor.
 - 7) *Gummi-resinæ*: Ammoniac. Galban. &c.
- 8) Hæc in forma Cataplasmatum adhibenda, ubique observando, ut *roborantia* emollientibus admisceantur.
- d) Quamprimum *Maturatio* facta est, statim de *Apertione* cogitandum. Hanc promovent
- 1) Ipsa sæpissime Natura, sine artis auxilio.
 - 2) Cerpæ asatæ.
 - 3) Mel cum farina fecalina mixtum.
 - 4) Fermentum recens.
 - 5) Incisio actualis per Chirurghum, in Apostematibus profundis.
 - 6) *Cauteria potentialia*, e.g. Magnes arsenicalis.
- e) Tandem ad *mundificationem* apostematis & *consolidationem* adhibeantur Balsamica & Nervina, e.g. Essentia sequens balsamica, a D. D. Stahlio passim commendata.

*Maturatio
maturatio*

Recip. Essent. Myrrh. Drach. III.

Succin. Drach. II.

v. Turunda Linia interna Olei Therebinth. gutt. X. Misc. instillando gutt. XX. XXX. pro conditione Subjecti & apostemat-
tis.

2. Inflammationum *internarum*.

In his placida saltem *Discussio* locum habet, suppuratio enim ubique periculosisimum involvit eventum. Conferantur omnes Tabulæ, quæ de Febribus inflammatoriis infra sequuntur.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Solemnis est quaestio, num *Vena sectio*, quam Veteres & multi Recentiorum statibus inflammatoriis dissolvendis dicunt, tam necessariz sint, ut, secundum Schelhammerum, bona conscientia non possint prætermitti? de qua re sequentia sunt notanda.
2. *Utilis* est Venæ sectio in fiente adhuc inflammatione, ne affluxus sanguinis copiosior fiat ad partem affectam.
3. *Utilis* etiam est, quando *vulneribus* cito per adstringentia suppressis, gravior inflammatio supervenit, subjungendum tamen de hinc regimen magis diapnoicum.
4. *Noxia* magis est, quam utilis, si non statim circa initia administratur.
5. Hinc in inflammationibus *internis*, ubi signa diagnostica (præter Peripneumoniam) satis intricata sunt, consultius illa omittitur, quam temere aliquid tentatur.
6. *Ancipitis* autem in primis eventus est, quando febris talis inflammatoria *typum* qualemcunque exhibet.
7. Dantur tamen aliquando casus & circumstantiz, ubi etiam in inflammationibus *internis* Venæ sectio quodammodo necessaria videtur, e.g. in statu summe plethorico, in gravioribus sanguinis commotionibus, a qualibuscunque causis inductis &c. de quibus suo loco dicemus.
8. Medicus si, Vena incongrue secta, advocetur, *transpirationem* placidam tanto magis commendatam sibi habeat; sero autem vocatus, deterius jam habente patiente, non dubitet prognosticon funesti eventus formare.
9. In omni inflammatione ab actuali *forti refrigerio* abstinendum est,

fanguinem enim magis coagulat, malum gravissime auget, & opem in perniciem' permutat; ad *preoccupandam* autem stasin inflammatoriam post contusionem & collectionem sanguinis adhuc fluidi, actualis compressio per ferrum *frigidum*, diu continuata, usum suum præstat.

y Dam.

10. Cavendum a nimia *humectatione*, quæ fibras relaxat, & copiosiori humorum irruptioni locum præbens stasin notabiliter auget.

11. Abstinendum ab intempestiva & nimia *adsiccatione*, quæ sufficientem aditum & transitum sanguinis fluidi, stasin resolutori, præcludit, & sic salutarem Naturæ intentionem turbat.

12. Abstinendum a nimis *calescentibus* & *siccantibus*, quia sensum ardoris molestum frustra augent, & exsiccando in scirrhosam constitutionem stasin promovent.

13. Abstinendum ab immatura sub medio suppurationis actu *incisione*, quia, tensionem fibrarum relaxando, transpulso, absterfivum motum impedit, & suppurationem reddit difficiliorem.

14. Differentia *ἀποσάσεως* & *ἀποσημάτος*, secundum Hippocratem; bene observanda est, ne confusio in praxi oriatur: apostasæ enim phlegmonodes & erysipelatodes, utpote ab omni maturatione & abscessione alienæ. quando medicationibus, ad hunc effectum acris pellentibus tractantur, in gravia mala conjiciuntur patientes.

15. In abcessu graviore, multum puris continente, materia non simultanee, sed successive evacuanda est, alias fibræ nimis flaccescunt, & Lipothymici facile affectus superveniunt.

16. De inflammationibus *erysipelaceis* turgidioribus illud notatu dignum est, quod *sanguinea* illarum portio non *sola*, sed *tota* stasis simul discutienda sit, alias evanescit quidem omnis calor & dolor, tumor autem valde contumax & discussioni refractarius remanet.

17. Hinc *Spiritus Vini Camphoratus*, quia nimium cito tenuiores particulas discutit, in talibus inflammationibus non simpliciter, sed *croco* saturatus, adhibendus est; vel quando *Camphora* in forma sicca applicatur, remedia serum fundentia & tonum partis restituentia conjungenda sunt, e. g.

Recip. Farin. fabarum, vel secalin.
 Flor. Sambuc. ana Manip. I.
 Rad. Irid. florentin. Drach. II.
 Ceruffæ Drach. III.
 Camphoræ Drach. I. fiant species Sacculo immittendæ
 & applicandæ.

18. *Camphora* etiam maturantibus non inutiliter miscetur, ne affluxus humorum nimis copiose contingat, & dolorem exasperet.
19. *Interno* autem usu exulent hic camphorata, effectum enim resolventem & discutientem, quem *externe* præstant, nullo modo interne producant, sed potius sanguinem concitant, & calorem augent; quod etiam de aliis calidis & acrisibus sentiendum. e. g. Gummi-resinis, Galban. Myrrh. &c.
20. *Saturnina* ad inflammationes ipsas, præsertim insigniores, minus commendantur; quia illorum abusus ulcera inducit maligna, quæ vulgo ersticte Schaden / Todten-Brüche / vocantur. vid. D. D. Stahl's Theoria pag. 1286. eminus autem circa ambitum applicata, pro *defensione* valere possunt, sed camphora semper addenda.
21. Sunt qui ad inflammationes, præcipue internas, commendant *dentem apri ppt. Maxillas Lucii piscis*, imo universa capitis illius præparata; sed optandus potius est quam expectandus ab illis specialis effectus.
22. Semen autem *Cardui Marie* ad pectoris inflammationes specifica efficacia præditum esse (si integrum seu totum, non sola medullaris substantia, exhibeatur) experientia satis est confirmatum. *Conf. Tab. de Pleuritis & Peripneumonia.*
23. In *sphacelo* metuendo, actu autem nondum præsentem, ad discussionem & roborationem partis immediate affectæ, *oleum Cinnamomi* apud Recentiores peritos in magna laude habetur.
24. *Calore leni* pars affecta, præcipue tempore suppurationis, semper fovenda est, ut particulæ sulphuræ, agiliores per transpirationem possint eliminari. & coagulata substantia in majore laxitate conservetur; unde & formulæ tepide applicari debent.
25. *Frigus* autem & siccum & humidum discussioni præjudicium ad-

Herne

adfert, & corruptioni tempus a:que materiam suppeditat.

26. Quando post contusionem aut aliam violentam causam, magna sanguinis collectio, cum tumore tactu *mollis*, contingit, tum absente adhuc inflammatione, proximum est, ut incisio & sanguinis collecti evacuatio instituat, quia tales collectiones neque discussionem, neque laudabilem suppurationem admittunt.



TABULA XXXIX.

DE

FEBRIBVS IN GENERE.

I. DEFINITIO.

Febris est Principii vitalis salutare conamen, quo motibus secretoriis & excretoriis, ultra gradum naturalem auctis, ut plurimum tamen satis proportionatis, morbiferam aliquam materiam siue preoccupare siue removere intendit. Hoc sensu commode *febris* vocabulum derivatur ab antiquo *febrnare*, id est, expurgare, specialissime a ritibus illis solemnibus, *febrna* appellatis, quibus domicilia ab *umbris erraticis* defunctorum repurgare intendebant.

II. DIFFERENTIA.

1. Febres differunt ratione *Periodi* seu mensuræ temporis, & secundum hanc differentiam sunt

- a) vel *Acuta*, quæ brevi tempore circumscribuntur, e. g. febris Ephemera, Synocha, Variolæ, Pleuritis &c. Hæ acutæ iterum distinguuntur in

1) *simplices & peracutæ*, e. g. pestilentiales. Item in

2) *benignas & malignas*.

- b) Vel *Chronica*, quæ *longiore* periodo absolvuntur, e. g. febres intermittentes, lentæ, hæcticæ.

2. Febres ratione *ordinis* sunt :
- vel *typica*, quæ progressus suos & universam periodum conveniente ordine servant;
 - vel *erratica*, quæ nullum constantem typum servant.
3. Porro febres sunt
- vel *continentes*, quæ eodem, quo invadunt tenore, ad finem usque perdurant, sine intermissione & remissione, e. g. *Ephemera simplex* & plurium dierum, item febris *Synocha*, seu *continens κατ' ἐξοχήν* dicta.
 - vel *continua*, quæ singulis diebus ab exacerbationibus suis paululum quidem *remittunt*, ad plenariam tamen intermissionem non perveniunt, e. g. febris quotidiana continua, seu catarrhalis, quæ vespertino tempore ordinarie paroxysmos suos format, ante meridiem autem *mitius* affligit.
 - Intermittens*, quæ post intervalla unius vel plurium dierum novo deinde impetu insultant, e. g. intermittentes quotidiana, tertiana, quartana.
4. Ratione *temporis* febris consideratur, num sit *maxè acuta*
- Vel in *Principio* & *ortu*;
 - Vel in *Incremento*;
 - Vel in *Statu*;
 - Vel in *declinatione*.
5. Differunt porro febres ratione *causarum*, & secundum hanc differentiam sunt
- Vel *sanguinea*, in quibus Natura plethoram imminuere intendit, e. g. in febribus continentibus.
 - Vel *biliosa*, quæ post insignem iracundiam & bilis largiorem effusionem proveniunt, e. g. febris cholericæ causus.
 - Vel *mucosa*, per quas pituitosa, mucida, serosa materia e corpore proscibitur, quale quid contingit in febribus catarrhalibus.
 - Vel *inflammatoria*, quæ inflammationibus viscerum, & non raro etiam externarum partium *gravioribus* accedunt.
- Hujus census sunt : Phrenitis, peripneumonia, pleuritis, hepatitis, splenitis, nephritis, & febres vulnerariz.
- Lochia'æ*, quæ puerperas post lochia sive imminuta, sive plane suppressa, sive aliam adventitiam causam, infestant.
- f) *Lactæ*

f) *Lactea*, quæ lactis in mammis difficilem ingressum & proven-
tum comitantur.

6. Febres etiam dividuntur in

a) *Essentiales* &

b) *Symptomaticas*; huc pertinent febres *exanthematicæ*, e. g. pe-
techialis, Variolæ, purpurata, scorbutica, item febres ca-
tarrhales, *item febr. vulnerariæ.*

7. Febres iterum distinguuntur in

a) *Simplices*, quæ sibi quasi solis constant, & cum nulla alia febre
complicatæ sunt; & in *a*

b) *Compositas*, ubi febris continens cum continua, vel conti-
nua cum intermittente complicatur, aut intermittens
duplicatur, e. g. Synochus putrida veterum, quotidiana
continua, tertiana duplex. *malignæ benignæ*

*Dist. Gravitas
elestem*

8. Febres pro diversitate *originis, grassationis, locorum & Subjectorum*,
sunt.

a) Vel *Epidemicæ*, quæ ex aëris vel aquæ communi vitio oriun-
tur, & communiter contagiosæ existunt, e. g. petechiales,
seu catarrhales malignæ, Variolæ, Morbilli &c.

b) *Endemiæ*, quæ certis populis & regionibus præ aliis magis pro-
priæ sunt, e. g. febres tertianæ & quartanæ intermittentes
Belgiæ quasi propriæ existunt.

c) *Sporadicæ*, quæ ex individuali causa hunc vel illum hominem,
hoc vel alio loco infestant, e. g. febres *cholericæ - causodææ*
post insignem iracundiam: *intermittentes* ob vitium in pri-
mis viis, vel circa easdem: *inflammatorie* post insignem
corporis exagitationem & haustum frigidum. *Pre calente*

9. Denique febres ratione *indolis*, sunt vel

a) *Legitime*, seu regulares, quæ consueta anni & dierum tempo-
ra observant, & solito tempore finiuntur; vel

b) *Anomale*, irregulares, nothæ, quæ nulla certa tempora, nul-
lum typum, & nullam periodum constanter formant, &
insolitatis symptomatibus complicatæ sunt.

Item vel

a) *Benigna*, quæ mitius se gerunt, e. g. febres intermittentes; e
febris *acutis benignæ* dicuntur *resolutorie* seu *continentes* &
viscerum *inflammatorie*. Bene autem notandum est, quod

inflammatoriz, si exitum spectemus, a malignitate februm pestilentium parum differant, & ita hoc intuitu minime benignæ dici mereantur. Quoniam autem non contagiosæ sunt, uti malignæ, & non nisi uni, quem exercent, periculosæ, benignarum nomine adhuc venire possunt.

- b) *Malignæ*, quæ gravioribus ut plurimum symptomatibus stantur, & vel lethalem eventum adferunt; vel si omnino superentur, labem tamen viscerum facile post se relinquunt. Hujus census sunt febres Epidemicæ multæ. *Conf. Cautel. 33.*
- c) *Per malignæ*, seu plus minus pestilentes, quæ præcipiti insultu invadunt, & plurimos paucis diebus ad tumulum comitantur. Huc pertinet *Pestis & sudor Anglicanus.*

III. SIGNA.

1. *Motus sanguinis progressivus auctior, a pulsu celere & frequente dignoscendus.*
2. Hunc auctiorem motum pressis vestigiis sequuntur caloris augmenta.
3. *Motus tonicus modo relaxatur, modo constringitur.*
4. Unde aspectus faciei modo est rubicundus & turgescens, modo pallidus & evanidus.
5. *Sitis plus minus intensa.*
6. *Abstinencia a cibis.*
7. *Somni neglectus.*
8. *Animi morositas, sollicitudo, sensibilitas, minor dispositio ad negotia consueta.*
9. *Notabilis virium jactura & impotentia ad voluntarium motum.*
10. *Dolorum qualiscunque sensatio.*
11. *Respiratio anxiosa & suspiriosa.*
12. *Sudoris proventus, a nulla facile febre excludendus.*
13. *Urina conspicua mutatio, non modo coloris naturalis in exaltationem, sed etiam consistentiz ordinariæ in copiosiore, & magis saturatam.*

Denfiozem

IV. SVBJECTA.

1. Febres sine discrimine omnem quidem sexum, ætatem & corporis habitum infestant.
2. *Sexus tamen virilis facilius illis obnoxius est, quam sæminus.*

3. Sic etiam ætas activior, junior virilis, satis florida, præ alia minus tali.
4. Item Sanguineo-Cholericis, vel Cholericis - Melancholicis.
5. In specie personæ, evacuationibus sanguinis vel aliis excretionibus antea adfuetæ, & jam ab illis liberæ viventes.
6. *Infantes* magis ab acutis, quam intermittentibus febribus corripiuntur.
7. *Bruta*, sicut in genere non ita facile morbis obnoxia sunt, ut homines, ita minime omnium *veriores* febres incurrunt; quæ observatio usum pathologico-practicum suppeditat.

V. CAUSÆ.

1. *Causa febrium efficiens* est Principium vitale, seu Anima, conservationi corporis sui organici intenta.
2. *Causa materialis proxima*, propter & contra quam motus tales febriles suscipiuntur, est materia aliqua, quæ mixtionem sanguinis & reliqui corporis, intima corruptione fermentativo-putredinosa evertere potest.
3. *Causa materialis remotior* est plethora, & quoniam Principium agens principii obstat solet, & non semper exspectat, donec materia vires tales nocendi manifestas acquisiverit, non mirum est, quod simplex sæpe plethora pro noxia materia reputetur, & Naturæ sufficiat, ut contra eandem febrilibus motibus insurgat: plethora enim facile stagnationem, stasim & corruptionem inducere valet.
4. *Causæ occasionales & procatarticae* sunt:
 - a) Concoctio sanguinis nimia, & per hanc orgasmus ejus, seu expansio.
 - b) Vehementes refrigerationes.
 - c) Cibi coctu difficiles.
 - d) Porus spirituosus.
 - e) Vigiliæ nimis præter consuetudinem.
 - f) Excretionibus adfuetæ suppressæ, sive *sanguinea*, sive quæcumque alia, præcipue hæmorrhagia *navium*.
 - g) Consuetudo non minimæ est efficacis ad febres revocandas.
 - h) Contagium.
 - i) Animi pathemata, quæ præ omnibus facile primatum obtinent.

5. Exulenti itaque variz cauz fictitiz, e. g. accensionis *flammula cordis, scintillarum* per latifundium sanguinis oberrantium, *explosionis* corpusculorum Nitrosorum, item *nude* Recentiorum *fermentationes*, quas Antiquorum *putredini* substituerunt.

VI. PROGNOISIS.

1. Febrium *effectus* semper est salutaris, *eventus* autem sarpissime irregularis, vel plane lethalis, idque magis individuali, quam essentiali febrili culpa; nempe impedito febris decursu & morbis aliis accedentibus. Ita non a febre, sed *cum* febre intereunt.
2. Longissime tamen *pauciores* febribus *morimur*, quam iisdem *infestantur*.
3. Febres frequentissime salutariter decurrunt sola abstinentia, quiete, & spontaneis evacuationibus, sine ullis medicamentis; quz, si incongrue adhibeantur, stas excretionibus turbant, & felicem exitum intervertunt.
4. *Declinatio*, seu exitus febrium salutaris, fit vel cito & simultanee, quod *Crisis* appellatur, & maxime in acutis locum habet; vel contingit successive, quz terminatio *Lysis* vocatur, intermittentibus familiaris.
5. *Crisis*, quando contingit, est vel *exquisita*, quz omnium familiarissime fit per *eccrisin* copiosam, simultaneam; vel *minus exquisita*, quz succedaneis debitis excretionibus, inprimis tamen *die critico*, negotium absolvit.
6. *Crisis exquisita* nulli febrim propria, nedum perpetua, *minus exquisita* nunquam abest sine anomalia.
7. *Criticz* hz evacuationes, sufficiente quantitate provenientes, adferunt momentaneam euphoriam, & animi, antea summe anxii, alacritatem.
8. Nulla febris unquam restituitur sine omni *sudore*, aut *mutatione urine*. *vid. Problemata febrium D. D. Stahlis.*
9. *Sudor* in nulla febre sub *initium* provenit, circa *statum* autem, vel senescente illo, sudores spontanei, aut aliz extrusiones ad peripheriam corporis erumpunt.
10. In nulla febre sudor fluit sub *ἀκμῆ* *zstus*, sed quando hujus impetus remittit; sin secus, symptomaticus, inutilis, imo noxius est. *ibidem.*
11. Sudores justo tempore provenientes, & *justa moderatione* fluentes, euphoria subsequitur.

12. Retardationes autem augent gravitatem, lassitudinem, artuum, protrahunt morbum, & febres *typicas in lentas* transmutant.
13. *Urina* mutatio, si nulla contingat, nec calor ordinarium gradum superet, valet commune illud assertum: *Urina sana, pulsus sanus, aeger moritur.*
14. Omnis febris, in corpus male dispositum ingruens, viribus jam aliunde exhaustis, facillime anomalizat.
15. Abjectio *animi* in febribus, eaque præter consuetudinem patientis, optimi non est ominis.
16. Si causa materialis in febribus exigue molis sit, & præcipue ad corruptionem putredinosam inducendam prona existat, malignitatis accusanda est.
17. Per febres diuturnas & lentescentes temperamentum *sanguinum* facile mutatur in Cholericum-melancholicum, cui animi indoles respondet.
18. Febres stata sua habent ordinarie tempora, nempe
- a) *Tertianæ* intermittentes tempore jentaculi, vel prandii, circa solstitium præcipue vernale, invadunt,
 - b) *Quartanæ* horis post meridiem, circa quartam vel quintam circiter, & in primis autumno, contingunt,
 - c) *Synoche* febres ante crepusculum oriuntur.
 - d) *Biliose* circa ortum solis proveniunt, & post solstitiales existunt.
 - e) *Catarrhales* circa vesperam insultant, & circa æquinoctia prodeunt.
19. Quo magis autem febris aliqua a legitima sua norma deflectit, eo deterior est prognosis; ad minimum
20. Omnis febris in alterius tempora, habitus, ætatis opportunitates incidens, vel in illam degenerat, vel in ejus mores anomalizat. *vid. problemata.*
21. Febres incongruis medicationibus, e. g. adstringentibus, nimis absorbentibus, opiatibus, &c. corruptæ, turbatæ, aut suppressæ, postea autem recedentes, majorem restitutionis involvunt difficultatem, quam febres sibi relicte.
22. Febres, si legitime & salutariter decurrant, novum ut plurimum sanitatis vigorem habent successorem,

*Tropice
liqua
cubryt, et
laban?*

VII. *METHODUS MEDENDI & REMEDIA.*

1. Si unquam alibi, certe in febribus requiritur, ut Medicus sit *Minister Naturæ.*

2. Hæc autem circa *initium & incrementum, preparat, disponit, & fecerit materiam noxiam; in Status vero & sub Declinatione præparatam materiam per convenientia loca excernere & eliminare al-laborat.*

3. In hoc duplici negotio, secretionis nempe & excretionis, Naturæ succurrere, *artis est.*

4. Sed quia de febribus saltem in genere hic agimus, *generalem etiam tantummodo methodum & Remedia generaliora allegare, & specialia specialibus Tabulis subsequen-tibus exhibere, convenit.*

5. Remedia, quæ *Secretioni & præparationi* inserviunt, sunt

a) *Humectantia:* huc pertinent

1) sufficiens dilutus potus ordinarius.

2) Decocta satis nota ex hordeo, C. C. &c.

3) Infusa Théæ, Coffée, non tamen cum lacte, item herbarum & radicum alexipharmacarum, sed temperatiorum.

b) Lentam humorum crassitiam & tenacitatem *resolventia*, cujus census sunt:

1) *Radices* alexipharmacæ temperatæ, & leni simul diuretico effectu præditæ, e. g. rad. Helen. Pimpinell. alb. Vincetox. Gentian. Petasit.

2) *Herbæ* ejusdem efficaciz, ubi præ omnibus *Scordium* laudatur.

3) *Salia absterfiva & digestiva*, ex acido Vitriolico & Alcali fixo parata, e. g. Tart. Vitriolat. Nitrum Antimoniatum, Arcanum duplicatum, item *Tartarea*, e. g. Arcanum Tartari.

c) Acrimoniam Sulphureo - Salinam & tenuem *obundantia & in-crassantia*, qualia sunt:

1) *Absorbentia* ostracodermata, e. g. Conch. ppt. Mater Perlarum ppt. item testæ ovorum, Oculi Cancri.

2) *Nitrosa*, e. g. Nitrum Crystallifatum, Nitrum Tabulatum, seu Lapis Prunellæ.

3) *Subacida*, e. g. Succus Citri, Berberum, Ribium, Tinct. florum Bellidis: E magis acidis, Glyffus Antimonii, Spiritus Vitrioli & Nitri,

4) *Emul-*

- 4) *Emulsiva*, e. g. Emulsio Amygdal. Sem. Card. Mariæ.
6. Remedia *excretions* subvenientia sunt:
- Diaphoretica*, Antimonium Diaphoret. tenerrimum, Bezoard. mineral. Aquæ *diapnoica*, e. g. aqua Scord. Card. Bened. flor. Sambuc. Galegæ &c.
 - Alexipharmaco-duretica*, e. g. Essent. Alexipharm. Stahlî, Mixtura simplex leniter Camphorat.
 - Aluum* leniter expedientia, e. g. Clysteres.
- Hæc tria Remedia evacuantia in plurimis febribus locum habent, sequentia autem in quibusdam saltem febrium speciebus tuto adhibentur.
- Vomitoria*, quæ interdum in intermittentibus conveniunt. *Vid. Cautel.*
 - Laxantia & purgantia.*
 - Vene sectiones*, in casibus & circumstantiis admodum specialioribus. *Vid. Cautel.*

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

- Omnes *vehementes* medicationes in febribus admodum suspectæ sunt, quia Principium vitale ut plurimum placide motus suos febriles administrat.
- Hinc *Vomitoria*, ab aliquot lustris omnibus fere febribus destinata, rarissime & circumspectissime usurpanda sunt.
- Vomitoriæ* enim commotiones non solum ventriculum & reliqua viscera abdominis vehementer concutiunt, sed stringunt etiam vasa, ad caput pertinentia, arteriosa & venosa circa oesophagum, fauces, & collum; unde variz distensiones vasorum, & meatuum, in capite ingruunt.
- Concurrit angustia præcordiorum, anxietas, & insignis virium jactura.
- Et, licet subjecta *evemeta* sint, docet tamen experientia, quod etiam *talia* in febribus acutis ægerrime & laboriosissime sæpius vomant; præcipue si nulla saburra crassior in ventriculo præsto sit.
- Præterea in febribus acutis *legitimis* causa nunquam hæret in primis viis.
- In febribus *biliofis* inflammatoriis hæret quidem causa in primis viis, sed materia ita non est disposita, ut secure semper per vomitum

23 6/12
 endatim
 poffe
 acty
 ubi
 indif

mitum possit evacuari. *Conf. Tabula specialis de febribus biliosis*; neque status inflammatorius, ibi præiens, vehementem talem concussionem tolerat.

8. In intermittentibus Vomitoria, non, nisi tertianis, locum habent, nec ibi necessaria sunt, nam cruditates & saburra ita præparari & disponi per alia remedia possunt, ut sine tali tumultu commodius eliminari queant.

9. *Acriora purgantia* admodum etiam raro in febribus conveniunt.

10. *Vena sectiones* in febribus, sive acutis sive intermittentibus, directe non conveniunt, modo unica febris *synocha* excipiat.

11. *Seta* etiam vena, nisi sufficiens sanguis emissus sit, & regimen placide diaphoreticum subjungatur, facile versus dies criticos congestiones sanguinis ad caput contingunt, unde deliria, *aphthæ*, & alia graviora mala produciuntur.

In magis præparatis
12. Sic etiam præmaturum regimen diaphoreticum, præcipue per calida alexipharmaca, versus paroxysmum, & vigente æstu, institutum, motus Naturæ ordinatos facile perturbat. Conveniunt potius ante & versus paroxysmum temperantia, absorbentia, diluentia, digestiva salia.

13. In omni febre *potulenta* congrua, sufficienter concessa, reficiunt patientem, minuunt æstum, promovent quietem, & faciunt debitos sudores. *Vid. problemata febrium.*

14. *Continentia* quæta circa opportunitates potior est omni medicamento. *ibidem.*

15. *Symptomata* febrium ne deterreant Medicum, multo minus a legitima methodo ad alienas medicationes, essentialibus febrium circumstantiis præjudicium adferentes, illum deducant.

16. Hinc *appetitus* dejectionem & vigilias, præcipue in acutis, nihili faciat: *strim*, quantum sine immodestia fieri potest, largiter sublevet: *inquietudines*, ab impatientia morali ut plurimum multum dependentes, feriis dehortationibus, & pessimorum effectuum denunciationibus, componat.

17. In omni febre *refrigeratio* corporis, & voluntaria, & accidentalis, admodum noxia est. *vid. Problemata practica.*


18. Materia nunquam moveatur, nisi sit mobilis, *ibidem.*

19. In *Asterantibus* parum prædicii hic quærendum est, exceptis aliquo

quo modo intermittentibus, & quibusdam inflammatoriis acutis: *Speratus* enim *alterativus* effectus quàm nimium superatur a manifesta humorum *expansiva* efficacia, quæ plus certe incommodi adfert, quam ille subsidii promittit.

20. Sufficiens *potus* in omnibus febribus injungendus est, cavendo tamen a frigore illius actuali, præcipite ingurgitatione, consistencia spissa & alibili, qualitate illius inebriativa, vertiginosa, flatulenta. Loco ordinarii potus usu esse potest decoctum e rad. Scorzonæ. fol. Veronicæ, flor. tunicæ, aquileg. borragin. bugloss. Meliss. turcicæ, Cort. Citri, Aurant. præsertim recent. cum modico Cinnamom. Cardamom. & momento Sacchari. *in igne min ad p. j.*
21. *Emulsiones* dilutæ etiam conveniunt, sed non e feminibus frigidis dictis, verum ex amygdalis & mundis pineis, paratæ, ad sufficientiam saccharatæ, & aromatica quadam aqua, e. g. Cinnamomi, *ad. v. d. pul. sed.* gratiores redditæ.
22. Alexipharmaca exhibeantur sub exitu Paroxysmi, & tempore, quo acutarum impetus paululum remisit; non tamen proxime versus novum insultum.
23. *Salia volatilia*, e. g. Sal & Spiritus C. C. in febribus acutis a multis quidem annis summis laudibus maculantur, sed varia incommoda, imo pericula fontica inducunt, præcipue tumores œdematosos & tandem asciticos.
24. *Acida* in febribus ita reformidanda non sunt, uti quidam Recentiorum putant, solatio potius veniunt, præcipue sanguineis, in nimio æstu & siti, nominatim Spiritus Vitrioli, Sulphuris, Succus Citri, berberum, tussi autem præsentæ, quæ a Vitriolicis exasperatur, acidum saltem Citri locum habet, præcipue cum Saccharo ad gratiam edulcoratum.
25. *Acida* autem *dulcificata* iisdem effectibus destinare, experientia & ratio interdicit. Crasis, ex hac imaginaria correctione emergens, nondum satis cognitæ est efficacix, & penetrantem fovet adstrictionem.
26. Usus *adstringentium* universæ februm intentioni adversatur, nam secretiones & excretiones apertas poscunt vias, quæ autem ab adstringentibus coarctantur, & hinc ferocia non tantum symptomata, verum etiam in acutis plane funesti eventus inducuntur.

27. In Intermittentibus contumacioribus, ubi materia peccans jam eliminata est, & motus saltem a consuetudine perennant, actiones interim vitales, appetitus, concoctio, somnus, alvus debite sibi constant, usus illorum prudens conceditur.
28. Post febrium, præcipue acutarum, decursum usus Alexipharmacorum per tempus aliquod adhuc continuandus est, quia semper aliquid restat eliminandum.
29. *Specificæ* antifebrilia magis optanda, quam speranda sunt; & licet *Apium* de Cortice *Cascarille* in substantia aut extracto, in febribus, nominatim epidemicis, tempestive exhibito, asseveret, quod medio morbi cursu cito in melius, & secundo vel tertio die in integrum restituti fuerint patientes, dolendum tamen est, quod hoc assertum non ita ubique experientia respondeat.
30. Interea hic cortex egregium tonicum effectum præstat, fovet enim adstrictionem vix sensibilem, saporem aromaticum, & amarorem penetrantem.
31. Nitrum quibusvis temperamentis, præcipue autem cholericis, optime convenit: in forma *liquida* diluta sumtum, alvum lubricat, in *sicca* autem exhibitum acrimoniam sulphureo-salinam egregie obtundit.
32. *Saccharata*, modeste exhibita, non ita rejicienda sunt in febribus, uti quidam e variis vanis suppositis concludunt.
33. Ut ordo sequentium de febribus Tabularum eo magis perspiciatur, sciendum est, quod primo loco *acutæ*, quæ *benignæ* vocantur, positæ sint, nempe febres *resolutorie* seu *consumptorie* & *inflammatorie*. Has benignas deinde sequuntur acutæ *malignæ contagiosæ*. Postea succedunt febres *intermittentes*, item *lentiæ* & *hæclicæ*. Tandem febres *compositæ* hanc scenam claudunt.



TABVLA XL.
DE
FEBRE EPHEMERA
SIMPLICE & PLVRIVM DIERVM.

I. DEFINITIO.

Febris Ephemera est species febrium continentium, *sanguinearum* veterum, qua Natura sanguinem abundantem, sive per sinceram evacuationem, sive per resolutionem in serum, consumere & evacuare intendit, motibus secretoriis & excretoriis, ultra naturalem gradum auctis. Derivatur ab *ἐπι*, *supra*, & *ἡμέρα*, dies. *q̄. d̄. d̄. p̄. unum d̄. s̄. iem & paulo clares.*

II. DIFFERENTIA.

1. Febris Ephemera, quæ etiam Diaria vocatur, est vel *unum* vel *plurimum* dierum, quæ non differunt, nisi tempore durationis, nam Ephemera *simplex* per 24. saltem horas, *plurimum* autem dierum Ephemera per quatuor circiter dies durat.
2. Ephemera hæc *benigna* quam maxime differt ab illa *maligna*, quæ sudor Anglicanus dicitur; sudor quidem, quia naturam per sudorem largum sibi prospexisse, observatum est; Anglicanus autem, quia in Anglia primo initium sumsit, & speciem pestis exhibuit, qua patientes intra 24. horas ad mortem plurimum properarunt.

III. SIGNA.

1. Invadit hæc febris ordinarie *sine* ullo frigore aut horrore, nisi inflammatione interna, vel Variolæ aut Morbilli subsint.
2. Statim cum *est*, eoque continuo, & ad finem febris sine remissione continuante.
3. *Calor* autem satis est tolerabilis, & blandior, quam in febre synocha stricte sic dicta.
4. *Capitis dolores* in nonnullis sunt pulsatiles & punctorii, in aliquibus autem gravativi & obtusi.
5. *Qui* ex haustu frigido in hanc febrem conjiciuntur, *sensum* *pressionis* circa dextrum hypochondrium persentiscunt.

6. *Facies* est inflata & rubicunda.
7. *Lassitudo* membrorum admodum notabilis.
8. *Pulsus* est magnus, celer & frequens.
9. *Urina* tineta, cum rubore saturato, anrantiorum æmulo, roseum deponens sedimentum.
10. In *Diaria simplice* primo statim die *Cottio* in urina apparet. Vid. Foresti observat.
11. Solvitur hæc febris ordinarie placido sudore, rarius autem narium hæmorrhagia.
12. Brevissimæ est periodi, nam, ut modo dictum, *simplex* finitur spatio 14. horarum, si vero quarto demum, vel ad summum quinto die cesser, *Ephemera* plurium dierum vocatur.
13. Somnus vel nullus adest, vel si patientes paululum dormiant, dormire tamen sibi non videntur.

IV. SUBJECTA.

1. Evenit hæc febris communiter junioribus, adolescentibus sanguineo-cholericis, succulentis, ingluviei deditis, *Monachis*, vid. Forestus. *3 in calidioribus viventibus*
2. Qui evacuationibus sanguinis antea assuefacti, e. g. Mensium, hæmorrhoidum vel narium, jam vero illarum suppressionem experiuntur.
3. Qui diuturno corporis exercitio, abusu vini, vigiliis insolitis, mora ad ignem diuturniore, & graviore iracundia, sanguinem in Orgasum concitarunt, vel post sudores repentinum frigus admiserunt.

V. CAUSÆ.

1. *Causa materialis antecedens* est plethora.
2. *Causa proxima* & immediata est exagitatio & commotio plethoræ.
3. *Causæ occasionales plethoræ* sunt
 - a) Emanatio vel suppressio hæmorrhagiarum consuetarum.
 - b) *Lauta dixta* & otium.
4. *Causæ occasionales turgescentiæ* sanguinis seu exagitationis plethoræ sunt
 - a) Vehemens corporis exæstuatio, ardor solis.
 - b) Nimius potus vini vel aliorum spirituosorum,
 - c) Incandescencia animi.

d) Ni-

d) Nimirum vigiliz.

e) Præpostera regiminum suderiferorum administratio.

f) Incondita refrigeratio vel haustus frigidus corpore calente.

VI. PROGNOSIS.

1. Febris Ephemera præcipue simplex, sibi relicta, lenior est, & sola continentia quieta, cum potu sufficienter diluto salutariter plerumque succedit.
2. Sponte sua, sine auxilio Medici, largiore sudore ut plurimum solvitur.
3. Si autem incongruis Medicamentis tractetur, vel malo regimine turbetur, sive in *lentam* transire solet, sive in *synocham* stricte dictam, imo inflammatoriam febrem potest præcipitari.
4. Urina & sudor si bene succedant, spes est *brevis periodi*.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. Generalis.

1. Sanguis, in Orgasmo constitutus, est temperandus.

a) In *Cholerico* per Nitrosa, Temperantia, & Diluentia, item per Antimonialia fixa, & hæc quidem in parca dosi adhibita.

b) In *sanguineis* per acida, v. g. succum Citri, Clystum Antimonii.

c) Cuivis temperamento convenit potus sufficiens tepidus, & per acidum Citri acidulatus. *unonata. & fringui de coel. CC. & malum. Oliv.*

d) Item huic scopo inserviunt Julapia, Emulsiones, serum lactis, pitæanz coctæ, quæ etiam stases sanguinis inflammatorias præoccupant.

2. Successus sudoris, quem natura intendit, justo tempore, & placide, est promovendus; quod obtinetur

a) per potiones ex aquis destillatis diapnoicis paratas, e. g. Aqua Scabiosæ, Scordii, Card. Ben. Flor. Samb. Ulmar. Galeg. Plantag. cum absorbente & momento Antimonii Diaphoret. combinatas.

b) Per potum aquæ calidæ, hodie usitatum, Théæ vel Coffeæ. *vinum.*


B. Specialis.

1. In febre Ephemera simplice auxilium Medici non facile requiritur, sufficit enim plerumque tranquilla continentia; quod si vero fiat, tum

2. Interdium usurpentur pulveres Nitroso-temperantes, e.g.
Rec. Nitr. depurat. Ocul. Cancrī, acido Citri saturat. ana Drach.
II. Antimon. Diaphoret. Drachm. I. M. Dos. Scrup. I. ter per
diem.
3. Versus noctem vero, (quo tempore plerumque sudor subsequi so-
let) jungantur potiones Diapnoicæ, jam modo descriptæ.
4. In Ephemera plurium dierum eadem est methodus, per plures
dies continuanda.
5. Sub exitu febris lenia Laxantia adhibeantur, e.g. e Rhabarb. fol.
Sennæ & Passulis, nam, primis viis hoc modo depuratis, appe-
ritus & vires restaurantur.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. In febre Ephemera a Medicamentis sudoriferis & coactis regimi-
nibus, irem etiam a calidis Alexipharmacis abstinendum, sum-
mas enim anxietates, imo sudores colliquativos, producunt.
2. Hinc quando omnino Alexipharmaca adhibenda censentur, sint
illa temperatissima. *vg. Gent. Pimpinell. Alb.*
3. Prius autem in usum non trahantur, quam si excretio halituoso-
sudorifera legitimo tempore non succedat.
4. *Vene sectio* in Ephemera, præcipue simplici, supervacanea est.
5. Febris Ephemera quando in lentam vel hecticam degenerat, hi
morbi consequentes genuinæ methodo facilius cedunt, quam
si e Scirrhis vel ulceribus viscerum propullularunt. Convenit
autem in tali casu, lenia Laxantia Anti-febrilibus interponere.
6. *Absorbentia* marina Orgasmm sanguinis temperant, materiam e
dissoluta illius compage secedentem incrassant, & per vias uri-
narias educunt.
7. Dixta omnibus febribus communis, probe est observanda, præ-
cipue continentia quoad corpus & animum quieta,



TABULA XLI.

DE
FEBRE SYNOCHA
 Seu
 Contingente κατ' ἐξοχήν dicta,

I. **DEFINITIO.**

Febris synocha est species febrium continentium, sanguinearum, qua Principium vitale plethoram imminuere intendit, sive per sinceram narium hæmorrhagiam, sive facta resolutione per sudorem, motibus secretoriis & excretoriis ultra consuetum gradum auctis. Derivatur a συνεχω, contineo.

II. **DIFFERENTIA.**

Febris Synocha est vel

1. *Simplex*, quæ in nostris regionibus satis raro occurrit; vel
2. *Composita*, ubi continens cum febre continua complicatur; quæ a veteribus Synochus *putrida* appellatur, & multo frequentior est quam simplex. *vid. Tabula de febribus compositis, & Cautela.*

III. **SIGNA.**

1. Convenit quidem febris Synocha quoad signa cum Ephemera, præcedente Tabula tradita, in eo, ut sine frigore invadat; æstus autem, sitis, languor & reliqua Symptomata in Synocha gravius urgent.
2. Occurrunt enim anxietas, oppletivæ, suspiriosæ, suffocativæ angustis.
3. Item *dolores* capitis lancinantes, rubor faciei & oculorum, tinnitus aurium, vertigines, jectigatoris inquietudines.
4. Quibus *mentis* motiones intercurrunt.
5. *Urina* est rubicunda, pellucida, & ante quartum diem mutationem vix subit; sub ipsa autem mutatione sedimentum offert incarnati coloris.
6. Alvi siccitas est familiaris.
7. Conjunguntur tensiones dorsi & artuum spasmodicæ, molestissimæ, tam in principio exacerbationum, quam in illarum mitigatione,

*Altera
 Communis
 nota. 28
 lib.*

8. Septimo plerumque die terminum suum invenit hæc febris, prodeuntibus in *juniore* ætate hæmorrhagiis narium, in *seniore* vero sudoribus largis.

IV. *SVBJECTA.*

1. Febris Synocha eadem Subjecta, quam quæ Ephemera, occupat, nempe plethorica & succulenta.
2. Temperamenti sanguinei, vel sanguineo-cholerici.
3. Ætatem mediam, adolescentem.
4. Præcipue personas evacuationibus sanguinis assuetas.
5. Tempore plerumque vernali & æstivo.

V. *CAVSÆ.*

Synocha febris etiam quoad causam cum febre Ephemera convenit, nempe

1. Causa *antecedens* est plethora.
2. Causa *proxima* immediata est Orgasmus sanguinis abundantis.
3. Hic Orgasmus inducitur causis occasionalibus sequentibus,
 - a) Vehemente corporis exagitatione.
 - b) Abusu potus spirituosus ad ebrietatem usque.
 - c) Nimiis vigiliis, *insuebit*.
 - d) Iracundia.
 - e) Sudatione nimia coacta & medicamentis calidis.
 - f) Immodica corporis refrigeratione, vel haustu frigido, corpore calente.
4. Plethoram autem ipsam causas solent
 - a) Hæmorrhagarum naturalium suppressio, & artificialium neglectio, e. g. Mensium, Hæmorrhoidum, Hæmorrhagiarum narium, Venæ sectionum.
 - b) Diæta superflua & vita otiosa.

VI. *PROGNOSIS.*

1. Febris Synocha *per se* non est adeo periculosa.
2. Et quando Hæmorrhagia Critica vel sudor septimo die legitime contingit, optimæ successione spes est.
3. Si vero excretio illa critica non succedat, congestiones tamen adsint, *junior* ætas facile Phrenitide & convulsionibus agitur; adultior autem affectus soporosos incurrit.
4. Szpissime etiam increbescit plenitudo pectoris anxia, anhelosa, suffocativa, cum succedente in *principio* Peripnevmonia, in *in-*

cremento autem anginosa stagnatione & inflammatione.

5. Crisis hæmorrhagica quando in nonnullis excedit, vires notabiliter quidem consumuntur;
6. Adstricta autem hæmorrhagia multo graviora damna infert, nempe Hæcticas, Cachecticas, Hydropicas, valetudinarias viscerum obstipationes.
7. Hæmorrhagiam criticam antecedunt
 - a) Narium strictura aut pruritus.
 - b) Dolor capitis, intensior.
 - c) Rubor faciei & oculorum.
 - d) Horum quoque siccitas, aut humiditas lacrymabunda.
 - e) Aurium tinnitus, susurrus.
 - f) Imo ipsius mentis perturbatio, quæ etiam evenire solet ante eruptionem sudoris critici, ubi simul
 - g) Die *indicatorio* punctio & pruritus sub cute, imminutio urinæ, inquieta jectigatio, & abdominis inflatio præcurrunt.
8. Si quarto die sanguis e naribus stillare incipiat, die septimo, nisi turbetur Natura, Hæmorrhagia certissime redibit.
9. Quærelæ de summa anxietate præcordiali omen præbent insaufitum.
10. Non minus etiam nimia inquietudo, excretio macularum nigrarum vel fuscæ, involuntaria Lacrymarum emissio, nulla a somno resectio.
11. In sanguinis constitutione *crassa* facilis est transitus in febrem lentam, hæcticam aut tumores.
12. Si intra primum septenarium non terminetur Synochus, nubes tamen in urina cocta appareant, & semper apparuerint, circa secundum septenarium febris solutio speranda adhuc est.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Causa *continens* hujus febris, nempe plethora, removeatur per Venæ sectionem, sub initium morbi instituendam, nempe antequam urinæ coctio appareat.
2. Deinde Orgasmus sanguinis & motuum vehementia moderetur, æqualis sanguinis distributio atque resolutio promoveatur per Temperantia, Præcipitantia & Nitrosa, item per potum sufficientem, Acido Citri vel Clysto Antimonii acidulatum, & per

Julapia, Emulfiones, serum lactis, per Diaphoretica fixa cum aquis Diapnoicis sub febre Ephemera commendatis combinanda, per febrifugum *Kergeri* e Cryftallis Tartari & Coralliis paratum, per regimen leniter Diapnoicum.

3. V. g. horis ante meridiem exhibeatur pulvis fequens: Rec. Matr. Perlar. ppt. Nitri depurat. ana Unc. femis, Bezoard. Mineral. Drachm. II. M. Dos. Scrup. I.

4. Horis vero post meridiem fequens exhibeatur Mixtura: Recipe aquz Scabiof. Card. bened. Scorzoner. Scord. ana Unc. II. Antimon. diaphoret. Scrup. I. Conch ppt. Scrup. II. Succ. Citr. Unc. femis M. Dos. Ccchlear. II. post quatuor horas repetenda.

addat Syr. adgruor.

5. Dixta tranquillz continentiz, fufficientis tepidi potus, & caloris moderati fimul injungatur.

6. Alvus, fi obftructa, per clyfteres modefte aperiatur. *z jaular. Thom. Caut. amara.*

7. Sub declinatione morbi primz viz leniter evacuentur.

VIII. CAUSE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quod in Ephemera ratione Alexipharmacorum calidorum monuimus, hic omnino repetendum eft, ad inflammationes vifcerum przcavendas.

2. Imo Temperata etiam Alexipharmaca in febre Synocha, fi venz fectio przcefferit, reponantur.

3. Quando autem venz fectio non inftituta eft, tum pofitiva Alexipharmaca, Temperata tamen bis de die, nempe sub ingruente & media nocte, fine regimine, adhiberi poffunt, e. g. Efflent. Alexiph. Stahlii vel Mixtura simplex gutt. XX. XXX. interpofitis per reliquum tempus pulveribus Nitrofo-temperantibus.

4. Refrigerantia & adftringentia, *venâ non feclâ*, improvide adhibita, translationes ad fauces, & ftases ferofo-mucidas relinquunt, cum febre lenta, alexipharmacis & refolventibus colliquantur.

5. Tincturz Bezoard. officinales, utpote calidz & Opio infuper inquinatz, quovis modo in hac febre rejiciuntur.

6. *Venz feclio* fi post coctam urinam inftituatur, ubi natura jam ad motus fecretorios & excretorios materiam difpofuit, graviores hæmorrhagias inducit, vel, fi hæ emanent, fequuntur deliria, aut Symptomata foporofa.

7. Prostant enim exempla, ubi post coctam urinam venæ sectio, & deinde refrigerantia adhibita fuerunt, quod die critico mortui sint patientes.
8. Quemadmodum venæ sectio in Synocha *simplice* admodum commoda, eoque commodior est, quanto magis cruda, limpida, minusque rutila observatur urina, sic nullius et contra usus in Synocha *putrida*, vel in simplice ad *statum* jam progressa, sæpe enim postea Recidivam infert, vel odiosam postulat repetitionem.
9. *Aluum* irritare non convenit, bene vero, modeste eam lenire, sub exitu autem febris depuratio primarum viarum per Rhabarbarina, ad appetitum & vires restaurandas, egregie convenit.
10. *Salia volatilia* tumores Cachecticos facile post se relinquunt.
11. *Opiata*, pro capitis doloribus sedandis adhibita, deliros furoros, Comata, Paralyfes, inducunt.
12. *Angine*, quando superveniunt, succurrendum est per Gargarifmata, additis pro majore adstrictione rad. Tormentill. terra Catechu, Alumine crudo, cum venæ sectione in brachio, & sub lingua deinde repetenda. Reliqua *vid. Tabula de Angina*.
13. *Vinum* in hac febre improbat. Regimen licet coactum esse non debeat, perpetua tamen transpiratio promovenda & aëris accessus præcludendus est.
14. *Hæmorrhagia Critica*, si nimia videatur, caute tractetur, duo enim circiter pondera Medica sine vitæ periculo in hac excretionem perferri possunt. *vid. Tab. de Hæmorrhag. narium*.
15. Ceterum rariores esse, in nostris climatibus, febres *simpliciter* continentes, in praxi bene notandum: nam propter spissitudinem sanguinis abundantis nostrates longe proniores sunt ad rheumatico-inflammatorias stases, & hinc ad typos febrium magis *continuos*.
16. Hæc est ratio, quod febres continentes cum continuis sæpissime apud nos complicentur, & ita ordinarium schema in mixtum aliquod transmutent; quæ res summa attentione indiget, quia multi ibi motus sibi contrarii reperiuntur.
17. Et quia *Urine* sub his febribus compositis fætido sedimento conspicuæ sunt, Veteres præfigurarunt sibi corruptionem putredinosam, & hinc febres *putridas* illas vocarunt. Plura de his sub febribus compositis infra dicemus.

TABULA XLII.

DE

FEBRIBVS BILIOSIS, B

Nempe

FEBRE CHOLERICA, ET CAUSO *seu**Febre ardente.*

I. DEFINITIO.

Febres bilioſæ ſunt ſpecies febrium acutarum, continuarum, ſymptomaticarum, originem ducentes a commotione bilis, præcipue *effuſoria*, tempore quo cibi in ventriculo & inteſtinis fermentefcentes reperiuntur.

II. DIFFERENTIA.

1. *Cauſus* differt a febre *Cholerica* duobus præcipue ſignis pathognomonicis.
 - a) *Gradu*: Cauſus enim multo acerbior & periculoſior eſt, quam febris cholericæ.
 - b) *Excretionibus*: in *Cholerica* febre excretiones bilioſæ, modo per vomitum, modo per diarrhæam, modo *διωξ & κάρω* ſimul, obveniunt, in *Cauſo* autem materia illa noxia concluda potius detinetur. Reliquæ differentiæ e *ſignis* ſubſequentibus eluceſcent.
2. Antiqui ad febres bilioſas etiam tertianam intermittentem & continuam referebant; illam quidem ſine ratione, hanc autem non ſine omni fundamento: nam bilis, circa primas vias collecta, pro materiali, licet accidentali, ejus cauſa habenda eſt.
3. Differt tamen *bilioſa* noſtra a tertiana *continua* in eo, quod illa *quotidie* exacerbationes paroxyſmorum, hæc autem poſt unius diei intervallum, & ſtatis magis horis, eaſdem habeat.
4. Ad differentiam magis nominalem quam realem pertinet, quod, ſi materia in *Cauſo* concluda, ventriculo, duodeno, vel ſimæ hepatis parti, inflammatione n̄ jam induxerit, febris *Lipyrria* a *λεῖπυρρία* & *πύρ*, vel *Affodes*, ab *ἀσσοδομαι*, naſceo, & *είδος*, forma, vocetur.
5. Differt febris cholericæ a diarrhæa cholericæ ſimplice, cholera hu-

*e relinquo
ignis*

mi-

mida dicta, ubi nulla febris adest, & biliosa tantum saburra excernitur; quamquam negari nequeat, quod, si negotium hujus excretionis impeditus succedat, febris facile accedere possit. *vid. Tabul. de Diarrhœa.*

III. SIGNA.

1. Generalia.

- a) *Anxietas* notabilis, & plus minus distincta cardialgica pathemata, scilicet angustia & ardor circa præcordia.
- b) *Æstus* quam maximus, præcipue oris interni & faucium, cum fiti intolerabili.
- c) *Agrypnia* fere continua, aut sub levi somno anxie phantasia, motus artuum pavidus, & semi-convulsivi.
- d) *Animi* impatientia, taciturnitas, fastidium, indignatio, mentis aberrationes, & ad deliria furiosa proclivitas.
- e) Accedunt sæpius *prunellodes* faucium, & linguæ ardores, siccitas etiam harum partium ad fissuras usque increbescens.
- f) *læterodes* oculorum, vel totius cutis decolorationes non raro superveniunt.
- g) **Quo** magis hæc febres inolescunt, eo frequentius horripilationes post levissimam refrigerationem oriuntur, madores etiam roridi, anxii, & quasi perpetui, sub exigua autem membrorum denudatione statim frigidi observantur.

2. Specialia.

a) *Febris cholericæ*, stricte dictæ.

- 1) Languor universalis, ardor & angustia circa præcordia, cum fiti immodica.
- 2) Præcedit, aut communiter subsequitur, vehemens, horrida *refrigeratio* corporis, quam excipit immediate *æstus* gravissimus, & eximius capitis dolor.
- 3) Pathemata hæc circa præcordia, nisi intra unum vel alterum diem dissolvantur, quod tamen post insigne frigus raro contingit, tum notabiliter auferunt, & erumpunt denique in conatus & actus *vomendi*.
- 4) Evomunt materiam causticam, biliosam, fauces arrodentem, excoriantem, raucedinem inducentem, dentes stupefacientem, & cum pavimento calcario aut nuda terra effervescentem.

- 5) *Vomitus* hic nisi perquam mature superveniat, & hanc materiam statim eliminet, concurrat communiter *diarrhœa* biliosa, & tenesmodos irritativa, ad ani usque erosionem.
- 6) *Cardialgica* & *Synoptica* fit hæc febris, quando conatus, varie intensi, parum aut ægre aliquid eliminant, magisque ad superiora quam inferiora tendunt.
- b) *Febris ardentis*, seu *Causi*.
- 1) Prælibavimus generalia, videlicet anxietatem, ardorem præcordiorum, horrorem insignem, cum insequente æstu vehemente.
 - 2) *Sitis* in Causo longe major & inexplebilis est, hinc *clamosa* dicta; cui si patientes largioribus, & insuper frigidis haustibus subvenire velint, Cardialgico - Lipothymica mala superveniunt.
 - 3) *Alvus* sicca & fere adstricta est, nulla quoque ad vomitum propensio observatur.
 - 4) *Urina* subrusta, interdum plane flammea, pauca, crassa, post moram turbida, rosea cum sedimento ejusdem coloris, & non ita raro cum flavedine mixta.
 - 5) Adest interdum actualis circa præcordia dolor, & ita sensibilis, ut ne contactum quidem hujus regionis ægri perferre queant; qui dolor versus dorsum nonnunquam extenditur.
 - 6) Prævalente morbi impetu succedunt communiter Cardialgicæ graves syncopicæ, deliria, convulsiones.

IV. SUBJECTA.

1. In genere sunt homines calidioris genii, ante, sub, vel post ciborum assumptionem ira commoti, quando superingerunt potum frigidum, sæculentum, cerevisiarium, spirituosum, cibos dulces admodum & fermentescentes, mellita, fructus horzos, vel etiam illo tempore repentinx refrigerationi se exponunt.
2. In specie febris cholericæ invadit magis cholericos, & cholericofanguineos, dixit acriori & calidæ deditos, vino abutentes, immediate ante vel post cibum assumptum irascendi occasionem nactos.
3. *Causus* autem communiter affligit cholericomelancholicos, aut fan-

sanguineo-melancholicos, qui ad iram satis quidem proclives sunt, sed illam dissimulare solent, & præterea ad siccitatem alvi inclinant.

V. CAUSÆ.

1. Causa antecedens *remota* est bilis excrementitiæ copia.
2. Causa antecedens *propior* est effusio bilis in intestinum duodenum copiosa & impetuosa; præcipue illo tempore, quo cibi & potus fermentescentes in ventriculo & intestinis præsto sunt.
3. Causa materialis *proxima* & immediata est acrimonia penetrantissima, acido-corrosiva, ex ejusmodi copiosæ bilis cum cibus aciescentibus confermentatione prognata, quæ, intestinum & ventriculum arrodendo, ac inflammando, humores lymphales circa hæc loca in tenacem spissitudinem coagulando, provocat reliquorum humorum directionem & affusionem ad loca periculantia, ut materia illa rebellis & noxia resolvatur, & per viscerum horum varias motitationes exprimitur. *nam ad*
4. Causa *formalis* est motus humorum & partium auctior, ad resolvendam & eliminandam talem materiam, a Natura institutus.
5. A motu *humorum* auctiore dependet pulsus celer, frequens, & caloris incrementum.
6. A motu autem *partium*, excussionem respiciente, nascuntur presorpii, palpatorii, angustantes & spastici effectus, tum *intus* circa præcordia, ventriculum & intestina, tum *exius* circa peripheriam per consensum.
7. Causa procatarctica est, quidquid excussionem, vel simplicem affusionem bilis, in intestinum duodenum concitare potest.
 - a) *Excussionis* causa præcipua est iracundia.
 - b) *Affusionis* autem causæ sunt edulia fermentescentia, potus ejusdem indolis, & reliqua in *Subiectis* jam nominata; quibus autem Saccharum injuriâ accensetur. *in moderata dose.*

VI. PROGNOISIS.

1. Febres biliosæ, maxime Causus, periculo non carent; imprimis si jam per aliquot dies invaluerint. Hinc Hippocrates libro II. de morbis Causum febrem *lethiferam* appellat.
2. Nisi remedia, admodum convenientia, accedant, hæc febres difficulter bonum finem attingunt, & sic ad paucos illos affectus possunt referri, in quibus autocratia Naturæ arti aliquo modo cedere cogitur.

3. Perturbata Naturæ deliberatio, hæsitatio & fluctuatio primaria causa est, quod febres hæc communiter ita periculose decurrant, dum motus non tempestive suscipit, nec constanter profequitur.
4. Optimæ terminationis sunt, si materia mature & copiose sursum ejiciatur, quo magis autem ad inferiora tendit, eo manifestior & fortior concurret motus febrilis.
5. Si autem materiæ biliosæ sub variis conatibus exigua saltem portio, & hæc ægre quidem excernatur, magisque ad superiora tendat, facile cardialgiæ syncopiticæ, & singultus superveniunt.
6. Motus enim ancipites & titubantes, quando citra sufficientem excretionem contingunt, tum materia, intus conclusa & agitata, internas inflammationes erysipelaceo-ulcerosas, seu spha-celosas etiam superficiales, intestini duodeni, pancreatis, hepatis, mesenterii, diaphragmatis, pessimi & plerumque funestissimi eventus causatur.
7. Et licet tandem versus dies criticos materia in Causo evacuetur, non facile tamen pessimus effectus, ab illa inductus, tollitur: Unde jam Hippocrates observavit, quod in hac valde acuta febre funestum esse soleat, si quinto vel sexto die biliosa varii tetri coloris materia rejiciatur.
8. Ubi autem vomitus multæ bilis, modo non male coloratæ, sine diarrhœa, procedit, ibi minoris periculi affectus censendus est, quam si diarrhœa simul concurret.
9. Sic etiam alvus sicca, præcipue in statu, semper periculosior est, quam nimia illius solutio.
10. Hæc febres, inprimis cholericæ mitior, si per præcipitantia, stomachica, acida, leviter mitigatæ fuerint, transeunt facile in lentas, cum majore virium & appetitus prostratione, somno paucio, siti multa, aspectu inter audacem & meticulosum fluctuante; quæ tandem in bellicam transmigrant.
11. Hæc, quando pro phthisi reputata traumaticis tractatur, sit immedicabilis apud sicciore, in tumidis autem subjectis sequuntur ascitici tumores, & œdemata inferne, superne vero tabes exoritur.
12. Quo magis delirium in biliosis hisce febribus adest, & continuat, eo periculosior est morbus.

13. Dolores & ardores, si repente cessent, æstivique frigus succedat, invalescente virium dejectione, angustis, anxietatibus Lipothymicis, sphaeli infecuti haud obscura indicia adsunt.
14. Febres ardentes summe sensibiles reddunt patientes, ut deinde post lenissimas mentis commotiones, præsertim circa annum recursum, recidivæ facile obnoxii fiant.

VII *METHODVS MEDENDI & REMEDIA.*

1. Cura harum febrium in eo consistit, ut caustica & corrodens materia sive *evacuetur*, sive *corrigatur*, & proxime illata *arrosio*, atque inde contractus *ardor mitigetur & abstergetur*.
2. Quas difficultates autem materix *evacuatio* involvat, sub *Cautelis* indicabitur. Et sic *correctio* primarium momentum absolvit.
3. Hinc, ad materiam acrem causticam alterandam & corrigendam, omnis nervus intendatur. In hunc finem conducunt
- a) *Temperantia Nitrosa*, e. g. Nitrum depuratum, &, quod penetrantius operatur, regeneratum.
 - b) *Absorbentia astracca*, e. g. Conch. præparat. Mater Perlar. præparat. item Oculi Cancri.
 - c) *Mucilaginosas*, e. g. C. C. citratum, juscula pullorum tenuia, Julapia acidulata, ptisana, Syrupus rosarum solutivus.
 - d) *Diluentia*, e. g. dicta juscula, emulsiões dilutæ e femine Card. Mariæ paratæ, & exiguis haustibus tepide assumtæ,
4. Alvus, si sicca & stricta maneat, modeste aperienda
- a) vel per *Cysters* oleosos cum Sale,
 - b) vel per lenissima *laxantia* rhabarbarina.
5. Motuum febrilium, inflammationis *discussionem* respicientium, ratio habeatur
- a) *interne* per excretionem diapnoico-diureticam. Huic scopo inserviunt
- 1) Mixtura simplex bene præparata.
 - 2) Essentia alexipharm. Stahlî cum Essentia Missefolii pauca portione mixta, & refractis, sed repetitis, dosibus propinata.
 - 3) Subjunctis ubique pulveribus Nitroso-absorbentibus.
- b) *Externe* per Spiritum Vini camphoratum, regioni Scrobiculi impositum.
6. Factæ arrosionis restauratio hic quidem Naturæ potissimum in-

adphana pla

- * cumbit, totum tamen negotium illi soli non est relinquendum, sed potius per *Clysteres* e lacte, vitello ovorum, sevo cervino, ante omnia autem e *Scordio* paratos, succurrendum.
7. Ultimo loco *Tonica*, *Corallata* & *Gemmata* ufui sunt, item *Analeptica* ex aquis odoratis.
8. His scopis, præcipue *correctioni*, si satis fiat, non opus erit *refrenatione* Vomitus vel diarrhœæ, cui trivialis praxis tantopere inhiat, sponte enim impetus solet cessare.
9. Quod si vero, subacta materia, omnino necessarium videatur, impetuoso vomendi & purgandi conatui aliquid opponere, fieri hoc potest per lenientia, e. g. *theriacam*, pulverem *Cascarilla* a gr. X. ad XII. exhibitum, vel per illius *Essentiam* ad gutt. XX. aut *Essent. Millefolii* cum *Essent. Alexipharm. sociatam*, propinandam.
10. Multo minus opus erit in *Causo Emetico-Cathartica*, ut vulgo moris est, adhibere; quæ damna inde proveniant, sub *Cautelis* indicabimus. Ceterum prudentiæ Medici relinquitur, num statim *sub initium* morbi, noxiam materiam per Vomitum excernere, circumstantiæ concedant.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Hæ febres cum nullum constanter typum exhibeant, nisi quod circa meridiem in nonnullis exacerbationes oriantur, in aliis tertianarium quid referant, (ut Veteres per *Hemirrhœi* vocem monuerunt) cavendum maximopere est, ne medicationis ordo paroxysmorum intentioni repugnet, nec calidiora circa horum initium offerantur.
2. *Calidiora* f. bres biliosas mutant in inflammatorias, *Adstringentia*, *Anodyna* & *cruda Terrea*, in *Lentas*, *Frigida*, *Mucida*, in intermittentes.
3. Ab omni importuna humorum commotione abstinendum, nempe
- a) a *diaphoreticis*, & regime, sub initium, nam materia biliosa longe lateque in sanguinem diffunditur, & licet tenuis sit, sudori tamen non obedit, hinc Rheumatismos, & ictericas decolorationes ad minimum causatur. Sufficit in declinatione odor & regimen saltem diapnoicum, transpirationi non adversum, per potum tepidum conservandum; quod tan;

g. Colestis

tanto magis locum habet, si *criticus sudor* accedat.

- b) *A Vena sectione*: licet enim per initia instituat, usum tamen nullum, nisi in vehementer plethoricis, iisque huic evacuationi adsuetis, exhibet. Secta autem vena extra has circumstantias, circa dies indicatorios & criticos, raptum humorum ad caput inducit, cum deliriis & faucium inflammatione.
4. Quod ad evacuationem *emeticam & catharticam* attinet, circumspectio summa requiritur, ut cum utilitate, & quidem sub initium, adhibeatur: corruptio enim acetosa in horas augmenta sumit, & in statu vigente nulla excretio, nisi placidissima per Clysteres, locum habet.
5. Si evacuatio illa suscipiatur, quam primum bilis in intestinum duodenum effusa est, tum salutarem potest edere effectum.
6. Quando autem patientes artis subsidium sero quaerunt, nemo peritus suadebit, materiam, mora temporis corruptam, & acrem causticam factam, ad evacuationem commovere.
7. Materia enim haec caustica, inprimis si *deorsum* per intestina tenuia turbetur, vias longe lateque aggreditur, & per longitudinem illarum iisdem sese illinit, & sic excretionem frustratur. Praeter ea status pylori, ventriculi & intestini duodeni jam talis est, ut importunicibus stricturis, emetico Colico-Cathartico, illa excretio minime tentari possit, sine inflammationis & ardoris exacerbatione.
8. Aetiqui Praetici religioni sibi ducebant, levissimum stimulum in cholericis commotionibus incipientibus adhibere, memores, materiam jam commotam, & motibus concitandis aptissimam, freno potius egere, quam stimulo.
9. Hae consideratio tanto magis valet, si perpendamus, quod omnia vomitoria ventriculum laedendo, arrodendo, & subtili *σήπσει* afficiendo, vomitoriam evacuationem proritent. Hinc circumspetione opus est, an aliquid ulterius addendum, ubi jam acris materia caustica per se hoc viscus obsidet.
10. Non opus etiam est, methodum hanc ambiguam, difficilem & periculosam eligere, quia ars hic amplius quid potest, quam natura, nempe qualitatem materiz *pernam* alterare, corrigere, enervare citra partium *peragitationem*, imo partes ipsas

*et Rhubarb
c. corrigentibus*

consolari, demulcere, ardorem contemperare, & acrimoniam abstergere.

11. Experientia profecto docebit, quod *Nitrosa* cum *Absorbentibus* combinata, materiam alterando & disponendo, tantum emolumentum præstent, ut ita mitigatam, & motui idoneam redditam, natura deinde absque stimulo eandem sponte ejiciat.
12. Bilis flava, vitellina, prasina, porracea, isatodes, & æruginosa, communem quidem habent malitiam, sed proprium ejusdem malitiæ gradum.
13. Scriptores mediæ ævi & proximorum seculorum asseverant, choleram morbum sine febre fieri, & tamen ægrum unius vel alterius diei spatio interimere posse, sed non observarunt, quod talis cholera horridis frigoribus ægros exagitet, cum angoribus gravissimis, ut æstui (a quo eminenter febrem solent nominare) non detur locus, & illa congestio ad interiora interea inflammationem inducat.
14. *Refrigerantia*, in inflammationibus vulgo commendata, corruptionem materiæ inflammatoriæ certissime post se trahunt.
15. Absint etiam externa refrigeria, potus frigidus, item seculentus, fermentescens, nauseosus, quæ omnia anxietates flatulentas, singultuosas, & motus spasticos inferunt. Sicuti etiam ab inquietudine, familiari harum febrium comite, facile lipothymix eveniunt.
16. Eccrisis Ictericæ circa dies criticos non impediatur, sed subjunctis lenissimis laxantibus solvatur.
17. In *cholericæ* febre ratione temporis usus *Nitri* indifferens est, in *Causo* parcius & repetitus sit, nam in tali statu ^{Causo} alternatione continua, & jugi temperatione opus est, quia materia tenuius expansa, latius diffusa, & altius poris partium affectarum immersa, uno impetu simul & semel inverti, ~~non~~ ardor uno ictu auferri non potest.
18. Inflammatio, a *Causo* inducta, cum longe periculosior sit illa simpliciore, quæ a tenui sanguine, in vasis ventriculi, duodeni stagnante, originem ducit, tanto circumspectius tractanda, & ab imminente ^{phælo} mature præmunienda est.
19. Transitus in hæcticam colligantibus & discutientibus prohibetur,

- tur, vitando ubique *femina frigida*, quorum viscosa & lenta consistentia nauseam & spasmos anxios augere solet.
20. *Adstringentium* antifebrilium & *Opiatorum* usum intempestivum protheiformia sequuntur schemata & pericula.
21. In Cholera simpliciore, jam diutius persistente, ad inflammationem prævertendam & discutiendam, Nitrosi additur gr. semis Camphoræ pro dosi; in febre ardente vero illius usus internus suspectus est.
22. Præservative iracundis & in iram præcipitibus suadetur post talem commotionem pulveris Rhabarb. quantum cultri cuspis capit; vel magis sanguineis Drach. II. ocul. Cancri sensim sumendæ, e. g. intra duas horas, unde nonnunquam aliquot sedes flavi coloris, & croco quasi imbutæ sequuntur.
23. Crato *crystallum montianam* pro biliosis affectibus atque diarrhæis infantum commendat, quod Recentiores itidem faciunt. Sed observatores non fallit, quod concrementa illa crystallina, quæ e stanni præsertim sœdinis erui solent, (*Drusen*) non tam simplicem absorbentem, quam revera stypticum effectum, scopo nostro contrarium, exerant.
24. *Celsus* de cholera, gravi quidem morbo, per artem tamen superando, magnifica elocutus est, sed epanoëlia sui temporis vix tale instrumentum producere poterit, cujus beneficio hoc promissum in effectum deducere liceat.
25. *Hippocrates* etiam cum *Mulsa* sua & *Oxymelite* acrimoniam biliosam non infringet, quæ potius per talia fermentescentia *notabiliter* augetur.
36. Non tacenda methodus ipsius Naturæ, per ingentem *suum* sibi consulturæ: nam liquida, in primis simplicia ad acido-acrium dilutionem & prolutionem eximie conducunt; sed dolendum, quod nauseosa & vomibunda ventriculi subversio non diu ferat, nec alius dimittat copiosa (in quibus nervus) liquida, quare salutare hoc ceptum non semper ex voto succedit.
27. *Bilem* pro balsamo sanguinis habere, vel *alcalinam* ipsi indolem adscribere, magnas turbas in praxi excitavit. Non ad speculationes referenda, sed practica est quaestio, *num bilis sit alcali vel acidum*. Si enim alcalicæ esset indolis, frustra ei absorbentia & præcipitantia opponerentur, Hippocrates propius ferit scopum, &

- Ἰξύτητα δριμύτην, s. aciditatem acrem accusat, & hæc in infantibus satis conspicua est, quando post iracundiam nutricis excrementa biliosa tam acria & caustica excernunt, ut posteriora exorient, & lintea, aquæ fortis instar, discerpant.
28. Quod substantia ciborum acetosa, cum tenui biliosa Sulphurea concurrens, tantam acrimoniam producere possit, ipsa æconomica praxis docet, e. g. ad acetum magis acidum obtinendum, aromata adjiciuntur, item, ut brassica muriatica tanto penetrantior acquirat aciditatem, semina pingua oleosa immiscentur. *Βασ. Junip.*
29. Sic etiam *mel*, multa oleaginosa substantia prægnans, aptum est, ad valde acres acetosas fermentationes, & cum bile fermentationes subeundas, & hinc colicas & inflammatores *καυσώδεις* inducendas.
30. Plus rationis vulgus habet, dicens: Dem Patienten ist die Galle in den Magen getreten / quam medici quidam, qui cerebrinis obstaculis potentiam & ætium talis redundantiz abnegant.
31. Febres biliosæ nonnunquam cum febribus petechizantibus & aliis acutis concurrunt, *vid. Tabula de febribus compositis.*
32. *Absorbentium* usus rationi quidem & experientiz respondet, illud autem observandum, quod *acrimoniam* tantum temperet, *visciditatem* autem & tenacitatem augeat, nec nocumento, partibus jam illato, moderamen afferat. Unde illis solis non fidentum, sed Nitrum addendum, cui præcipua & certissima in hoc morbo efficacia adscribitur, nam materiam acrem ingrassat & febrem invertit, *Albi ingrassando materiam liquidam, epy nimia detrahit & sufflaminat.*



TABULA XLIII.
DE
HEPATITIDE.

I. DEFINITIO.

Hepatitis est febris acuta, continua, inflammatoria, qua Natura humores fortius & frequentius per hepar transpellit, ad stasin sanguinis, in hoc viscere factam, dissolvendam & abstergendam.

II. DIFFERENTIA.

1. Hepatitis a reliquis inflammatoriis febribus differt
 - a) ratione visceris inflammati,
 - b) ratione periculi, quo respectu reliquas omnes superat. *vid. Prognosis.*
2. Hepatitis *in se* differt *gradu* inflammationis:
 - a) Aliz enim inflammationes magis sunt superficiales,
 - b) aliz stasin magis profundam involvunt.
3. Quomodo hepatitis differat ab infarctu hepatis, patet e collatis *signis.*

III. SIGNA.

1. Invadit communissime cum *horrore*, & insigni & diuturno.
2. Hunc excipit sensibilis, gravissimus *astus*, & quidem paroxyzans, (si nempe tranquille negotium succedat) cum siti intensissima.
3. Ubi autem impetuq̄sus magis morbus est, ibi nullos paroxysmos, aut notabiles remissiones exhibet.
4. Perferunt patientes dolorem gravativum in latere *dextro* circa septimam vel octavam costam.
5. Angustia præcordiorum valde urget cum difficili respiratione.
6. Facile patientes circa extrema refrigescunt, quoties ventilare corpus suscipiunt, wann sie sich nur ein wenig lüsten.
7. Quando bibunt, non raro eructant, unde anxia angustia, non æque vero dolor, augetur.
8. Imo nausea & vomitus biliosi sese exerunt; e quibus signis haud frivole concluditur, inflammationem magis *simam* hepatis partem occupare.

9. Ubi autem gibbosam magis regionem infestat, ibi motus spastici per consensum circa jugulum, quasi deorsum illud trahatur, sese exerunt.
10. *Tussis*, quando adest, exigua plerumque & sicca deprehenditur.
11. Sunt hi patientes vel perpetuo levi *madore*, facile frigescente, affecti;
12. Vel, quod pejus est, jugi siccitate *æstus* & anxietatem augente, corripiuntur.
13. *Urina* primis diebus rutila, admodum crassa, quarto autem die ordinarie turbatur, & copiosum sedimentum deponit, manente tamen superstante liquore satis adhuc crasso, aurantii coloris.
14. Sedimentum hoc rosei quidem coloris, sed submucidæ & velut purulentæ est consistentiæ: unde hoc phænomenon multis imponit, ut pro vero *pure* illud agnoscant, & abscessum accusent. Sed *verum* pus statim post emissionem fundum petit, sedimentum autem illud mucidum post refrigerationem demum urinæ provenit.
15. Dissolvitur hoc sedimentum mucosum, si aquæ tepidæ vas urinarium immergatur; quod phænomenon specialiter de inflammatione testatur.
16. Peculiare adhuc signum est in hepatitide, quod patiens subinde colorem mutet, ordinarie quidem palleat, sed sæpe etiam fuscum & flavescens colorem non solum in toto corpore & facie, verum præsertim in oculis exhibeat.
17. Ubi staseos *suppuratio* contingit, ibi omnia symptomata eveniunt graviora, nempe major sentitur *æstus*, difficilior respiratio, majores accedunt anxietates, in loco affecto sensus doloris exacerbatur, & rigores circa extrema frequentiores eveniunt.
18. *Ruptio* autem *apostematis* dignoscitur e dolore quidem & *æstu* remittente, succedente autem virium prostratione, frequente *li-pothymia*, febre hectica, & quando materia purulenta in concavum abdominis effusa est, hujus intumescencia.

IV. SUBJECTA.

1. In genere sunt illa, quæ Tabula XXXVIII, de Inflammatione indicavimus,

1. In *specie* autem, quæ causis subsequenter fiunt obnoxia.

V. CAUSÆ.

1. Causa maxime *remota* est plethora.

2. Causa magis *propinqua* nulla alia suppetit, quam congestio sanguinis ad hepar, vel ipsius visceris constrictio.

3. Causa *proxima* est stasis in hepate collecta.

4. Causa *formalis* est intentio Naturæ, ad stasin discutiendam, in quem finem sanguinem, bene adhuc fluidum, specialiter & copiosius dirigit ad portionem illam, motu suo jam privatam, ut per fortiorem appulsam & transpressionem humorum, stasis, resolvatur & discutiatur.

5. Causæ occasionales & procatartice sunt

a) Præviz vehementes corporis motiones, cursibus, saltationibus, onerum cum maximo nisu tractationibus, factæ. *item ab his quibus*

b) Orgasmus sanguinis, per dictas, vel alias adhuc, causas inductus, e. g. per spirituosa, excandescientiam animi. *frangit fact in regis leg*

c) Repentinæ externi habitus refrigerationes, sanguine ita calente.

d) Sic etiam potus frigidus, mox & intemperanter superingestus.

e) Medicationes adstrictoriarum, commotionibus febrilibus repente oppositæ.

f) Repentinæ retropulsiones excretionum, aut moliminum excretorum suppressiones, e. g. Scabiei, Erysipelatis, hæmorrhagarum, motuum hæmorrhoidalium, congestionum arthriticarum.

g) Topica frigida, item Cucurbitulæ, regioni hepatis applicatæ.

VI. PROGNOISIS.

1. Inflammatio hepatis omnium fere est perniciosissima.

2. Quo profundior est inflammatio, eo contumacior ad discussionem, & pronior vel ad corruptionem repente lethalem, vel ad maturationem, & que funesti eventus.

3. Commotio humorum magna, insolens, vehemens, statim sub initium, nunquam bonæ spei est, hæc enim ratione sanguis in arctissimos meatus potius impellitur, quam stasis resolvitur.

4. Quo magis febres inflammatoriæ, citra externas causas occasionales, matutino tempore invadunt, eo plus habent indolis continentis, majoris æstus & periculi.
5. Felix eventus variat: aliquando enim stasis *successive* resolvitur & discutitur: aliquando & communiter diebus criticis evacuatio contingit, vel per hæmorrhagiam naris dextræ, vel per sudorem copiosum, spontaneum, vel per diarrhœam.
6. Quando autem Hepatis inflammatio intra primum septenarium discussionem staseos non attingit, tum morbus insolescit dextrum hypochondrium inflatur, cum sensu ardoris, tensionis, gravitatis, accedit singultus, & familiarissimum est, ut patientes septimo vel nono, rarius undecimo die moriantur.
7. *Suppuratio* staseos licet tam præcipitem funestum eventum non inferat, uti corruptio sphaelosa, est tamen undique periculo plenissima: materiz enim purulentæ evacuatio non potest fieri; & si omnino fieri posset, consolidatio tamen erosæ & exesæ portionis nullo modo obtinenda est, ob viscus hepatis laxum, porosum & sanguine semper imbutum.
8. Et sic res communissime transit in hecticam.
9. Si *urina* iusta coctionis signa exhibeat, sedimentum nempe copiosum, non admodum tenerum, coloris subrosei, & patiens de reliquo mediocriter bene habeat, spes est felicitis eventus.
10. Quando autem clara & limpida manet, exitum portendit periculosum & lethalem.
11. Turbida si reddatur, nullum autem deponat sedimentum, sed parietes vitri alba lactea & subcœrulea cuticula obducat, non adeo boni est præfagii.
12. *Sudores* nimii aquosi pari ratione nihil boni producant; tolerabiliores tamen, quam perpetua cutis siccitas.
13. Quando post hæmorrhagiam narium patiens non sublevatur, sed vires in horas deficiunt, vigiliz etiam & phantaziz accedunt, tum nihil boni inde portenditur.
14. Singultus contumax, statui morbi accedens, citra causas externas excitatus, signum communissime est lethale.
15. Perfrigerationes extremorum faciles & frequentes, cum insigni ardore interno, & intercurrentibus Lipothymicis affectibus, infausta sunt indicia.

16. *Vomitus nigri* instar Roob Sambuci, ut in *acutis*, pessimi ominis, ita in plerisque febribus inflammatoriis præfagium mortis instantis. Sic etiam dejectiones *alvi*, ejusdem tetri coloris, bonæ non sunt prognoseos.
17. Falso supponitur abscessus *hepatis*, quando *pus* per urinam secerit: hoc enim indicat abscessum glandularum intestinalium seu mesaraicarum.
18. Si *dolores* admodum urgeant, *febris* concurrat magna, *inquietudo* multa, dolores autem deinde *cito* profus evanescant, pulsus & vires cadant, febris tamen pergat, ibi corruptio vel sphacelosa, vel suppuratoria eaque rupta, certe dijudicatur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. *Methodus generalis*,

1. *Discussio* staseos inflammatoriz universum hic absolvit negotium.
2. Hæc in potestate magis Naturæ quam Medici sita est, potest autem aliquo modo promoveri per Medicationem, eamque magis placidam, quam vehementem & impetuosam. Commendantur in hunc finem leniter abstergentia, & humores fundentia.
 - a) *Absorbentia marina*, acido Citri, Tartari, vel Spiritu Nitri saturata; quæ evidentem effectum diureticum exhibent, e. g. Oculi Cancri, Conch. præparat. Mater perlar. ppt.
 - b) *Universa ossa* capitis Lucii piscis, aceto in præparatione imbuta, *vid. Cautel.*
 - c) *Diaphoretica fixa*, inter quæ Antimonium diaphoreticum reliquis præfertur, sub initium largiore, postea autem parciore dosi exhibendum.
 - d) *Radices* diuretico-diapnoicæ utiliter etiam in his stasibus exhibentur. Ex horum censu præcipue sunt: rad. vincetox. pimpinell. alb. helen. petasitid.
 - e) *E compositis* huc conducunt: Mixtura simplex leniter Camphorata, Essent. Alexipharm. Stahlî, Essent. Pimpinell. alb. cum anatica portione Essent. Scordii combinata.
 - f) *Emulsiones dilute*, magis ad temperandum, quam alendum, e pineis, amygdal. femin. Card. Mariæ, Aquileg. & in progressu morbi semin. papav. albi, paratz, & sufficienter edulcoratz, abstinendo tamen a feminibus sic dictis frigidis.

- g) *Potiones* diapnoicæ, vel *Julapia*, ex aquis Scabiosæ, Plantag. Chærefol. Geran. major. Scorzonæ. Cichor. Bugloss. Galeg. bellid. minor. cum Syrupo acetositis Citri, vel Clyffo Antimon. acidulatæ.
- h) *Nitrosa*, quæ in talibus inflammationibus omnibus aliis palam præripiunt.
- i) *Externæ* conducunt
- 1) Spiritus Vini Camphoratus crocatus, regioni hepatis applicatus.
 - 2) *Forus* calidi, sicci, e farina secalina, fabarum, milii, fursure, radice Irid. florentin. Sigill. Salomon. Bryon. herba hyssopi, quæ etiam interne conducit. item Emplastr. de spermate Ceti Camphorat.
 - 3) *Vene sectiones* non, nisi in specialibus circumstantiis, conducunt. *vid. Cautel.*
 - 4) *Clysteres* emollientes ad revulsionis scopum, & alvi legitimum successum.

B. *Methodus specialis.*

1. *Vene sectio* vel instituat^r statim sub initium, vel omittatur, secundum indicationes sub *Cautelis* explicatas.
2. *Alyus* ubique servetur aperta, non positive stimulantibus, inprimis quæ altius in sanguinem penetrant, sed vel emollientibus Clysteribus, moderate tamen adhibitis, vel lenissimis humectantibus, præcipue Nitrosi, it. oleo amygdal. dulc. Syrupo Violarum. *repar. solvum.*
3. Motus febriles, discussionem staseos respicientes, quantum fieri potest, sublevantur.
4. Hinc mane dosis refracta Essent. Alexipharm. Stahlî, vel Mixtura simplex adhibeatur, & per reliquum diei tempus pulveres Nitro - Absorbentes singulis tribus horis propinentur, e. g.
Recip. Nitr. depurat.
Tartar. Vitriolat. ana Drachm. II.
Ocul. Canc. acido Citri saturat.
Maxill. Lucii piscis acido quodam ppt. ana Scrup. IV.
Antimon. Diaphoret. Drach I. M. f. pulv. dof. Scrup. I.
5. Ante meridiem *potiones acidulatæ*, versus noctem autem *emulsi-ones*, interponantur.

6. Sub his omnibus *externa* non negligantur, e. g. Spiritus Vini camphorat. crocat. regioni hepatis applicandus.
7. Ubi dolores admodum insolefunt, *Anodynum* aliquod, ad illos mitigandos, non autem profus tollendos, pulveri commutato remifceatur; verum hoc non in ftatu, fed incremento faltem morbi locum habet.
8. Conveniens *dieta*, nempe fufficiens humectatio, continentia tranquilla, calor moderatus, placidum regimen, follicite injungatur.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quæ Tabula de Inflammatione in genere monuimus, illa in hoc etiam affectu obfervanda funt.
2. Difficilis eft formatio confilii de adminiftratione *Venz fectionis* in febribus inflammatoriis; de qua re fufius Tabula XXXVIII, egimus.
3. Hoc loco faltem adjicimus, quod *Venz fectio* in hepatitisde ftatim sub initium, præmiſſo autem Clyſtere, concedatur,
 - a) ubi conspicua Plethoræ inſignis indicia adfunt.
 - b) Tanto magis, ſi conſuetæ *Venz fectionis* tempus coincidat.
 - c) Quando graves ſanguinis commotiones proxime præceſſerunt.
 - d) Vel morbus cum vehementia, anxietate, ſummo ardore, interlancinationibus dextræ partis abdominis, & febrili inſultu magis, quam ortu, initium ſumit.
4. Largior autem eſſe debet, ſi inſtituatur *Venz fectio*, & inſuper, requirente neceſſitate, repetenda, *aliter die*.
5. Sive ſecta ſit Vena, ſive prætermiſſa, ubique libera & æqualis diſtributio ſanguinis, & leniſſima tranſpiratio conſervanda; quod tanto magis neceſſarium eſt, quia, ſecundum ſolertem Sydenhamii obſervationem, & *autoſia* poſt *Venz fectionem*, ſanguis inflammationibus inſignibus laborantium ſumme lenteſcentis diſpoſitionis deprehenditur; quæ hac humorum diſtributione & attenuacione non poteſt in actum deduci.
6. Titulo magis, quam reali effectu, hic commendantur pleraque ſanguinem coagulatum reſolventia: quæ enim efficaciter hoc præſtare poſſent, partium ſunt tenuiorum, & hinc orgaſmum ſanguinis lo ge præſentioſam inducunt, quam partem affectam

consolantur. e. g. *Camphora*, ubi immediate pertingit, potentissime resolvit, sed intra corpus assumta, mediocri licet quantitate, sanguinem vehementissime concitat, neque tamen directe ad rem ipsam multa contribuit: dimidium granum pro

dosi, cum largiore portione Niri remixtum, conceditur.

7. *Sambucinarum* commendatio nota quidem est, sed interne parum efficient.

8. *Aqua* florum *Tiliz*, *Plantag*, *Scabios*, *Scord*, vulgo commendatur, sed revera parum in illis erit præsidii.

9. *Chereseolum* ad discussiones internarum fistularum communiter laudatur, sed debilioris est efficaciz, & si omnino quid de illo sperare liceat, in substantia erit sumendum.

10. Idem etiam de flor. *bellid. minor.* sentiendum est.

11. *Gummi-resinz*, e. g. *Galbanum*, *Sarcocolla*, *Myrrha*, satis quidem penetrant & resolvunt, vehementius aurem, præcipue *Myrrha*, sanguinem commovent, neque tamen loco immediata affecto satisfaciunt: unde vix aliquem hic habent locum.

12. *Specifica* efficaciaz *Maxillæ Lucii piscis*, *dentis Apri* &c. experientiz non respondet; faciunt interea, quod possunt. Copiose si adhibeantur, e. g. ad *Drachm. I.* patientes male habent.

13. *Externe* sub initium commodius adhibetur *Spiritus Vini camphoratus*, postea autem foci siccos camphoratos substituere convenit. Agunt autem hæc externa non tam penetrando, quam potius transpirationem aperiendo, & motum tonicum roborando, quibus auxiliis discussio fistule juvatur.

14. *Unguinea externa* secure hic non adhibentur, quia suppurationem promovent: unde & *Emplastica* valde mucida locum non habent.

15. *Composita* famosiora internis inflammationibus parum conveniunt, e. g. *Theriaca*, *Mithridatium*, *Diascord*, *Fracastorii*, *Sylvii*, & aliz *Tincturæ Bezoardicæ*, *Opio inquinatæ*.

16. *Antimonii Diaphoretici* efficaciam alii hic nimium extollunt, alii prorsus rejiciunt: media sententia vera est, quod in primis testantur sensibiliores. *minore dosi terentes.*

17. *Sulphuris* usus, si circa prima initia, vel in declinatione, prudenter instituat, sensibilem efficaciam exhibet, in statu vero magis est ambiguus,

si dosis sine servare
argeri, v. g. ad gr. iiij
conservare in
infante 7. annorum.

Danlyard 3i

18. *Anodyna* admodum provide adhibenda sunt, magis in incremento, quam in statu, ne debitas excretiones impediant, vel plane sphacelum invitent.
19. Quid præstet *hepar galli nigri*, a Joële pro certissimo in hepatide remedio commendatum, experientia relinquatur. Jubet, ut hoc viscus, adhuc calens, aliquot unciis aceti rosacei conteratur, & aliquo modo resolutum a fibris per colaturam separetur, ac tepide exhibeatur.
20. Quæ Tabulis de infarctu & scirrho hepatis ratione *Refrigerantium* interne & externe adhibitorum, item *Topicorum* calidiorum, diximus, ea hic etiam observanda sunt.

*in mortariis
albis.*



TABVLA XLIV.
DE
SPLENITIDE.

I. DEFINITIO.

Splenitis est febris acuta continua, inflammatoria, qua Principium agens, motibus ultra gradum naturalem auctis, sanguinem copiosius versus lienem dirigit, & fortius ac frequentius per eundem transpellit, ad statim, in hoc viscere collectam, resolvendam & discutiendam.

II. DIFFERENTIA.

1. *Splenitis* differt ab *Infarctu Lienis*, in quo sanguis non plenarie subsistit, sed saltem stagnat, & impeditus movetur, nulla etiam febris acuta præsto est.
2. *Splenitis in se* differt gradu inflammationis: aliquando enim substantia, vulgo parenchymatica dicta, occupatur, & sic satis profunda contingit inflammatio; aliquando autem membranacea & superficialis saltem portio infestatur.

III. SIGNA.

1. Signa pleraque sub Hepatitide tradita, huc possunt referri, nempe
2. Invadit cum insigni horrore,
3. Hunc sequitur gravissimus æstus, cum siti admodum intensa.
4. In hypochondrio *sinistro* dolorem gravativum & tumorem persenscunt.
5. Paroxysmi typum fere quartanarium formant.
6. Ubi paululum libero aëri se exponunt patientes, statim circa extrema perfrigescent.
7. Hæmorrhagia si contingat, sanguis stillat e nare sinistra.
8. Signa urinæ eadem sunt ac Hepatitidis.

IV. SUBJECTA.

Personæ status plethorici, temperamenti sanguinei, habitus corporis laxioris, uti in genere inflammationibus præ aliis obnoxie sunt, sic etiam eadem a splenitide potissimum infestantur.

V. CAUSÆ.

1. Causa *materialis* maxime *remota* est status plethoricus, cum spissitudine sanguinis ut plurimum conjunctus.
2. Causa magis *propinqua* est congestio seu restrictio sanguinis versus lienem.
3. Causa *proxima & continens* est stasis in hoc viscere exorta.
4. Causa *formalis* est sollicita Naturæ intentio, mediante motu febrili transpressorio & absterforio hanc stasim resolvere & discutere.
5. Causæ *occasionales*, quæ plethoram, tanquam causam antecedentem, inducunt, sunt præcipue
 - a) evacuationum sanguinis naturalium, e. g. mensium, hæmorrhoidum, suppressio.
 - b) Consuetarum artificialium prætermisio.
6. Causæ *procatarctice* hujus staseos sunt:
 - a) Vehementes corporis & animi commotiones.
 - b) Expansio seu orgasmus sanguinis.
 - c) Repentinæ refrigerationes, corpore calente.
 - d) Quo etiam spectat potus frigidus, post fortiosem motum hauritus.
 - e) Perversæ medicationes adstrictoriæ in febribus.
 - f) Abusus topicorum frigidorum in Lienis infarctu.

VI. PROGNO SIS.

1. Quæ Tabula præcedente de Hepatitidis *prognosi* diximus, illa etiam de Splenitide ut plurimum valent.

2. Licet enim Splentis non ita perniciousa sit, uti hepatitis, satis tamen sufficit ad plurimos, qui illa vere corripiuntur, jugulandos.
3. Id unicum, quod de Vomitu nigrorum periculo præcedente Tabula dictum est, hic, secundum Auctorum observationes, mitigandum esse videtur: dicunt enim, vomitus tales nigros, versus diem criticum contingentes, splentidem solvere.
4. Observatum etiam aliquoties fuit, quod hæmorrhoides salutariter huic affectui supervenerint.
5. Quando substantia visceris parenchymatica profundius occupatur, tum inflammatio fit apostematodes; ubi autem superficialis portio stasi exposita est, ibi inflammatio magis erysipelatodes contingit.
6. Frequentissime autem inflammatio in splentide degenerat in Scirrhum.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.


Methodus hic eadem est, ac in hepaticide.

1. Alvus itaque ante omnia per Clysterem emollientem solvatur.
2. Venæ sectio, si secundum observationes præcedente Tabula sub *Cautelis* traditas, indicetur, primum in brachio, & deinde, urgente adhuc affectu, in Vena *Salvatella*, inter annularem & minimum digitum sita, instituat. *in Splenide*
3. Ad staseos discussionem labori Naturæ succurratur
 - a) ante meridiem dosi aliqua Essent. alexipharm. & potionibus diapnoicis, acidulatis.
 - b) Post meridiem pulveribus Nitroso-Abforbentibus, præcedente Tabula commendatis, & Emulsionibus dilutis.
 - c) Ubique sufficiente humectatione, continentia tranquilla, & regimine diapnoico, continuo.
4. Dolores, quando in affectus incremento valde insolescunt, paululum mitigentur per MP. de Cynoglossa cum pulvere Nitroso-præcipitante ad gr. I. remiscendam. *vid. Cautel. præcedentis Tabule.*
5. Denique post felicem staseos dissolutionem Mixture Tonicæ Nervina Stæhlii aliquoties per diem propinetur.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quæ præcedente Tabula dicta sunt, ea hic repetantur.

2. Hæmorrhoidum adſuetarum ſuppreſſio ſi hunc affectum foveat, hirudinum ad hæmorrhoidalia loca applicatio efficacior erit, ipſius Venæſectionis inſtitutione. *≈ poſtVſ.*
3. Quoniam Splenitis facile in Scirrhum tranſmigrare obſervatur, ex uſu omnino erit, Methodum illam, Tabula de Inſarctu & Scirrho Lienis commendatam, tempeſtively adhibere.
4. Uſus vini non niſi in declinatione conceditur,



TABULA XLV.
DE
PLEVRITIDE
ET
PERIPNEVMONIA.

I. DEFINITIO.

1. *Pleuritis* eſt febris acuta continua, inflammatoria, qua Principium agens motibus, ultra gradum naturalem auctis, humores copioſius verſus pectus dirigit, & per fortiorem & frequentioreſ ſanguinis ad *Pleuſam* appuſſum, ſtaſin, in hac membrana factam, diſcutere aut reſolvere intendit. Derivatur a *πλευρα*, latus, item membrana thoracis.
2. *Peripneumonia* eſt itidem febris acuta, continua, inflammatoria, diſcuſſioni ſtaſeos ſanguinis, in *pulmonibus* factæ, dicata. Derivatur a *περι*, circum, & *πνεύμων*, pulmo: quo fundamento, ſub *differentia* indicatur.

II. DIFFERENTIA.

1. Non confundendi ſunt hi duo affectus cum *pleuritis spuria*, quæ quoad ſenſum punſtionis aliquam cum illis convenientiam habere videtur. Differentiæ ſequentibus eluceſcit.
 - a) *Vera* pleuritis & peripneumonia circa aut paulo infra Mamil-
lam

lam sensum suum dolentem exserunt, *spuria* altius circa *claviculam* incipit. *ad scapulas usque*

- b) Illæ puncturas habent æquales, pulsui respondentes, hæc inæquales, & pulsui minus *σίγχεσι* &c.
 - c) Illarum puncturæ sunt continuæ, hujus interdum remittunt & intermittunt.
 - d) Illæ tussim semper habent comitem, cum sputo ut plurimum colorato, & respectivo cruento, hæc modo *cum*, modo *sine* tussi affigit, nec aliqua notabili per sputum excretionem deprehenditur.
 - e) Illæ febrem acutam, continuam, cum horrore invadentem, & calore acri progredientem, involvunt, hæc vix febriculam aliquam, eamque inæqualem & *ἀτμον* exhibet.
 - f) Illæ cursum suum ante septimum diem non absolvunt, hæc paucioribus diebus circumscribitur.
 - g) Illæ juniori magis ætati propriæ sunt, hæc indifferenter se habet ad ætatem juvenilem & virilem.
2. Differentiam pleuritis a peripnevmonia sequentia docent.
- a) Pleuritis longe rarissimis exemplis, peripnevmonia autem frequentius occurrit; cujus rei in praxi quotidiana contrarium statuitur.
 - b) In peripnevmonia *sputum cruentum* circa finem secundi diei & porro, primum est signum, quod falso communiter pleuritis tribuitur: nam multæ obstant difficultates, credere, quod sputum tale cruentum in pleura gigni, pulmones *per-rumpere*, & sic per eosdem *transire* possit.
 - c) Dolor punctorius in peripnevmonia magis se extendit per universum pectus, in pleuritis autem puncturæ in dextro magis latere paulo infra mamillam sentiuntur.
 - d) *Medicus* autem insignis usus ex hac scrupulosa differentia non resultat: licet enim in inflammatione pleuræ per *Topica* major spes sit discussionis obtinendæ, quam in *peripnevmonia*; in hac tamen Topicorum applicatio, uti prodesse, sic etiam nocere non potest.
 - e) In successu minus feliciter, nempe suppuratione staseos, diagnosis hæc aliquem adhuc usum præstare videtur: quando enim in pleura suppuratio contingit, tum evacuatio per

Paracentesin locum habet, in peripnevmonia autem faltem per sputum res peragitur; exceptis rarissimis illis exemplis, ubi Vomica, in *superficie* pulmonum rupta, & in concavum thoracis effusa, eandem per paracentesin evacuationem admittit.

3. Schola medica vulgo statuit, quod peripnevmonica inflammatio magis sit erysipelacea seu superficialis, quod etiam ipsa hujus affectus denominatione exprimere intendit, ita ut peripnevmonia idem sit, ac pulmones circumambiens morbus. Verum hæc distinctio refragatur experientia: scrutinio enim Anatomico profunda stasis in medullis pulmonum sæpius detecta fuit. Præter ea sputum cruentum a pulmonum *superficie* tam expedite ad exspuitionem pervenire non possit.

III. SIGNA.

1. *Utrique affectui communia.*

- a) Vertiginosæ capitis perturbationes ordinariè paululum præcedunt.
- b) Corripiuntur patientes horrore, magis magisque invalescente, & sæpe ad cardialgiam nausæbundam, imo vomitum ipsum excedente.
- c) Succedit exæstuatio insignis cum notabili siti & capitis dolore.
- d) Item angustia præcordiorum, & difficultas respirationis.
- e) Præcipue persentiscunt ægri dolorem puncturium in thorace, jugiter continuantem &, quoties tussunt, valde sensibilem.
- f) *Urina* primis diebus rubicunda, saturata, post aliquot autem dies, mox, ubi refrixit, turbatur, & deponit sedimentum copiosum, subroseum.

2. *Uni vel alteri affectui magis propria.*

Hæc sub *differentia* jam indicavimus.

IV. SVBJECTA.

1. Pleuritis & peripnevmonia non cuius promiscue ætati eveniunt, sed familiariter juvenilis. *us ad trigésimum ætatem.*
2. Tempore peculiaritèr verno ineunte.
3. Personis habitus corporis sanguinei.
4. Præcipue narium hæmorrhagiis antea adsuætis, jam vero ab illis immunibus,

5. *Sexui magis virili, quam fœminino.*

V. CAUSÆ.

1. *Causa antecedens* est largior sanguinis *abundantis* appulsus versus pectus, per ætatis rationem exitum ibidem intendens.
2. *Causa magis propinqua* est stagnatio sanguinis diuturnior, per contentionem pertinacem circa pectus sustentata, unde sensus pressionis, oppletionis, renisus, dependet.
3. *Causa proxima & continens* est actualis stasis, a tali diuturniore sanguinis stagnatione suborta, inflammationi occasionem præbens.
4. *Causa formalis* est intentio Agentis interni, per motus febriles transpressorios & absterforios hanc stasim discutere & resolvere *conantibus*.
5. *Causæ occasionales & præcætarcticæ* sunt:
 - a) Repentinæ sanguinis expansiones per motus corporis immoderatos, potus spirituosos ultra modum assumptos, & animi excandescentiam.
 - b) Refrigeratio immodesta, corpori calenti admissa, quæ re-
pressionem sanguinis ad interiora causatur.
 - c) Evacuationum naturalium solitarum, præcipue autem hæ-
morrhagiæ narium, suppressio.
 - d) Evacuationum artificialium adfuetarum neglectio.
 - e) Violentæ pectoris concussionis, fortior renisus in oneribus gestandis.

VI. PROGNOISIS.

1. Licet febres inflammatoriæ periculo non careant, pleuritis tamen & peripnevmonia in *junioribus* infra tricesimum annum adhuc constitutis non adeo perniciosæ sunt, magis autem in annosis.
2. Quando legitima methodo hi duo affectus tractantur, communissime septimo, vel ad summum undecimo, die per spontaneum largum sudorem feliciter solvuntur, ita, ut tempestive naturalis pulsus, calor, appetitus, somnus, & successive vires redeant.
3. Quando autem ultra septimum diem hæc febres *perstinaciter* continuant, quod occurrere solet in annosioribus, tum ancipitis valde sunt eventus.
4. Urina, si ante quartum adhuc diem turbetur, & postea sedimentum cum liquore claro superstante exhibeat, spes est felicitis morbi per sudorem criticum solutionis,

5. Quando per tussim materia flavescens, non adeo viscida, neque spumosa, excernitur, & præcipue in peripnevmonia sputus cruentus accedit, totius morbi felix successus sperandus est.
6. Ubi autem excretio plane nulla per sputum succedit, urina etiam cruda observatur, ibi deterior eventus timendus est.
7. Staseos discussio & resolutio quando non obtinetur, tum sequitur corruptio, eaque vel sphacelosa, vel suppuratoria; vel ulcerosa, phthisis dicta.

VII METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

1. Alvus per totum morbi decursum ordinariè succedat, nullo autem modo irriteretur.
2. Ubi insignis plethora, angustia pectoris, & sensibilis infarctus concurrent, ibi statim sub initium Venæ sectio ad unc. III. IV. instituat, &, si opus fuerit, sequente die repetatur; subjungendo sollicitè regimen leniter diaphnoicum. Catbas autem ordinariis Venæ sectio non est necessaria.
3. Ante meridiem bis exhibeantur Diaphoretica liquida, e. g. Essent. Alexipharm. Stahlî, vel Mixtura simplex, ad gutt. XXX. Item *potiones* diaphnoicz.
4. Post meridiem & sub noctem bis vel ter propinentur *pulveres* antifebriles, e Nitro, Antimonio diaphoret. & absorbente marino, acido citri saturato, parati. Item conducunt *Emulsiones*. præcipue e semine Card. Mariz confectz. *de nucij amygd. v. pan*
5. Quando hæc medicamina per aliquot dies exhibita sunt, dolores tamen adhuc urgent, tum essentia *Cassiarillæ* salutariter potest interponi.
6. Regioni dolenti mediantibus linteis quadruplicatis applicetur Spiritus Vini camphoratus; usu etiam venire possunt emplastra, non continuo, sed per vices applicanda, alias obviſcant poros & impediunt transpirationem.
7. Ubique regimen æquale & tranquilla continentia, maxime circa diem criticum, conservetur.
8. Conferatur Tabula XLIII. de Hepatitide, ubi Methodus fere eadem fusius explicata est.

VIII CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Dissident Auctores de *Venæ sectione* in his affectibus instituenda: Sunt, qui illam admodum necessariam censent: Sunt qui eam pror-

- prorsus rejiciunt, e. g. Ettmullerus observat, statim post Venæ sectionem, in pleuritide adhibitam, certius suppurare: Sunt, qui cor: filiis suis fluctuant, & eandem vel adhiberi vel omitti posse statuunt: Sunt, qui dissolventia & discutientia præmittenda esse, urgent, & in specie *Salia volatilia* ad sudorem, & hinc stafeos discussionem commendant, & his si cedere recusset morbus, moderatam Venæ sectionem subjungendam esse autumant.
2. Verum, uti per Remedia & regimina calida, sanguinem expandentia, discussionem tentare, infelix conamen est, ob sanguinem in concitatione & inflammatione jam constitutum: ita Venæ sectionem non nisi in statu insigniter plethorico, & ubi gravissimæ angustix ac infarctus pectoris urgent, instituendam esse censemus.
 3. Contingit in summe plethoricis, his affectibus defunctis, scrutinio anatomico pulmonum alterum latus sanguine quasi infarctum, & adeo expletum detegere, ut etiam in aqua subsideat: quo itaque insignis plethoræ casu Venæ sectio commendatur.
 4. Methodus *Sydenhamii*, quæ nudâ Venæ sectione, eaque satis largiore & repetita, adjunctis lenissimis expectorantibus, Auctori, alias experientissimo, relinquenda est.
 5. *Riverii* exemplum de famulo, larga Venæ sectione paucis horis a pleuritide liberato, dubium adhuc est, an non potius hepatis vel ventriculi inflammatio fuerit, uti fere e circumstantiis historicis colligendum.
 6. *Sideritis* seu *herba Judaica*, pectori apposita, commendante Borello, solvere debet pleuritidem: quod proinde experimentandum.
 7. Inter *specifica* etiam a quibusdam laudatur *papaver erraticum*; Ettmullerus autem & alii nihil specifici illi concedunt, sed anodynum, saltem communem & topicum effectum; quo respectu non commendatur.
 8. *Dentibus Apri* specifici quid tribuere, experientia non concedit.
 9. Specifico etiam effectu *Semen Cardui Marie* ita commendatum est, ut hinc grana illius *St. H. Körner* soleant appellari; nec plane de nihilo, aliquot enim grana deglutita dolorem puncturiorum sæpe auferunt, sed febris ante septimum diem cursum suum non absolvit.
 10. *Expectorantia* hic inutilia sunt, nisi forsan sputum Cruentum in circa quartum diem, non satis succedens, potionem aliquam pectora-

ralem efflagitet; quo casu aqua Hyssopi præ aliis laudatur.

11. *Nitrum* primis diebus usque ad quartum intrep de potest propinari, sequentibus autem diebus, si moderate & æqualiter morbus succedat, parcius, & bis tantum per diem, exhibendum est.
12. *Camphorata* externe aliquam Lenitionem promovent, *oleosa* autem & *pinguedinosa* omittenda.
13. *Opiata* ad irritationes in pectore non possunt commendari: sanguis enim in his affectibus specialis est tenacitatis; quod illius per Venæ sectionem emissio confirmat, ubi rubicundæ portioni innatat materia flavo - albescens, admodum tenax, sie ist so gäbe/wie ein Leder. Hæc sanguinis constitutio requirit concussionem, resolutionem, excretionem, quorum omnium contrarium *Opiata* præstant.
14. *Cascarilla* pro discussione a pectore, imprimis in peripnevmonia, specialissime laudatur: modo justo tempore & decente subordinatione exhibeatur; uti sub *Methodo* indicatum est. Non solum discutit, verum etiam lenit & sedat, & quando hic cortex irritationes non mitigat, tunc opium certo nociturum est.
15. *Radix Pimpinelle alba* egregii usus est in affectibus pectoris, præcipue autem chronicis, resolvit enim & discutit.
16. Convenit etiam, irritationem mitigare & discussionem promoveri per *Lulapia* diapnoico - analeptica ex aquis Card. bened. Scordii, Plantag. Chæresfol. Scabios. modic. cinnamom. & syrup. acetositat. Citri.
17. Item per *Emulsiones* ex his aquis cum semine Card. Mariz, Aquileg. & amygdal. dulc. ad gratum saporem mediocriter saccharatas.
18. Conferantur Cautelæ & observationes, quæ Tabula XLIII. de hepaticide indicatæ sunt.



TABULA XLVI.
DE
PHRENITIDE.

I. DEFINITIO.

Phrenitis est febris acuta, symptomatica, disfluffioni stafeos sanguinis in Meningibus cerebri destinata, & actus rationalis perturbatione potissimum conspicua. Derivatur a *Φρην*, mens.

II. DIFFERENTIA.

1. Differt Phrenitis a Paraphrenitide, in hac enim *Diaphragmate* inflammatio reperitur, & delirium e consensu paris octavi nervorum provenit; in illa autem *Meninges* inflammatae sunt, & mentis alienatio, a cerebro, immediate affecto, inducitur.

2. Phrenitis *in se* est vel

a) *Idiopathica*, ubi febris & inflammatio uno tempore & opere concurrunt, quae species admodum raro contingit; vel

b) *Symptomatica*, quae in febris acutis malignis ob incompletam sanguinis versus caput congestionem occurrit.

3. Phrenitis differt ab aliis deliriis, malo hypochondriaco-hysterico supervenientibus, *vid. tab. de Mania & delirio. nos. 17 & 109.*

III. SIGNA.

1. Phrenitidis *imminentis*.

a) Vigilae immodicae & quasi continuae.

b) Somnus inquietus, & imaginibus repletus.

c) Dolores capitis acuti, perdurantes.

d) Oblivio rerum ante factarum, cum turbulentis responsionibus.

e) Exiguum potus desiderium.

f) Respiratio magna & rara.

g) Pulsus parvus & rarus.

h) Urinae suppressio.

2. Phrenitidis *praesentis*.

a) Vena capitis turgens, & tempora quasi salient.

b) Oculi rigent, scintillant, torvo & truculento obtutu.

- c) Sermo delirus.
- d) Violentia in circumstantes, & laboriosum erumpendi conamen, non tamen continuum, sed per paroxysmos recurrens.
- e) Extrema frigent.
- f) Urina tenuis, alba, pellucida.
- g) Reliqua symptomata cum febribus acutis habet communia.

IV. *SURFECTA*,1. *Idiopathice*,

- a) Homines temperamenti cholero- sanguinei, & sanguineo- cholero- ad incandescen- tiam animi proclives.
- b) Dixit calidæ, vino- & aromaticæ dediti.
- c) Qui inter diurnos solis ardores versantur.
- d) Vel nimis vigiliis & lucubrationibus obnoxii sunt.
- e) Quibus hæmorrhagia narium, antea familiaris, emanat.
- f) Crebris Cephalalgis vexati.
- g) Quibus caput violenta ratione, e. g. ictu, contusione, vulneratum est.
- h) Qui Venæ sectiones, in confiniis capitis celebrari solitas, neglexerunt.
- i) Viri ex hæmorrhoidum ad caput translatione.
- k) Fœminæ e repentina Mensium versus caput regurgitatione.

2. *Symptomata*,

Hæc invadit homines febre acuta laborantes, ob incompletam- criticam sanguinis versus caput congestionem, quam per versæ medicationes non parum promovent. e. g.

- a) Venæ sectio incongrua, vel ad minimum intempe- stiva.
- b) Remedia & regimina calida.
- c) Excretio sudoris repressa.

V. *CAUSÆ*,

Causæ ex iis, quæ de *subjectis* diximus, facile sunt colligendæ, nempe

1. Causa antecedens est congestio sanguinis versus caput, exitum per nares respiciens, sed eundem non inveniens.
2. Causa proxima & continens est stasis inflammatoria in Meningibus.
3. Causa formalis est conamen Naturæ, per motus febriles stasin hanc discutere. concurrentibus sub hoc conamine ancipiti variis mentis perturbationibus,

VI. PROGNOSIS.

1. Phrenitis, five idiopathica five symptomatica, periculo semper est plenissima,
2. Nisi ante quartum diem stasis discutiatur, *sideratio*, seu sphaelus Meningum facile succedit, & patientem jugulat.
3. Extremam perniciem denotant:
 - a) Continua & furiosa dementia cum vigiliis.
 - b) Urina aquosa.
 - c) Dejectio albicans.
 - d) Alvus cum urina pertinaciter compressa.
 - e) Transitus in pathemata soporosa, vel affectus synopticos.
 - f) Tremor, rigor, stridor dentium, convulsiones, singultus.
4. Spem autem salutaris exitus faciunt:
 - a) Sudores citice supervenientes.
 - b) Larga narium hæmorrhagia.
 - c) Parotides, seu tumores glandularum, post aures sitarum.
 - d) Hæmorrhæo des. Conf. Forest. observar. Lib. X.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Methodus generalis.

- a) *Organus* sanguinis est contemperandus; quod faciunt
 - 1) Nitrosa, e. g. Nitrum depuratum, tabulatum. *stat.*
 - 2) Præcipitantiæ marina, acido saturata.
 - 3) Diaphoretica fixa, e. g. Antimon. diaphoret.
 - 4) Cinnabarina.
 - 5) Acidula, e. g. Clyffus Antimonii, Spiritus Vitrioli in potu, acetositas Citri.
- 6) Sufficiens & diluitor potus, cum succo Citri, præcipue in sexu Masculino, ad gratum acorem acidulatur. Thée, Coffée, non ira calide exhibenda. Item loco ordinarij potus laudatur decoctum hordei passulatum & acetositate citri gratius reddimus *amarindinat.*
- b) *Stasis* in meningibus quantocyus est discutienda: in quem finem laudantur
 - 1) *Interne.*
 - a) Alexipharmaca temperata, e. g. Mixtura simplex, Essent. alexiph Srahlii.
 - β) Aquæ diapnoicæ cum præcipitantibus fixis.

γ) Emul.

γ) Emulfiones e semine Cardui Mariz.

δ) Succus Chærefolii.

2) *externe.*

a) *Camphorata*, e. g. Spiritus Vini camphoratus, vertici, fronti, nuchæ & temporibus applicatus.

β) *Unguentum alabastrinum* camphoratum cum aceto forti simplicis, vel rosaceo, paratum. *È nuclei persicorum*

γ) *Epithemata* ex emulfionibus cum *nucleis persicorum* paratis, camphoratis, linteolis imbutis, fronti alligata, quæ præsentius discutiunt. Item domesticum illud remedium e cumino baccis Juniperi, sale & pane. *unt. reinf.*

δ) *Cucuphe e radicibus*: Valerian. Irid. florentin. Rhod. Cyper. rotund. Bryon. *herbis*: Verben. Majoran. Meliss. Betonic. Rut. Origan. *Floribus*: Chamomill. Sambuc. Papav. rhead. *Seminibus* Carminat, *ligno* fantal. citrin. cum *camphora*.

Sempit.
 ε) *Bufo* vertici applicatus.
 c) *Affluxus* humorum est revellendus. *Faciunt hoc*

1) *Clysteres* acres Colocynthiaci. *Elect. de hier. pura.*

2) *Frictiones* pedum.

3) *Vesicatoria* plantis pedum applicata.

4) *Cataplasmata* rubefaciencia ex allio, ruta, lupulo, rad. pyreth. pipere, Sinap. Stercore columbino, fermento, Semine Nasturtii. *indern.*

5) *Scarificatio* narium, retro aures, usus hirudinum, Venz sectio in brachio &c. *vid. Caustel.* *edroamess etc.*

2. *Methodus specialis.*

a) Quando patientes in delirio disponi possunt ad clysterem, curæ initium cum illo faciendum est, ut strictura illa versus caput solvatur, & ad inferiora revocetur; sin fecus, per Nitrosa & potum largiorem alvus expedienda est.

b) Deinde *Vena sectio* sive instituatur, sive omittatur, secundum indicationes, sub Caustelis commendatas.

c) *Interne* propinentur

1) alexipharmaca temperata, e. g. *Mixtura simplex* leniter camphorata, vel *Essent. alexiph. Stahlii*, & quidem circa tempus alicujus remissionis, wann sich der Patient etwas erträglich befindet.

2) *Per*

- 2) Per reliquum tempus exhibeantur pulveres ex absorbente aliquo, acido citri saturato, Antimon. diaphoret. Nitro depurato, & pauca portione Cinnabaris, parati: interpositis subinde Emulsionibus, superius descriptis.
- 3) Ubique autem injungatur potus dilutus, sufficiens, acidulatus, & regimen placidissimum ad lenem transpirationem.
- d) *Externe*, in *incremento morbi* & versus *statum* applicentur Remedia modo commendata. e. g.
 - 1.) Spiritus Vini camphoratus, circa tempora, frontem.
 - 2) Frictiones, Vesicatoria, Cataplasmata rubefacientia in plantis pedum.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Vene sectio* in fronte, vel sub lingua, tanquam præsidium alias usitatum, licet provide fiat, ambiguo tamen plane eventu instituitur: involvit enim duo gravia facile incommoda.
 - a) Sectio *raninarum*, non sufficienter facta, auget præsentissime, cumprimis in statu plethorico, humorum versus caput congestionem.
 - b) Quando autem raninæ satis sectæ sunt, succedit facile hæmorrhagia incompefcibilis.
2. In phrenitide *idiopathica*, ubi e causis violentis externis, vel a commotione plethoræ, malum exortum est, facilius conceditur *Venæ sectio*, & quidem statim sub initium in brachio; & deinde circa statum, urgente adhuc necessitate, sub lingua.
3. Ad phrenitidem præcavendam in febribus acutis quovis modo evitentur *opiata*; non minus autem in ipsa hujus affectus tractatione.
4. Sic etiam usus *salium volatilium* proscribendus est, licet communiter ad discussionem commendetur.
5. Ubi *lingua* nimis turgida, rubicunda, aut albo muco obducta est, ibi *gargarisma* adstringens, si modo sui memores sint, ut non deglutiant, optime convenit. Specialiter laudatur radix *Pseudoacori*, in taleolas concisa; sub lingua detenta, masticata, sed minime deglurita.
6. De Corruptionibus modo sphacelosis, modo suppuratoriis, post mortem phreniticorum in cerebro & illius meningibus detectis, legi mæretur *Boneti sepulcretum*.

TABULA XLVII.
DE
PARAPHRENITIDE.

I. DEFINITIO.

Paraphrenitis est febris acuta symptomatica, discussione staseos inflammatoriz in Diaphragmate destinata, concurrente ob confusum nervorum mentis alienatione. Derivatur a *παρά* & *φρήν* mens. *ἡ δὲ τῆς ἀλλοτρίης πρὸς τὴν παρὰ τὴν φρήνα:*

II. DIFFERENTIA.

1. Paraphrenitis differt a Phrenitide ratione loci affecti, in hac enim Meninges Cerebri irascuntur, in illa autem diaphragma stasi inflammatoria occupatur.
2. Differt etiam delirium in Paraphrenitide occurrens a reliquis hypochondriacis deliriis, in quibus febris acuta inflammatoria non apprehenditur.
3. Paraphrenitis *in se* est vel
 - a) *idiopathica*, ubi febris & inflammatio uno tempore & opere concurrunt; vel
 - b) *Symptomatica*, quæ aliis morbis, præcipue autem febribus prægressis, succedit. *Conf. Causæ.*

III. SIGNA.

1. Cum aliis febribus inflammatoriis *communia*. Hæc Tabula de Hepatitide descripta sunt.
2. *Propria.*
 - a) Cardialgia ita exquisita, ut ne levisimum quidem contactum perferre *circa præcordia* possint.
 - b) Tumor præcordiorum.
 - c) Mentis alienatio, sermonibus deliris sese manifestans, sed ad violentiam & excessum phreniticorum non accedens.
 - d) Respiratio interrupta, suspiriosa.
 - e) Ructus, & interdum vomitus niger, ob consensualem ventriculi passionem.
 - f) Fauces exarescunt.
 - g) Lingua communiter alba & scabra observatur.

IV. SUBJECTA,

Præ-

Præter ea, quæ antecedente Tabula diximus, hic adhuc notari meretur, quod paraphrenitis non raro illis subjectis accedat, quæ morbo Hungarico seu Castrensi laborant.

V. CAUSÆ.

1. Causa materialis *proxima* est stasis sanguinis inflammatoria, in diaphragmate exorta.
2. Causa *formalis* est laboriosum conamen Principii vitalis, per motus febrales staseos discussionem obtinere; sub quo labore ~~ambiguo~~, delirium ob consensum paris octavi nervorum accedit.
3. Causæ occasionales & procatartice sunt:
 - a) Metastasis materiz febrilis ad diaphragma.
 - b) Evacuationum sanguinis naturalium, e. g. narium, hæmorrhoidum, Mensium, suppressio.
 - c) Artificialium neglectio.
 - d) Potus, corpore calente, *frigidus*, præcipue fermentescens.
 - e) Affectus anginodes retro pulsus, & infeliciter ad hanc partem affectam translatus.

VI. PROGNOISIS.

1. Paraphrenitis tanti quidem, & tam præcipitis non est periculi, uti phrenitis, sufficit tamen non raro ad ægrum jugulandum.
2. Eventus hujus morbi triplex est:
 - a) vel enim stasis inflammatoria mature discutitur, & sudores, die critico supervenientes, salutarem exitum adferunt.
 - b) Vel stasis quidem sensim resolvitur, excretio autem materiz ita resolutæ non legitime succedit, sed per metastasin trajicitur modo ad *aures*, unde parotides, imo surditas, proveniunt; modo ad *artus*, quæ affectus arthriticos vel erysipelaceos inducit.
 - c) Vel stasis abit in corruptionem; & sic intra septem, vel, ad summum, quatuordecim dies æger consumitur.
3. Singultus, perennes extremorum perfrigerationes, ardores interni graviores, sudores algidi, infausta sunt præsagia, testantur enim de gangræna, in sphacelum mox transitura.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Ubi ex errore in diæta prægresso materia peccans in primis viis hæret, ibi evacuatio *emetica* locum habet: quo casu præmittantur digestiva, & quando vomitus sponte non succedit, Tartarus emeticus exhibeatur,

2. In quibus autem subjectis plethora insignis concurrit, in illis Venz sectio statim sub initium morbi conceditur, & urgente necessitate, repetenda judicatur.
3. Ante meridiem Mixtura simplex vel Essent. alexipharm. temperata, ad gutt. XX, aliquoties exhibeatur, interpositis potionibus diaphnoicis.
4. Post meridiem pulveres Nitroso-temperantes, cum diaphoretico fixo & sale digestivo, singulis binis horis propinentur.
5. Externe in subsidium simul trahantur
 - a) *Emplastrum* miraculosum largiter camphoratum, scrobiculo cordis, & opposita regioni in tergo applicandum.
 - b) *Frictiones* & *Sinapismi* in pedibus.
 - c) *Clysters* stimulantés, colocynthiaci, vel *suppositoria* acria.
 - d) *Hirudinum* ad hæmorrhoidalía loca applicatio in iis subjectis, quæ antea huic evacuationi exposita fuerunt.
6. Transpiratio placida ubique conservetur
 - a) per regimen sub usu remedium temperatissimum,
 - b) per potum sufficientem tepidum, sed succo citri, vel Clyffo Antimonii, acidulatum; ne formulæ dilutiores flatulentiam excitent.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quæ præcedente Tabula de Phrenitide, & Tabula XLIII, de Hepatitide monuimus, ea etiam in paraphrenitide observanda commendantur.
2. Præcipue evitetur hic potus *frigidus*, qui præsentanea incommoda, nempe ructus, singultum, angustiam præcordiorum majorem, infert.
3. *Electuarium* de ovo pro scopo alexipharmaco specialiter in hoc affectu laudatur.
4. Ante, quam inflammationes internas obſignamus, monendum adhuc est, quod quidem adhuc aliz illarum species, e. g. inflammatio ventriculi, pancreatis, uteri &c. reperiantur, eandem autem methodum & tractationem exposcant;
5. Ubi in specie de inflammatione *ventriculi* observandum est, quod tanti periculi non sit, quam si in alio viscere stasis inflammatoria contingat; quia ventriculus motu tonico peristaltico gaudet perpetuo, quo staseos discussio facilius promovetur,

ca rad. pimp.
alb. et florib.
in ſu hujus Compl.
Je Takama kasa
v Galban.

TABULA XLVIII.

DE

FEBRE CATARRHALI BENIGNA,

Sen

Veterum quōtidiana continua,

I. DEFINITIO.

Febris catarrhalis est febris continua symptomatica, qua Principium vitale motibus secretoriis & excretoriis, ultra gradum quidem naturalem auctis, satis tamen moderate procedentibus, lympham, ~~hæc~~ qualitate ~~hæc motu~~ læsam, corrigere intendit. Derivatur hæc denominatio a *κατά*, & *ῥέω*, fluo.

II. DIFFERENTIA.

1. Licet febris catarrhalis *benigna* a *maligna*, quoad *speciem* non differat, sed tantum quoad *gradum* noxiæ materiæ, & symptomatum, quia tamen *maligna* paulo aliam methodum, eamque leniorem & magis circumspectam exposcit, insuper etiam pure epidemicæ petechæ tantis constitutionis est, placuit, illam peculiari Tabulæ reservare.
2. Stasis illa *mucido-serosa*, cum partibus sanguinis tenuioribus mixta, cui febris catarrhalis supervenit, differt omnino a *stasi urente*, rodente, venerea, ulcerascente: licet enim hæc easdem partes, nares, infundibulum, pharyngem, tonsillas, palatum, imo parotides, obsideat, nulla tamen febris illi accedere solet.
3. Differt etiam a *rheumaticis* illis congestionibus & febrilibus motibus, quibus viam stravit heteroclita apostasis post febres acutas, vel intermittentes turbatas; sicut etiam ipsa talis febris a nostra catarrhali maxime diversa est.
4. Neque febris *intermittens diuturna* in febrem catarrhalem transiisse existimanda est, si, quod satis frequenter contingit, gravedinem, coryzam, tussim, branchum, generet.
5. Differt etiam hæc febris catarrhali a febre catarrhali *hemoptica*.

III. SIGNA.

1. Invadit hæc febris communiter circa *vesperam*.

2. Tempore æquinoctii, præcipue autumnalis.
3. Præcurrunt, vel statim junguntur, gravedo aut coryza.
4. Raucedo, molestia deglutitionis.
5. Imo intra collum erysipelacea quasi constitutio.
6. Prægravatio pectoris.
7. Tussis satis quidem violenta, parum tamen excernens, & per totum morbum ordinarie durans.
8. Universalis corporis languor.
9. Invadit autem hæc febris cum frigore horrido, imo rigore, præcipue vero tenfivis doloribus in dorso.
10. Durat hoc frigus per dimidiam circiter horam, aliquando ad integram, raro diutius.
11. Calor succedit immediate, satis quidem lenis, cum angustia tamen & anxietate circa præcordia conjunctus.
12. Quæ, circa præcordia, pathemata in paucissimis saltem subjectis nauseabunda aut vomibunda observantur.
13. Durat hic æstus pro gradu plethoræ per horas bene multas, ita ut primis paroxysmis vix altero mane notabiliter tepescat.
14. Pulsus est celer & frequens.
15. Appetitus prostratus, vires dejectæ, somnus imminutus.
16. Caput magis est debile, quam dolens.
17. Ad diarrhœas hæc febris valde inclinât, interdum accedunt vomitus.
18. Sudores etiam sese exerunt.
19. Urina præter colorem aurantium, febribus acutis familiarem, hoc peculiare habet, quod pauca moratenuissimam cutem, vitro subtiliter adhærescentem ostendat, lacteo-liventis coloris cum sedimento roseo-pallido, Fleischfarbig.

IV. SUBJECTA.

1. Evenit hæc febris familiariter temperamento sanguineo-phlegmatico.
2. Subjectis mucosis, spongiosis, & seri inquinamentis abundantibus.
3. Quæ multum & diu partes capitis & colli glandulosas frigori exponunt.
4. Quibus scabies aut alia ulcera retropelluntur,
5. Quæ nimis vigiliis indulgent,
6. vel vino adusto abutuntur.

V. CAUSÆ.

1. Causa *antecedens* hujus febris est lentor & tenacitas Lymphæ.
2. Causa *proxima* est catarrhus peculiaris conditionis, nempe salso-acris; simplex enim catarrhus, seu mucida stasis, satis liber manet a febre; quando autem portio sanguinis subtilior, quam veteres præcipue, biliosam esse putant, huic stasi simplici immiscetur, tum involvit periculofam inflammatoriam in his locis indolem, unde facile corruptio sphacelosa provenire potest.
3. Ad hanc corruptionem avertendam febris accedit, tanquam causa *formalis*, & salutare opus naturæ, quæ successiva absterfione sensim iterum auferat, quod ita coacervatum hæret.
4. Causæ *occasionales* & *procatarrhica* sunt:
 - a) refrigerationes corporis *immodicæ*.
 - b) Tempestat frigido-humida, præsertim autumnalis.
 - c) potus frigidus, calente corpore sumtus.
 - d) Materia acris, in coryza excerni solita, retro pulsa.
 - e) Item Scabiei vel crustæ lactææ retropressiones.
 - f) Verbo: omnia ea, quæ naturalem & genuinam impediunt transpirationem.

VI. PROGNOISIS.

1. Febris catarrhalis *simplex* & *benigna* salutariter ut plurimum decurrit, & quidem sæpius bono tantum regimine.
2. Accedente autem *malignitate*, vel præpostera medica tractatione, periculo non vacat. *vid. Tab. de febre catarrhali maligna.*
3. Quo magis ab indole sua leniore recedit, & cum vehementia tam frigoris quam æstus insultat, eo justior est metus alicujus labis, circa viscera hærentis.
4. Optimus successus & eventus consistit in stasos rheumaticæ, acris, causticæ, inflammatorio-corruptivæ, assidua resolutione & successiva dissipatione.
5. Hippocrates jam observavit, a fluxione ejusmodi materiæ acris, causticæ, in pharyngem præcipue, oriri raucedines, Cynanchas, erysipelata, peripneumonias, & quam diu materia in tali intemperie existat, perdurare talia pathemata, si vero spissescat & concoquatur, illa minui & febrem solvi.
6. Nisi ergo mature, & placido successu, materia hæc sensim abstergatur & dissipetur, ulceratio sanioso-ichorosa succedit, quæ prom-

prompte in sphacelofam & funeftam putredinem ruere folet; id quod fatis confirmant ulcera illa externa, e diuturno eryfipelate vel phlegmonibus non difcutiendis oriunda, quæ, licet immediata adhuc præfidia admittant, peffimam tamen indolem exhibent.

7. Quo acrior igitur inflammatoria ftasis fubeft, eo propior dicto eventui exiftit.
8. Quo magis autem febris *simplex & benigna* catarrhalis dici meretur, eo longius ab hoc eventu diftat; magis autem in lentas & hæfticas febres propendet, præcipue quando nimis abforbentibus & refrigerantibus tractatur.
9. Indoles hujus febris non eft, ut *apoftafes* formet, feu materiam, femel refolutam, extrinfecus in locum arctiorem cumulet, uti hoc in parotidibus, angina, contingit.
10. Quando autem per intempeftivas artis commotiones aliquid extrinfecus protruditur, appaerentes tales *apoftafes*, pro criticis excuffionibus vulgo venditatz, genio huic febri proprio non debent imputari.
11. Multo lenius adhuc decurrunt *febricula* illæ, catarrhalibus affines, quæ hyeme tepida repentinis tumoribus, e. g. glandularum fub auribus, tonfillarum &c. fuperveniant.
12. Quando autem per coacta regimina turbantur, vel materia infaufte ad interiora repellitur, febres fatis acres & inflammatoriz periculofæ inde proveniunt; præfertim fi perturbatio talis artificialis verno & autumnali tempore (quo fanguinis commotio familiarior eft) contingat.
13. Ceterum, quam *benigna* etiam fit hæc febris catarrhalis, eft tamen contagiofa, uti & ipfi catarrhi tenuiores & coryza ejusdem indolis effe obfervantur.
14. Quo magis autem contagiofa reperitur, eo certius petechiz complicantur. *Vid. Tab. de febre Catarrhali maligna.*
15. *Diarrhææ*, quando fub *initium* accedunt, minuunt impetum morbi; in *ftatu* quæ fupveniunt, fi *moderata & indolentes* exiftant, non adeo periculofæ funt.
16. *Alvi* autem *adftrectio* hic æque ac in petechialibus purpuratis nocentiffima eft, &, præcipue in ftatu, deliria, comata convulfiones, inducit.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis.

1. Vitium lymphæ, in mucositate & tenacitate consistens, est corrigendum. Resolvunt lentorem hunc

a) Radices catarrhales, Alexipharmaco·diureticæ, præcipue rad.

pimpinell. alb. Vincetox. Helenii. *Ab. & his parat essent. velle*

b) Salina colligantia digestiva, e. g. Arcan. duplicat. Tartar. vitriolat. Nitrum Antimoniar. *pharmac. curia*

2. Motus febriles secretorii, & excretorii eundem finem respicientes, prudente ratione sunt adjuvandi, cui scopo antifebrilia temperata, e. g. Ess. Alexiph. Stahliani, Mixtura simplex, pulvis Bezoardicus e Nitro, Antimon. diaphoret. oculis cancri, acido Citri saturatis, & sale digestivo, satisfaciunt.

3. Tussis sicca secure est mitiganda; in quem finem conducunt

a) antifebrilia, modo commendata. *5 per opia*

b) Liquiritia cocta.

c) Emulsio ex amygdal. vel semin. Card. bened. Mariz, parata,

d) Mucilago hordei, avenæ,

e) Oleum amygdalarum dulc.

4. Alvus semper aperta est conservanda

a) per dietam liquidam e prunis, passulis, pomis.

b) Per potum sufficientem, tepidum, ex infusis Théæ, Veronicæ, Tussilag. *Beronic. meliss. Salv.*

c) Per Clysteres.

d) per pilulas Stahlianas vel Beecherianas mane exhibendas.

B. Methodus specialis.

1. Mane propinetur Essent. Alexipharm. Stahliani ad gutt. XXX. cum lenissimo regimine.

2. per diem autem usque ad tempus paroxysmi pulvis quidam Bezoardicus bis vel ter ad scrup. I. exhibeatur, e. g.

Recip. Nitr. depurat.

Tartar. vitriolat.

Antimon. diaphoret.

Ocul. cancri acido Citri saturat. ana Drachm. I. M.

3. Durante paroxysmo portiones tepidæ, & qualescunque congruæ humectationes porrigantur.

4. *Quam* primum *zstus* remittit, & *mador* in *paciente* observatur, *discussio* *diapnoica* promoveatur
 - a) vel per *dofin* *Essent.* *Alexipharm.*
 - b) vel per *potiones* *diapnoicas* ex *aquis* *Scord.* *Card. bened.* *flor.* *fambuc.* *galeg.* cum *Antimon.* *diaphoret.* & *aliquo* *abforbente,* *paratas.*
5. Ad *tuffim* *validam* *mitigandam* exhibeatur *versus* *illud* *tempus,* quo *maxime* *affigit,* *Emulfio* *quzdam* e *semin.* *Card. benedi-cti,* *Mariz,* cum *aquis* *discutientibus* & *pectoralibus,* *præcipue* *Hysfopi,* *parata.*
6. In *obftipatione* *alvi* vel *Clyfteres,* vel *Pilulæ* *Stahlianæ* *audacter* *adhibeantur.*
7. *Diarrhææ* *autem* *quando* *accedunt,* *Tartarus* *Vitriolatus* e *pulvere,* *supra* *defcripto,* *removeatur,* & *crystallus* *montana* *ppt.* *subftituatur,*
8. *Hæc* *methodus* *per* *quatuordecim* *dies* *continuetur,* *quia* *mitior* *eft* *hæc* *febris,* *nec* *brevi* *adeo* *periodo* *finitur.*

VIII. CAUJELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Febris* *catarrhalis,* *uti* *fulcellum* *habet* *placidum,* *fic* *omnis* *medicatio* *huic* *indoli* *debet* *efle* *conueniens.* *Hinc* *illa* *methodus* *optima* *eft,* *quæ* *excretiones* *diuretico-* *diaphoreticas* *lenibus* *fulcellibus* *promouet.*
2. *Omnes* *autem* *commotiones* *inconfideratæ* *evitandæ* *sunt,* *majores* *enim* *ad* *interiora* *regurgitationes,* *inflammationes* *acres,* *eryfipelaceas,* *generant,* & *febrem,* *in* *fe* *benignam,* *periculofam* *reddunt.*
3. *Regimen* *feper* *fit* *tepidum,* *cavendo* *a* *refrigeratione,* *quando* *enim* *transpiratio* & *fadores* *lupprimuntur,* *lentæ* & *hecticæ* *febres* *inde* *emergunt.*
4. *Quæ* *lentæ* & *hecticæ,* *fi* *infequantur,* *ter* *per* *diem,* *fed* *fine* *regimine,* *propinetur* *Effentia* *alexipharmaca* *e* *radd.* *pimpinell.* *alb.* *Helen.* *Ari.* *Imperator.* *parata,* *quæ,* *interposito* *verfus* *noctem* *pulvere* *abftergente,* *ad* *recuperandam* *brevi* *integritatem,* *egregie* *conducit.*
5. *Expectorantium* *abusum* *in* *Catarrho* *peccoralî* *excipiunt* *læpe* *dispositiones* *phthificalæ,* *ulcerofæ.*
6. *Idem* *de* *Refrigerantibus* *eft* *lentiendum,*

7. *Alexipharmaca*, si, impetu senescente, *copiose*, propinentur, febrem revocant: unde sufficiunt diaphoretica fixa, cum abitervis combinata, usus denique vini modicus, & laxatio per Mercurium dulcem. *Conf. num. 22.*
8. In Catarrho *Chronico*, non ad eo æstuoso, sufficit *laxatio* per pilulas Beccheri, cum Mercurio dulci & Extracto Panchymag. Crolii solitarias, conjunctis discutientibus, præcipue Essent. Succin. Lignorum.
9. Et sic *succinata* & *ligna antiveneræ* in catarrhis quidem adhuc simplicioribus conveniunt, minime autem in febribus, catarrhis supervenientibus.
10. A positive *diaphoreticis* valde sibi temperandum est, ne quicquam hic cum impetu agitur, *conf. num. 1. & 2.* sed unice assiduis & moderatis transpirationibus infistatur, aut tenuior substantia acris, successive exhalando, dissipetur.
11. Hæc cautela tanto magis notanda est, quia Sudoriferata lia sub prætextu illo specioso, venenatæ nempe malignitatis de corde propellendæ, passim commendantur.
12. Huc etiam pertinet perversa illa & rationi contraria methodus, quæ materiam ex interioribus ad exteriora propellere docet: nam materia, ex infarctu aliquo semel resoluta, ita alteratur, ut ineptior sit ad novum talem infarctum in exterioribus, e.g. in parotidibus, formandum.
13. Quod si tamen glandulosi tales tumores post has febres turbatas vel neglectas remaneant, Essentia pimpinellæ albæ, cum interposita leni laxatione, eximie se gerit.
14. Aquæ diapnoicæ quando adhibentur, removenda est aqua *sumaria*.
15. *Pulveres Nitrosi* non tantum ante & versus paroxysmum, sed etiam in fervidiore illius æstu locum habent, & longe post se relinquunt pulveres Pannonic. Marchion. &c. in Infantibus etiam egregium edunt effectum.
16. *Nitrum* in crassam materiam catarrhalem subtilem & in rheumaticis retrocessionibus, quando perite adhibetur, tantæ est efficaciz, ut illo etiam solo graviora ab illis inducta damna restingui possint.
17. Ad æstus mitigationem *Nitrum* etiam in potu exhiberi potest:

13. ligna in
gibz catarr
veniend.

TABVLA XLIX.
DE
FEBRE CATARRHALI MALIGNA
PETECHIZANTE.

I. DEFINITIO.

Febris catarrhalis *maligna* est febris acuta symptomatica, qua Natura motibus secretoris & excretoris, ultra consuetum tenorem auctis, materiam catarrhalem, valde acrem & activam, undecunque prognatam, eliminare intendit.

II. DIFFERENTIA.

1. Quod febris catarrhalis, & petechialis, item quotidiana Veterum continua, phlegmatica, dulcis & falsa, specie non differant, sed tantum gradu, præcedente Tabula jam indicatum est.
2. In quantum tamen petechizans epidemice grassatur, & ab indole benigna febris catarrhalis simplicis recedit, atque ad varias excurrit anomalias, in tantum peculiari indiget tractatione.
3. Vocatur etiam alias febris castrensis seu Hungarica; quamquam alii hic iterum distinctionem admittant, & castrensi graviora symptomata tribuant.
4. *Macule*, quæ hac febre efflorescere solent, non sunt confundendæ cum maculis scorbuticis.

III. SIGNA.

1. Quæ signa præcedente Tabula de febre catarrhali *benigna* indicavimus, illa ut plurimum etiam valent de *maligna*.
2. *Malignitatis* autem magis *propria* indicia sunt
 - a) angor animi insignis.
 - b) Repentina virium exsolutio.
 - c) Agrypnia fere continua,
 - d) & abstinentia a cibis, ad undecim & plures dies continuans.
 - e) Affectus lipothymici intercurrentes.
 - f) Deliria.
 - g) Præter ea in hac catarrhali *maligna* dolores valde sensibiles &

tendentes circa dorsum & artus occurrunt,

h) quibus familiariter succedunt maculae illae, seu petechiae, a quo Symptomate febris ordinarie vocari solet petechialis, ab Italico *Pedechio*, pediculus, pulex.

i) Quae petechiae interventu medicamentorum calidorum facile augentur.

k) *Angina* & *aphthae* huic febre praeter omnibus aliis facile superveniunt;

l) praecipue etiam *diarrhoea*, quibus etiam quasi critica sese solvere solet.

m) *Purpura alba* cum hac febre complicatur, praecipue si methodo incongrua tractata fuerit.

n) Sistit plerumque indolem *continentis*, & sine invasione cum frigore & horrore ut plurimum accedit; ab accidentali autem causa in quibusdam cum frigore sese manifestat.

o) Est quidem sine typo (dum stas exacerbationes, quas aliz continuas exhibent, non exagitat) sed non sine periodo, nec sine indicatoriis & criticis *alterationibus*; licet ad criticas *excussiones* ineptior observetur.

p) Contagiosa est, more febrium malignarum.

q) Tandem hoc adhuc peculiare habet, quod cum aliis morbis facile complicitur, vel pro anni mutationibus illorum schema exhibeat, e. g.

1) mense Februario, Martio, Aprili sub pleuritidis, & febris tertianae schemate apparet.

2) Majo & Junio anxietatibus cardialgicis, & hypochondriacis innotescit, & cum febribus cholericis-causticis facile complicatur; ubi simul in quibusdam circa initium morbi enormes haemorrhagiae eveniunt.

3) Julio & Augusto dysenteriae schema ludit.

4) Reliquis mensibus multa tussi affigit.

IV. SUBJECTA.

1. Quia contagiosa est haec febris, invadit, ubi grassatur, omnis generis subjecta;

2. ea tamen intercedit differentia, ut teneri, delicati, otiosi, timidi, multo magis ab illa corripiantur, quam robusti, laboriosi, & tempestatibus quibuscunque insalubribus adfueri.

V. CAUSÆ.

1. Causas febris catarrhalis in genere præcedente Tabula indicavimus, quæ autem causæ catarrhalem malignam producant, frequentia docebunt.
2. Causa materialis est catarrhus acris causticus, seu Miasma maxime subtile, activum, fermentescens, & putredinosum quid inferens.
3. Causa formalis est laboriosum Naturæ conamen, per motus febriles noxiam illam materiam e corpore proscribere, & hac ratione corruptionem imminuentem præoccupare. *at Agens*
4. Causæ occasionales, quæ hanc febrem provocare solent, sunt potissimum sequentes.
 - a) Aer fermentescens & putredinosus exhalationibus repletus.
 - b) Contagium per alios hæc febre correptos; quo casu timor & averfatio multum contribuunt.
 - c) Fructus horzi, vel alii cibi fermentescens. *V. recentium Odum defecatum*
 - d) Refrigeratio corporis exstuantis.
 - e) Frequens animi exandescencia, eaque suppressenda.

VI. PROGNOISIS.

1. Quæ præcedente Tabula ratione prognoses diximus, illa etiam in hac febre, licet magis maligna, ut plurimum valent.
2. Præter ea notandum, quod maculæ quidem non absolute sint de essentia hujus febris, & rectius hinc *petechizans* quam *petechialis* appelletur, interim tamen eidem præ aliis proprium sit, maculas tales proferre.
3. Et licet hæc maculæ pro pure critica excretionem, quæ determinatis diebus, imo horis alligata est, non habendæ sint, pro absolute tamen *symptomatica* excussione non possunt declarari, sed potius pro *eccrisi* utili, & morbum quodammodo sublevantem; modo sibi relinquuntur, nec præcipitanter incitentur.
4. Quæ maculæ ante septimum diem erumpunt, tam salutaris exitus non reperiuntur, quam quæ circa primum septenarium efflorescunt.
5. Quæ post primum septenarium proveniunt, salutarioris adhuc eventus deprehenduntur, quam quæ circa eundem sese manifestant,

6. Quæ nimis copiose erumpunt, plerumque cum periculo retrocedunt.
7. Quo magis rubicundæ sunt maculæ, coloris rosei, & post tres vel quatuor dies sensim iterum evanescent, ac patientem aliquo modo sublevant, eo melioris spei censendæ sunt; quo magis autem ad colorem saturatiorem nigricantem, & livescentem accedunt, eo detericris sunt præfagi.
8. Quando post eruptionem macularum euphoria non sequitur, *Purpura miliaris* sæpissime adhuc expectanda est.
9. Delirium ante primum septenarium minoris est periculi, quam illud, quod post eundem occurrit. *et mori*
10. Diarrhææ, licet reliquis febribus exanthematicis, e. g. variolis, infelicem retrocessionem, & hinc non raro mortem causant, soleant, in petechizantibus tamen hoc observare non contingit: quamquam enim morbum non solvant, nec ullum positivum emolumentum hisce febribus afferre videantur, nullum tamen notabile damnum inferunt, & longe minoris periculi observantur, quam alvi *adstrictiones*.
11. Hippocratis effatum: *soluta alvo febres solvuntur*; cum grano salis hic accipiendum est, & non nisi certis circumstantiis quadrat. quamquam enim diarrhææ *spontanea*, huic febri supervenientes, nihil adeo metuendi portendant, *artificiales* tamen laxationes minime sunt substituendæ.
12. *Hæmorrhagia narium* extra judiciaria tempora, cum incremento delirii eveniens, raro bonæ est consecutionis, alvo præcipue ficcior: deliria enim & Aphthæ facile succedunt; quando autem diuturnis deliriis hæc vel alia hæmorrhagia supervenit, tolerabilior observatur.
13. *Aphthæ*, quando huic febri accedunt, ad funestum exitum plerumque inclinant; paucis enim horis ita invalescunt, ut per œsophagum ad ventriculum diffundantur; cujus signum est borborygmus post potum, *es solset bis in den Magen*.
14. Hippocratis prognosin de fluxione acri caustica præcedente Tabula jam allegavimus; quæ proinde hoc loco repetenda est.
15. *Inflammatiō*, quæ hujus indolis fluxiones sequitur, quo minus *sanguinea* admixtionis involvit, eo minus etiam ad acrem effectum ulcerosum properat, sed potius discussione facile iterum resolvitur.

16. *Ulceratio* autem, si obtingat, multis modis est deterior, quam simplex *suppuratio*; imo ita maligna deprehenditur, ut facile in putridam sphacelofam corruptionem abeat. *qd in iſſur & catarrh.*

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. *Methodus generalis.*

1. *Correſtio* materiæ malignæ, contagioſæ, pro viribus tentanda eſt, & ſic Commotio humorum inteſtina, & ab illa pullulans acrimonia ulcerofa mitigatur. Ad hanc correſtionem eligenda ſunt talia Alexipharmaca, quæ ſine multa alteratione tantum corrigunt, ſive ad excretionem diſponunt. Valet hic præ aliis *Effentia Scordii* cum *Effentia Radicum Alexipharmacarum* mixta: facit autem quod poteſt, non vero quod neceſſitas ſæpe poſtulat: *ſpecifica* adhuc deſiderantur.

2. *Successivæ* lenes evacuationes diuretico-diapnoicæ magis, quam ſudoriferæ, promoveantur. Obtinetur hoc feliciter

a) Per *abſorbentia*, abſterſivo-diuretica virtute prædita, nempe *acido ſaturata*.

b) Per *diaphoretica fixa*, e. g. *Antimonium diaphoreticum*.

c) Efficaciſſime per maritacionem cum *Nitro*.

d) Per *diluentia*.

e) Per potiones diapnoicas, in ſanguineis leviter acidulatas.

3) *Virium & ſymptomatum urgentium* habenda eſt ratio.

a) *Vires reſtaurantes* Emulſiones ex aqua roſarum, *Cinnamom.* & ſemin. Card. bened.

b) *Cephalalgicæ & agrypnicæ* occurrunt per *Camphorata*, externe applicanda.

c) *Diarrhœa* excedens ſecure tractatur per *Nitrum & cryſtall. montan.* præparat.

B. *Methodus ſpecialis.*

1. Mane exhibeatur *Effent. Alexipharm.* cum multa *effentia Scordii* remixta, ad gtt. 25-30.

2. Per diem autem pulvis *Bezoard.* aliquoties propinetur, e. g. *Recip. Nitr. depurat.*

Antimon. diaphoret.

Ocul. Cancr. acido Citri ſaturat. ana Drachm. I. M. doſis Scrup. I.

3. Item potiones ex aquis diapnoicis cum præcipitantibus & Antimonio diaphoreticoparatæ, e. g.

Recip. Aquæ flor. Acaciz.

Galeg.

Cerafor. nigr.

Scord.

Scabios.

Plantag. aa ℥i.

Cinnamon. ana. Unc. ℥.

Antimon. diaphoret. Scrup. II.

Ocul. Cancr. Drachm. femis.

Sacchar. perlat. q. s. ad gratiam, dof. Cochl. I. post 2-3. horas repetenda.

4. His subinde interponi possunt *Julepi* aut potiones *acidulate*. e. g. clyffus antimon. vel succus Citri, potui instillandus.

5. *Emulsiones* e semine Aquilegæ, card. Mariæ, Citri, valent præcipue, si maculæ & purpura conspiciantur.

6. Concurrente Diarrhæa, eadem quidem manet Methodus, pulveres autem Nitrosi eo frequentius repetantur, & CrySTALLUS montana adjiciatur, observato adhuc magis regimine diapnoico.

7. In *adstrictione* autem *alvi* sufficiens humectatio, usus pulverum Nitratum & clysteres, moderate adhibiti, conveniunt.

8. In *doloribus capitis* sub initium spiritus vini camphoratus, deinde autem Unguentum Alabastrinum camphoratum adhibeatur.

9. Quam primum patientes male deglutire sentiuntur, *Gargarismata* subadstringentia, interne & externe discutientia, ac lenissime laxantia tempestive adhibenda sunt, ne Aphthæ prævaleant. Idem de Anginoidis affectibus censendum.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quo magis hæc febris epidemica est, & petechizat, adeoque ad veterum quotidianam continuam, a phlegmate *saiso* exortam, accedit, eo circumspiciente & leniore methodo aggredienda, ac periodus illius septenaria observanda est.

2. Hinc magis adhuc, quam in febre catarrhali *benigna*, cavendum; ne ulla vehemente commotione evacuatoria morbus *primarius*, nempe stagnatio materiæ acris, exagitetur; quod in progressu mor-

mor-

- morbi *secundarii*, scilicet febris, tanto magis evitandum : nimis enim mature & copiose maculæ prodeunt, ac facile retrocedunt.
3. Procul itaque absint alvum stimulantia, Alexipharmaca calida, Anticatarrhalia lignosa, succinata, Salia volatilia urinosa.
 4. Secus si fiat, major ad interiora regurgitatio, inflammationes internæ erysipelaceæ, anxietates, & virium summæ prostrationes producuntur.
 5. Hinc *B. aglivius* a simplicibus exagitationibus intempestivis per Alexipharmaco fudorifera in malignis epidemicis mortem annuntiavit.
 6. Specialiter monendum, quod evacuatio sanguinis per *vena sectionem* in hac febre summæ noxia sit : nam circa dies criticos congestiones humorum versus caput ut plurimum contingunt, & Aphthas ac deliria causantes, cum eventu communiter funesto ; nisi continuum regimen diapnoicum, statim post *venæ sectionem* injunctum, hunc infelicem successum aliquo modo infringat. Hinc etiam Medicus post *venæ sectionem* demum in auxilium vocatus, regimen diapnoicum sibi commendatum habeat.
 7. Nontantum doctrina, sed & historia de *specificis fermentis* & fermentationibus difficilis est, & nulla spes affulget, perspicere tandem rationem, cur talia fermenta certas quidem animalium species violentissime invadant, aliis autem minime noceant, ita ut canes de talibus recenter mortuis sine damno edere possint.
 8. Unde & hujus febris noxium fermentum ad certam corruptionis classem laboriose referre, supervacaneum est ; videtur tamen aliquid scorbutici fovere.
 9. In *specificum* autem hujus contagii *Corrigens* inquirere, majoris esset utilitatis.
 10. Dantur quidem *Alexiteria*, quæ certæ speciei contagia tollunt, e. g. Scorzonera delet venenum, per morsum serpentum communicatum, sed *specificum corrigens* contagii, in hac febre præsentis, adhuc incognitum est.
 11. *Apium*, in libro de febribus, multis quidem laudibus *Essentiam Extracti Cascarille*, præmissio vomitorio exhibitam, extollit, & D. D. Stablius bonum inde effectum, sed sine vomitorio præ-

- missio, itidem observavit, *specifica* autem efficacia per experientiam nondum confirmata est, quia febris ordinarium suum tempus solet servare.
12. Sic nec *Elixirium polychrestum* universale specificum habendum, nam febris statum suum tempus ad 7-9-11. dies continuat: attamen continuato ejus usu symptomata multo mitiora observantur. Præter ea abusus, non vero moderatus usus summe debiles reddit ægros, ut diu vires recolligere non possint, imo facile in febres lentas incidant.
 13. De reliquo, licet contagium hujus febris propria sua indole satis segne & lene observetur, ita ut post 3-4. septimanas demum corripiatur aliquis ex illa familia, in qua ante tantum temporis alter decubuit, variat tamen secundum magis & minus, pro anni, temporis, & reliquarum circumstantiarum diversitate; imo observata sunt aliqua exempla, quæ non decubuerunt hac febre, & tamen maculas experta sunt.
 14. Quando autem plures simul, aut brevi temporis intervallo ab illa corripiuntur, justa suspicio, imo fere certitudo, subest, quod formido, mœror, & insolita fatigatio in alterius ægroti servitio, sint accusanda.
 15. Dubitat omni jure *Schelhammerus*, an *Terrea* præcipuam suam efficaciam in corpore exerant per *Acidi* absorptionem: non enim tam acidum absorbent, quam particulas tenuiores sulphureas, quæ fermentativas & putredinosas corruptiones causant, coagulant, & sic illarum agilitatem infringunt.
 16. Hinc evenit, quod *Absorbentia* ostracodermata sudorem promoveant, quia scilicet acrimoniam talem salino-sulphuream, organum sanguinis inducentem, & hac ratione ventilationem sudatoriam impediendam, feliciter corrigunt, & per diuresin evacuant.
 17. Eundem commodum effectum exhibet *Nitrum*: increffat enim tenues catarrhos, & ad motum excretorium & diureticum promovet: unde etiam in retropulso rheumate gravia mala, ab his agilibus particulis expectanda, præoccupat. *Conf. Tabula præcedens.*
 18. Quando *diarrhœa* accedunt, caveat sibi patiens, ne sub alvo deponenda frigori se exponat: unde opus est, ut patina, huic

- negotio accommodata, ægro decumbenti supponatur.
19. *Vigilie* nimiz non per *Narcotica*, sed sufficientem potum, pulveres Nitrosos, Cinnabarinos, Emulsiones & potiones analepticas oppugnantz sunt.
 20. Quæ etiam remedia in deliriis, vel lipothymicis affectibus optima sunt, conjunctis parvis sed repetitis dosibus Bezoardicorum.
 21. Denique *potus* ubique *sepidus* exhibeatur, cibus patienti recusanti non obrudatur, & mens, quantum fieri potest, tranquilla commendatur.



TABULA L.
DE
FEBRE PURPUREA
SEV

MILIARI.

vel ad usum aëstatis principis.

I. DEFINITIO.

Febris purpurea, seu miliaris est febris acuta, continua, exanthematica, ubi Principium vitale miasma aliquod subtile fermentescens ad peripheriam corporis extrudere intendit: motibus secretoriis & excretoriis, ultra consuetum ordinem auctis.

II. DIFFERENTIA.

1. Purpura est vel *alba*, vel *rubra*.
2. Purpura *alba* ordinarie est maligna, & febribus petechizantibus facile complicatur, in quibusdam etiam locis puerperis accidere, proximis abhinc annis observata est. *vid. Subjecta.*
3. Purpura autem *rubra* multo benignior observatur, ad quam proinde definitio, modo tradita, in totum non potest applicari.
4. Purpura *alba* & *rubra* differunt fere ut Variolæ & Morbilli.
 - a) Uti enim Variolæ malignius ordinarie se gerunt, quam

Morbilli, ita etiam Purpura *alba* malignior est *rubra*.

- b) Quomodo autem aliquando Variolæ benigniores, Morbilli autem maligniores observantur, sic etiam Purpura *alba* interdum benignior, & sine graviore febre, *rubra* autem malignior, & cum febre acuta conjuncta apparet.
- c) Sicut Variolæ pustulas habent albas, & Morbilli protuberantes tantum hirsutas efflorescentias, ita etiam Purpura *alba* veras habet pustulas, & Purpura *rubra* hirsutas saltem nodulos; quod e *Signis* magis elucescet,

III. SIGNA.

1. Purpura *alba*.

- a) Invadit communiter cum horripilatione, & angustia ac anxietate præcordiorum.
- b) Frigus & æstus volatilis alternant.
- c) Ante eruptionem exanthematum patientes de pruritu intercutaneo conqueruntur, vel profus graviora pathemata anxietatis incurrunt.
- d) Circa quartum ordinarie diem exanthema hoc erumpit, nonnunquam etiam serius.
- e) Sub qua eruptione primum *rubedo* quædam per superficiem corporis apparet.
- f) Postea in medio cujusvis rubicundæ maculæ *pustule alba* exsurgunt, & quidem tam copiosæ, ut una fere alteram attingat.
- g) Ordinarie cum febre *acuta*, rarius sine illa.
- h) Diaphanæ sunt hæc pustulæ, & aquam tenuem continent.
- i) Quando per quatuor circiter dies substiterunt, exsiccantur, squammarum instar decidunt, & febris solvitur.
- k) In humidioribus autem, & absente febre, pustulæ hanc humiditatem exstillant.

2. Purpura *rubra*.

- a) Invadit eadem fere ratione, uti *alba*, nempe horripilationibus & æstu volatili illis intercurfante.
- b) Cum tensione & pressione in dorso.
- c) item cum angustia præcordiorum & tussi.
- d) Circa diem quartum, septimum, vel adhuc serius erumpunt exanthemata, seminis *milis* & cutis asperinæ instar, sub prurigine & punctione intercutanea.

e) Fe-

- e) Febris, quæ accedit, ordinarie mitior est: in aliis Tertianæ, in aliis Quotidianæ, in nonnullis verò Acutæ schema exhibet.
- f) Hæ febres ad largiores sudores inclinant, fœtore gravi sese manifestantes.
- g) Sub febrium paroxysmis ingentes anxietates & artuum spasmi sese exerunt.
- h) Nonnullos sine febre occupat, ita ut patientes negotiis suis incumbere possint, & nil, nisi prurimum sub cute, persentiscant.
- i) Quando autem paululum incalescunt, ardore & sensu punctorio corripiuntur, cum successu communiter largissimi sudoris.
- k) Nonnulli gravitatem & perturbationem capitis sentiunt, ac somnolenti & tædioſi observantur, præsertim quando exanthemata nondum legitime effloruerunt.
- l) Ubi per aliquot dies exanthemata subſtiterunt, decidunt, & æger plenariam recuperat euphoriam.
- m) In aliquibus autem, præcipue debilioribus, valetudinariis, & calido regimine viventibus, continuat fere per annos, & licet paululum remittat, levissima tamen occasione recrudescit.

IV. SUBJECTA.

1. purpura alba æque ac rubra prioribus temporibus ita non innotuerunt, uti nunc ab aliquot hinc annis in Saxonia sese manifestant; in qua regione præcipue *alba* epidemice grassari observata est.
2. purpura, præsertim *alba*, ab anno 1652. in quibusdam dictæ regionis locis commune symptoma puerperarum deprehenditur.
3. Ubi febres petechizantes grassantur, ibi non raro *alba* cum Petechiis provenit.
4. Sicuti etiam cum Variolis nonnunquam conspirare & symptomata ibi graviora excitare solet.
5. purpura *rubra* evenit hominibus otiosis, junioribus præcipue, plena dicta viventibus, & iracundis.
6. Laboriosus autem vix unquam purpura *rubra* adfectus invenitur, & sic cum Scorbuto eadem fere fata subit, qui etiam otiosos familiariter occupat.

7. Fœminæ hysterice & delicatule huic exanthemati præcipue obnoxie sunt, & ante, quam erumpit, schemata suffocationis uterinæ lipothymicæ ludit, non autem transitoria, quæ in communibus suffocationibus hysterice contingunt, sed ad eruptionem usque exanthematum continuantia.
8. Maxime omnium illis otiosis & delicatulis evenit, qui, salvis rebus & tranquillis, tegumentis copiosis ab aëre se præmuniunt, & hac ratione humores semper ad peripheriam corporis invitant.

V. CAUSÆ.

1. *Causa materialis* horum exanthematum est materia subtilis fermentescens, plus minus maligna, & hæctenus in quibusdam locis epidemica, corruptionem sui generis specificam in corpore generans.
2. *Causa formalis* est principium vitale, quod motibus præter gradum naturalem auctis Miasma illud noxium, & effectum ab illo inductum, nempe materiam actu jam corruptam, fecerere & per corporis peripheriam excernere intendit.
3. *Causæ hujus Mali occasionales & præcatartice* sunt
 - a) aër fermentescens talibus particulis imprægnatus.
 - b) Contagium per alia corpora, eodem malo correpta.
 - c) Sudores non tantum retropulsi & impediti, verum etiam
 - d) per medicamenta exsultantia & regimina calida, præsertim in morbis petechizantibus & puerperiiis, coacti.
 - e) perversa Rheumatismi, & febrium catarrhalium curatio per methodum nimis refrigerantem.
 - f) Dieta crassa & dyspepta, præcipue in minus adfuetis & otiosis.
 - g) Evacuationes sanguinis naturales suppressæ, e.g. mensium, lochiorum, hæmorrhoidum.
 - h) vel artificiales neglectæ.

VI. PROGNOISIS.

1. Retrocessio purpuræ albe sæpius est lethalis, vel tamen graviora symptomata, aphthas, mentis alienationes, vel summas anxietates inducit.
2. Purpura alba repulsa, quando iterum expellitur, & tamen symptomata, a retrocessione illa inducta, non mitigantur, omnino fidei est suspectæ.
3. Quæ cum petechiis simul, præcipue mature, nempe tertio vel quar-

quarto die erumpit, est periculosa; melioris autem notæ, quæ petechiis demum innascitur.

4. Purpura alba, quæ sine febre contingit, minus quidem periculosa, majoribus tamen anxietatibus & motibus spasticis stipata est, quam rubra cum febre.
5. Purpura rubra, quando, regimine placido neglecto, retrocedit, tam præsentaneum quidem periculum, uti alba, non adfert, sequuntur tamen anxietates cum motibus spasticis & gravatione defatigatoria in omnibus corporis partibus.
6. Nonnulli inflammationes faucium, Aphthas & affectus Anginæ ex hac retrocessione incurrunt.
7. Alii tussi sicca vehemente, alii ardore Urinæ, alii arthriticis affectibus, Hemicrania & pleuritide spuria corripiuntur.
8. Quæ vero Symptomata, erumpente iterum Purpura, communiter prorsus evanescent. *Sen's, p. 311, 312, 313.*

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

1. Methodus Purpuræ albæ & rubræ eadem est, & in genere non recedit a cura reliquarum febrium exanthematicarum, in quibus placida, sed continua excretio diaphnoica universum fere negotium absolvit.
2. Hinc ante eruptionem Purpuræ Pulveres ex Absorbentibus, Antimonio diaphoretico & Nitro ter per diem exhibeantur.
3. Quando erumpere videtur Purpura, quod circa quartum diem, vel serius, contingit, eruptio illa lenissimo regimine diaphnoico & Alexipharmacis temperatis promoveatur; in quem finem
 - a) mane moderata dosis Essentiæ Alexipharmacæ Stahlî propinetur;
 - b) per diem autem dicti pulveres exhibeantur,
 - c) interpositis potionibus diaphnoicis ex aquis Scord. Card. benedict. &c. & præcipitante aliquo ac Antimoniali fixo, paratis, exclusa aqua fumaris.
4. Morbo declinante, & Purpura decedente, Essentia Alexipharmacæ bis per diem exhibeatur, & pulveres interponantur.
5. Post plenariam exsiccationem, primæ viz per blande aliquod laxans, præcipue Mercuriale, expurgentur, & patiens successe aëri adfuescat.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quæ præcedente Tabula de continentia tranquilla, placido regimine, & evitandis calidis medicationibus, diximus, illa hoc loco quam maxime etiam sunt observanda.
2. In specie irritatio *alvi* in Purpura tam periculosa est, uti in Variolis & Morbillis : hinc lenissima adeo clysmata non satis tuto applicantur.
3. Quando exanthematum retrocessionis metus subest, potus aquæ calidæ, e. g. Théë, commendatur, extra hunc autem timorem pro potu ordinario cerevisia dilutior, bene tamen defæcata, usu esse potest.
4. Regimen coactum licet noxium sit, caveant tamen sibi patientes, ne exiguum etiam aëris accessum refrigeratorium admittant : hinc necessarium erit, per illos dies, quibus Purpura durat, lectum non sternere.
5. In affectibus faucium supervenientibus Essentia *pimpinellæ* albæ, per aliquot guttulas sine vehiculo instillata, egregie se gerit; ardorem quidem, sed etiam salutarem effectum hæc guttulæ, in ore detentæ & deglutitæ inferunt.
6. Scarificatio repetita, &, rebus adhuc tranquillis, præservando instituta, usum habet in illis, qui sæpius a Purpura infestantur.
7. Ubi autem suppressæ sanguinis evacuationes subsunt, ibi illarum restitutio animo infideat; ad quam obtinendam præcipue Pilulæ Stahlianæ, vel Beccheri, egregie se gerunt, subjunctæ pro rerum circumstantiis Venæ sectione.
8. Rebus tranquillis transpirationem naturalem per vitæ genus placide laboriosum promovere, multo efficacius erit ad præsertionem, quam sollicita aëris per tegumenta exclusio; quæ potius hæc exanthemata ad peripheriam corporis invitat.

*vesicatoria è oïo sùt repudianda. nulla applicanda.
dolores capitis tollunt.*



TABULA LI.

DE

VARIOLIS ET MORBILLIS.

I. DEFINITIO.

Variolæ & Morbilli sunt febrium acutarum, exanthematicarum, species, epidemice communiter grassantes, ubi Natura moribus secretoriis, & excretoriis, ultra gradum naturalem auctis, materiam fermentescibilem ulcerosam, ad peripheriam corporis propellere, & hac ratione eandem eliminare intendit.

II. DIFFERENTIA.

1. Variolæ ac Morbilli quotannis fere pro diversa aëris constitutione epidemica variant, atque hoc respectu sunt vel

- a) *Regulares & benigniores*, quæ statâ & definita tempora servant; vel
- b) *Irregulares & maligniores* (secundum Sydenhamum) quæ ab hac norma deflectunt.

2. *Vulgus Variolas* distinguit in *veras & nothas*; per *nothas* autem intelligit illas, quæ minus copiose prorumpunt, & vesiculam transparentem, humore refertam, formant, sine accessu febris exquisitæ: german. Wind- und Wasser-Pocken / wilde Blattern.

3. *Variolæ* ratione numeri sunt

- a) *Vel paucæ ac distinctæ*,
- b) *Vel copiosæ & confluentes*.

4. *Variolæ* differunt a *Morbillis* suppuracione.

5. *Morbilli* differunt a *Petechiis* *et paucæ a cutipræhensura.*

- a) *Latitudine*, quæ *petechias* superant.
- b) *Elevatione*, quæ in *morbillis* magis conspicua & notabilis est.
- c) *Inflammatione*, quæ in *Morbillis* ad genus inflammationis *Erysipelaceæ* proxime accedit.

III. SIGNA.

A. *Inminentium*.

1. Invadunt communiter *Variolæ* sine horrore & frigore notabili, more febrium continentium, in adultioribus autem non raro *frigus*, seu tamen levis horripilatio accedit.

2. *Morbilli* autem cum horrore plerumque incipiunt.
 3. Cooritur, vel succedit, *æstus* præternaturalis, ut plurimum satis tolerabilis, cum *capitis* gravativa & vertiginosa perturbatione, ac fastidio *ciborum*.
 4. Concurrit apud plurimos *Tussis* & pectoris notabilis oppletio.
 5. Accedit tensio dorsi cum sensu leviter compunctorio.
 6. Multis eveniunt *tormina* abdominis leniora, aliquando fluxus alvi, & non raro *Vomitus*, præcipue infantibus, item *Hæmorrhagiæ narium* largæ, circa & sub ipsam eruptionem. Item *convulsiones* epilepticæ, quæ proxime ante variolarum eruptionem præcedere solent. Hinc Baglivius motus convulsivos, qui febribus puerorum, Variolas nondum expertorum, superveniunt, pro infallibili indicio habet, quod hæc exanthemata mox erupura sint.
 7. In *Morbillis* in specie præcedit serosa excretio per nares & oculos, frequens sternutatio, tussis ficca, & versus quartum diem palpebrarum intumescencia.
- B. *Præsentium*.
1. Eruptio *Variolarum* contingit inter tertium & quartum diem, & durat usque ad septimum, tam in illis, qui paucas, quam qui copiosas accipiunt.
 2. Placide succedit hoc eruptionis negotium, sine sensibilibus febris symptomatibus, & sine sudore, intra limites liberæ saltem transpirationis. Aliqui sub eruptione levi salivatione corripuntur.
 3. Conveniunt inter se Variolæ & Morbilli, dum stigmatum rubicundorum schemate visui occurrunt, sed altero die mox diluescit, cui generi hæc efflorescentiæ accensendæ sint.
 4. *Variolæ* enim pustulas formant, ad mediocris pisi dissecti quantitatem accedentes.
 5. A septimo ad undecimum diem suppurascunt, sub ambiente circulo rubente, & inflammatione turgida cutis, præcipue in facie & manibus.
 6. Circa undecimum diem rupturam & puris effusionem subeunt.
 7. Circa diem autem decimum quartum exsiccantur & delabuntur.
 8. *Morbilli* autem cutis planitiem eminentia saltem lenticulati excedunt, sub macularum rubicundarum forma.

9. Nullam aliam deinde mutationem subeunt, sed aliquot dierum decursu rubrem sui minuunt, & sensim subsidendo cum aliquo pruritu evanescent, relicti communiter squamulis furfuraceis, successive decedentibus.

10. Alvus ordinarie est adstricta.

IV. SUBJECTA.

1. Quantum historicæ relationes docent, grassantur hi affectus familiariter inter gentes *Nigritarum* & *Casrorum*, atque tam adultos quam juniores insultant. Hinc justa subest suspicio, quod Variolæ & Morbilli apud istos populos morbi sint endemii, plus semel unum individuum per vitam infestantes.
2. Ex hac mundi plaga secundum omnem verisimilitudinem per navigationem ad Europæos hi affectus transportati sunt: ita, ut vix non omnes illorum *semel*, dum vivunt, ab illis corripiantur.
3. Dantur etiam exempla, sed admodum rariora, quæ bis vel ter ab his affectibus infestantur. *Berlin in francobria.*
4. Familiarissime eveniunt *infantili ætati*, & plerumque tempore verno, interdum etiam autumnali, grassantur.
5. Post infantes *puerilis ætas* maxime illis exposita est.
6. Hinc reliquæ ætates hos morbos rarius incurrunt, quia plerique homines eosdem vel infantili vel puerili ætate perpeffi sunt.
7. De reliquo admodum probabile est, quod tempore Hippocratis & Galeni Europa nostra a Variolis & Morbillis libera adhuc fuerit, alias de fonticis hisce affectibus conspicua momenta more suo nobis reliquissent. *Papularum*, teneri ætati familiarium, Hippocratis quidem mentionem facit, sed saltem in transitu, & ita ad notabiles hos affectus denominatio hæc non potest applicari.

V. CAUSÆ.

1. Causa vera & genuina horum affectuum est incognita.
2. In genere quidem *Miasma* subtile fermentescens potest accusari: sive e *Macrocosmo* susceptum, sive per contagium communicatum.
3. Quale autem specificum sit fermentum, quod affectus hosce tam notabiles, & ab omnibus aliis morbis per aliquot plane peculiari circumstantias distinctos, producat, non potest determinari.

4. Vulgaris ætiologia ortum horum affectuum ducit a venenatis qualitatibus sanguinis *menstrui*, sed hæc jactata causa multis difficultatibus laborat, præcipue quando consideratur, quod verosimiliter apud Europæos non semper cogniti fuerint.
5. Alii ad causas magis subtiles confugiunt, & hæc exanthemata pro Symbolo impuritatis spiritualis declarant; sed quo judicio, e circumstantiis modo indicatis colligendum est.

VI. PROGNOSES.

1. Variolæ & Morbilli, quando *per se* considerantur, plerumque salutariter exeunt, malus autem successus a causis accidentalibus ut plurimum dependet.
2. *Larga* horum exanthematum eruptio tam placide succedere observatur, quam *pauca*, & hæc sæpius æque funestum eventum adfert, quam *illa*, concurrentibus videlicet utrinque causis accidentalibus.
3. Traditio illa popularis non proflus contemnenda, quod, quibuscunque in pedum soleis nullæ pustulæ appareant, illi expositi sint periculo, iterum, imo tertio has experiundi.
4. Exanthemata hæc, quando intempestive & impetuose extruduntur, vel inæqualiter efflorescunt, ordinarie solent retrocedere, & funestum exitum fortiri.
5. Vel, ubi omnino non recedunt, magnum tamen discrimen in suppuratoria illa inflammatione subeunt, quo æconomia vitalis facile turbatur.
6. Variolæ, generatim cum Morbillis collatæ, quovis respectu sunt periculosiores, id est: *benigna* Variolæ longe deteriores sunt, quam *benigni* Morbilli, & *malignæ* Variolæ magis periculosæ sunt censendæ, quam *maligni* Morbilli.
7. Nonnunquam tamen *Morbilli* malignius grassantur, & *Variolæ* illo tempore benigne se gerunt.
8. *Variolæ*, licet jam maturatæ, ruptæ, evacuata, imo desiccata sint, tantum tamen periculi adhuc sovent, ut patientes, aërem frigidum negligentius admittentes, derepente sæpe vitæ salutem incurrant; quod a *Morbillis* non timendum, qui etiam, quando semel effloruerunt, tam facile retrocedere non solent.
9. Tam certum etiam non est periculum mortis, si in *Morbillis* retrocessio vel Diarrhœa contingat,

10. *Diarrhœa* autem, præfertim torminosa, five a medicamentis, five a refrigerio extremorum concitata, cum retrocessione horum exanthematum obveniens, plerumque est lethalis; uno tamen præ altero tempore periculosiores diarrhœæ tales observantur.
11. Diarrhœa illa quasi *purulenta*, circa maturationis tempus contingens, non deterreat Medicum, si saltem moderate procedat. *vid. Cautel. num. 8.*
12. Variolarum successiva elevatio, si debito tempore non succedat, areolæ circa pustulas palleſcant, aut nigrescant, ipsæ etiam pustulæ scissiles, & in medio depressæ conspiciantur, aut mature subsideant & dehiscant, ac loco *puris* stigma sanguineo nigricans exhibeant, inausita & plerumque funesta sunt præſagia.
13. Quo magis autem Variolæ ad rotunditatem assurgunt, eo melioris notæ censendæ sunt.
14. *Variolæ nothæ*, quæ scilicet festinato successu attolluntur, germ. *Spiß-Pocken*; item illæ grandes Variolæ, quæ limpido humore cito turgent, & eundem intra paucos dies, ruptis vesiculis, effundunt, germ. *Wind- und Wasser-Pocken*, longe benignius, quam veræ Variolæ, se gerunt.
15. Variolæ *confluentes* semper majus, quam *distinctæ*, periculum minantur, præfertim si regimen calidum præcesserit.
16. Hæc Exanthemata semper tolerabilius & securius infantibus cedunt, quam adultis.
17. Qui minus succulenti sunt, feliciter illa superant, quam valde tales.
18. Tempore suppurationis nova plerumque febris inflammatoria succedit, & gravius sæpe, quam circa eruptionem, periculum adfert: unde patientes in declinatione morbi, ubi prima febris jam superata videbatur, cum hac nova febre pereunt.
19. Plures moriuntur ob Variolarum copiam, quam ob earundem inopiam; quod contra familiarem methodum *expellendi* probe notandum.
20. Symptomata graviora, e. g. convulsiones epilepticæ, quæ in principio, & ante eruptionem obveniunt, tantum periculi non minantur, quam quæ post efflorescentiam se manifestant.

21. Turgefactio inflammatoria faciei & manuum, tempore suppurationis exspectanda, si non succedat, aut iusto maturius subfideat, grave periculum minatur: licet enim Variolæ non retrocedant, sequitur tamen *jaſtigatio*, delirium, suppressio Urinæ, Mors.
22. Quando sanguis, per Venæ sectionem emissus, crassa alba & crassa in superficie obductus est, (uti hoc in omnibus inflammatoriis morbis observatur) prædicat Baglivius Variolas copiosas, & valde periculosas.
23. Invasio Variolarum cum *horrore* deterioris quoque est ominis: & quo sensibilibus est horror, eo major inflammatio visceris alicujus metuenda est.
24. *Alvi* adstrictio, modo cetera paria sint, nihil damni infert; *pro-*turbatio autem illius, temere suscepta, longe plus periculi exhibet. Conf. num. 10.
25. E numero pauciorum, qui contra hos affectus medicamenta adhibent, plures moriuntur, quam e numero plurium, qui nullis medicamentis utuntur, sed soli Naturæ hoc negotium committunt.
26. Variolis vestigia nonnunquam legunt *apostasas* & *metastasas*, præcipue ad pulmones, unde tussis post morbum superatum facile remanet.
27. Post exanthemata hæc, recte perfuncta, homines sentiuntur vegetiores, & fere omnes Europæi per totam deinde vitam ab illis, præcipue Morbillis, satis securi sunt.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. In Variolis & Morbillis, placide, leniter & ordinate procedentibus, præstat ab omni medicatione abstinere, & consultorem magis, quam actorem agere nimis officiosum.
2. Quando autem omnino medicatio aliqua efflagitur ab iis, qui salutare hoc consilium non capiunt, methodus sequens, præoccupandis malis symptomatibus destinata, eligatur.
3. Iustum eruptionis tempus circumspecte observetur, nec unquam aliquid intempestive, vel medicamentis, vel regimine calidiorum, promoveatur.
4. Tutissimus hic ubique, & præcipue etiam sub initium morbi, deprehenditur usus *Absorbentium* marinorum, cum Antimonia-

to fixo combinatorum : quo nomine laudantur Oculi Cancri, Mater perlarum, Conchæ præparatæ, Cornu Cervi, sive ustum sive assum, Antimonium diaphoret. Bezoard. minerale; de quibus pulveribus singulis ternis vel quaternis horis grana XV. pro adultis, pro junioribus pauciora, exhibeantur.

5. Vel loco pulveris potiones, ex aquis diaphnoicis & dictis absorbentibus paratæ, propinentur.
6. Ubi æstus insignis & sanguinis orgasmus, eruptionem impediens, concurrit, Nitrum quoque & blanda acida, præcipue in adultioribus, locum habent, e. g. Succus Citri, Clyffus Antimonii, Tinctura florum bellid. *aq. quinq.*
7. Tempus eruptionis quando accedit, injungatur continentia quieta, & regimen leniter diaphnoicum; de medicamentis autem sive Emulsio, sive potio quædam lenissime diaphoretica propinetur, e. g.

Recip. Semin. Card. Mariz,

Aquilegiæ ana Unc. *℞*.

Aq.

Sambuci,
flor. Tiliz,
Scordii,

Plantag. ana Unc. II.

fiat s. a. Emulsio, addantur
Conch. cum acido Citri solur.

Matr. perlarum ana *Drach. II. ℞ijss.*

Antimon. diaphoret. *Drach. I. ℞ij.*
edulcoretur cum Saccharo ad gratum saporem, & singulis ternis horis Cochlear I. *℞ij.* propinetur.

8. Sub ipsa maturatione cum pulveribus absorbentibus, & urgente æstu, subinde Nitratis, continuandum, interposita aliquando Emulsione.
9. Quando Variolæ ad Maturationem pervenerunt, spontanea exficatio expectetur, vitando ubique artificialia subsidia, nisi forsan oleum ovorum leniter camphoratum adhibendum fuerit. *vid. Cautel.*
10. Morbo feliciter superato, primæ viæ leniter expurgentur; in quem finem laudatur Extract. panchymag. Crollii cum aliquot granis Mercurii dulcis combinatum.

*℞ij. sol. for
cor. A. Ora
p. a. B. v. m. r.
im. h. a. n. l. a.*

11. Denique patiens *senſim* aëri adſueſcat, & quotidie Eſſent. Alexipharm. aliquoties uſurpet. Sufficiant hæc de methodo fere ſuperflua dixiſſe, magis autem neceſſaria eſt Medicatio, ubi mala accidentia & ſymptomata hiſ affectibus ſuperueniunt, e g.
1. Quando *convulſiones* epilepticæ concurrunt, ſequens pulvis offeratur:
- Recip. Matr. perlar. Scrup. II.
 Antimon, diaphoret, Scrup. I.
 Cinnab. nativ. ppt. *3i*
 Lumbricor. terreſtr. ~~ana Scrup. Semis,~~ *3i*.
 M. Doſ. gr. V-X-XV-XX. bis per diem.
2. In *retroceſſione* Variolarum Eſſentia Alexipharmaca Stahlſi refractis, ſed repetitis, doſibus exhibeatur, ſub regimine conueniente.
3. Quæ Eſſentia etiam locum habet, quando turgēfactio illa inflammatoria, ad ſuppurationem neceſſaria, emanet vel iterum evaneſcit.
4. In *diarrhœa*, præcipue torminoſa, ſed nondum adeo invaleſcente, nihil tutius & efficaciuſ eſt, quam Nitrum paucis granis, repetito, exiguo vehiculo, & conjuncto quōdam abſorbente, exhibitum.
5. *Oculorum* pericula nulla re certius præoccupantur, quam per lintea Spiritu Vini camphorat. crocat. largiter imbuta, per auram fere reſiccata, & oculis impoſita; cavendo a luce fulgida, ploratu, frictione.
6. Conglutinatio *palpebrarum* ſecure referatur per modèſtum uſum olei ovorum, leniter camphorati.
7. Reliqua ſub *Cauteſis* quærantur.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Autocratia Naturæ in nullo facile morbo tam conſpicua eſt, uti in Variolis & Morbillis: plurimi enim ſine medicatione reconvaſcunt. Hinc Sydenham, qui admodum prudenter de Variolis ſcripſit, nulla medicamenta contra eaſdem commendavit.
2. Vulgata praxis, cum alias *qualitati* humorum *corrigenſe* plurimum inhiet, in Variolis, ubi correctio locum haberet, inverſo ordine procedit, & expulſoriam evacuationem commendat.
3. Sed ſponte currenti calcar adſicere, proxima via eſt ad lapſum: hinc

- hinc quovis modo cavendum, ne sub specioso prætextu, malignitatis & venenositatis de corde expellendæ, quicquam stimuli adhibeatur.
4. Exulent ubique medicamenta, sanguinem commoventia: exulet iridem regimen sudoriferum coactum, sub ipso etiam tempore eruptionis institutum. Sufficit æqualis, temperata, & quieta corporis continentia; vitando ubique refrigerationem.
 5. *Emulsiões* e seminibus Aquilegiæ, Napi, Nasturt. Card. Mariæ, expulsionem promovendæ vulgo destinantur, non quidem rejiciuntur, raro tamen illorum vel aliorum remediõrum usus *necessarius* est.
 6. *Vena sectio* in Variolis & Morbillis ne quidem in adultis, nisi insignis plethora concurrat, commendatur.
 7. *Sirictura alvi*, in primis ubi nulla pathemata in abdomine sentiuntur, & reliqua bene succedunt, potius toleretur, quam sensibili stimulo solvatur.
 8. *Diarrhæam* spontaneam per adstringentia, ut vulgo moris est, cohibere, vix citra eximiam periclitationem succedit: adstringentia enim efficaciam suam non solum in primis viis, sed ulterius in partibus corporis interioribus exerunt. In specie caveat sibi Medicus a tali adstrictione, quando medio suppurationis tempore dejectiones aliquot purulentæ superveniunt; nisi enim cito & sæpe se invicem sequantur, aut insigni conatu aliquid effatu dignum educant, extra periculum sunt.
 9. Methodus *Gundelshæmeri*, quæ alternis diebus lenè *Emetico-catharticum* e Tartaro emetico & Manna Calabrina, aut Cassia, exhibet, rationi quidem repugnare non videtur, quia laxans sordes bilioso-mucidas e primis viis subducit, & emetici motus, humores versus superficiem propellendo, Variolarum retrocessiones impediunt, sed circumspeditione indiget, & discretionè subjectorum. Hinc altera magis placida methodus correctoria huic evacuatoriæ præfertur.
 10. Uti methodus *evacuatoria* notabile damnum inducituræ esset, si nuda vomitoria, vel nuda laxantia propinarentur, sic etiam in methodo *correctoria* nimis doses absorbentium, in primis inertiorum, tanquam noxiæ rejiciuntur.
 11. *Hæmorrhagia nasium* largæ, versus aut sub ipsam eruptionem con-

tingens, innumeris exemplis nihil damni affert; modo artificialia absint incitamenta, cohibitiones autem pessimum præbent eventum.

11. *Faciem* a Variolis præservare, irritum plerumque est conamen.
13. Ad *foveas* in facie præoccupandas mulieres varia sæpe tentant, sed cavendum, ne sub præmaturis talibus artificii retrocessio Variolarum contingat: ruptis autem papulis *oleum ovorum* lenissime camphoratum placidam consolidationem juvat, & minime periculum minatur. Sulphuris autem usus est periculosus.
14. *Fancium* vitii succurrit Essent. pimpinellæ albæ, si guttæ aliquot bis vel ter per diem sine vehiculo deglutiantur; quæ ipsa Essentia reliquas etiam circa caput stagnationes præoccupat.
15. Quando pustulæ fauces jam obsident, *Gargarismata* etiam e decocto avenaceo, adjecta modica Nitri portione, conveniunt.
16. Fabula est, quod e *Mercurio vita*, mediante simplice cum Nitro colligatione, proveniat Medicamentum, quod, præter alias dotes, specificè etiam Variolis superandis sufficiat.
17. Eiusdem fidei est *Lotura* illa per phlegma Vitrioli e Corona C. C. philosophice præparat. aut e floribus Aquilegiæ.
18. Nemo etiam prudens effectum illum expectet, quem aliqui jusculis *Lentium*, *cicerum*, imo gran. ficuum in Morbillis tribuunt.
19. Evenit nonnunquam, ut Variolæ lento progressu erumpant, & priores ad maturationem jam accedant, quando posteriores demum efflorescunt; quo casu patientes facile securi redduntur, & superata potiore Variolarum quantitate, paucas reliquias negligunt, & hinc frequenter convulsiones experiuntur, imo ad mortem properant: clandestinam hic malignitatem accusare, est quidem moris, sed non rationis.
20. Oppletio seu infarctus pectoris, tanquam commune Variolarum symptoma, præcavetur per moderatum in hac regione calorem, alias tussis facile remanet.
21. *Remedia præservantia*, uti in aliis contagiosis summe incerta sunt, ita multo magis in Variolis & Morbillis.
22. In *adultis* tamen expurgationes primarum viarum, & in plethoricis Venz sectiones præservatoriz, conducunt,

23. Qui vitio quodam pectoris laborant, illis confert radix pimpinellæ albæ, subjuncto dextro usu Corticis Cascarillæ.
24. Sic etiam Vermes, rebus adhuc salvis, removendi sunt, turbas enim in Variolis facile solent concitare.
25. Hæc autem præservandi intentio in *señiore* ætate dissuadetur, quia infantes feliciter ordinarie hos affectus superant, quam adulti: hinc præstat juventutem hæc communibus fatis commendare, quam per totam vitam timori eandem exponere.
26. Non minus dissuadetur alterum illud extremum, ubi infantes, quando exanthemata hæc *benignius* grassari observantur, in domos infectas transportant.



TABULA LII.
DE
DYSENTERIA.

I. DEFINITIO.

Dysenteria est fluxus alvi valde torminosus, cum dejectione materiæ mucido-cruentæ conspicuus, & commotionibus febrilibus, plus minus acutis, perpetuo conjunctus. Derivatur a *δύς* difficile, *έντερον*, intestinum, & *ένω*, suo.

II. DIFFERENTIA.

1. Dysenteria est

- a) Vel *benignior*, quæ leniter incipit, & successive augetur, motibus qualibuscunque febrilibus, sed sine typo, succedentibus.
- b) Vel *malignior*, quæ præcipiti progressu invadit, & statim sub ipsa invasione febrem satis acutam, typicam, inflammatoriam secum ducit, reliqua etiam symptomata ita exasperata habet, ut patientes brevi viribus deficiant.
- c) Benignam vulgo vocant dysenteriam sine febre, & *malignam* cum febre; sed minus distincte: nulla enim dysenteria ab

omni febre immunis est ; quod e signis subsequenter magis elucescet.

2. Dividitur etiam dysenteria in *cruentam*, die rothe Stuhl & *non-cruentam*, quam die weiße Stuhl appellant.
3. Dysenteria non confundenda est cum fluxu illo, qui Lutetii Parisiorum familiaris, & ita endemius esse dicitur, ut omnes advenz illis incurrere soleant. Gallis *le mal de Paris* audit, & sequenteribus a dysenteria differt.
 - a) Cum diarrhœa quidem incipit ille fluxus, & sanguinis excretionem habet succedentem, sed non est contagiosus, nec ad dysentericam accedit malignitatem.
 - b) Quolibet anni tempore indifferenter solet evenire, dysenteria autem nunquam extra tempus exeuntis ætatis contingit.
 - c) Fluxus ille communiter a febrilibus symptomatibus alienus est.
4. Dysenteriam satis quidem graphice simulant hæmorrhoides torminosæ, & impeditius emicantes, quæ etiam Medicis sæpe imponunt, a dysenteria tamen sequenteribus facile sunt distinguendæ.
 - a) In dysenteria ordinarie aliquid spumidæ & ulcerosæ similitudinis apparet, in hæmorrhoidibus nihil hujus reperitur.
 - b) Dysenteria est contagiosa : hæmorrhoides, impeditius etiam fluentes, non idem.
 - c) Dysenteria ordinarium servat annum tempus, hæmorrhoides autem promiscue obveniunt.
 - d) In dysenteria excretio sanguinis *augescens* exasperat malum, in hæmorrhoidibus autem, quo magis fluxus sanguinis succedit, eo magis symptomata, præcipue torminosæ, imminuuntur.
5. Differt etiam dysenteria a fluxu sic dicto hepatico, *vid. Corollare Tabula de hæmorrhoidibus internis.*
6. Differt itidem dysenteria ab aliis alvi fluxionibus, in quibus symptomata sunt mitiora, excretiones non sunt cruentæ, multo minus epidemica grassatio in illis deprehenditur.
7. In specie dysenteria *alba* non confundenda est cum excretionibus cholericis; cujus signa Tabula de febribus biliosis conferantur.
8. Ad differentiam etiam referri potest, quod dysenteria Hippocrati quam-

quamcunque acrem alvi fluxionem designet.

III. SIGNA.

1. *Dysenterie benignioris.*

a) Mense Augusto, rarius circa Julii medietatem, patientes corripuntur lubricitate alvi, maxime quo tempore cerasa, pruna molliora, & pyra præcocia, maturefcere incipiunt. *Cerevisia arbor.*

b) Hæc alvi lubricitas magis magisque in majorem impetum excedit.

c) In abdomine sensibilissimæ torsiones, cum anxietate præcordiorum, & circa sedem morsus acres velut in horas invalescunt.

d) Accedit ordinarie *Tenesmus*, seu perpetuus alvi deponendæ conatus, cum intercurfantibus horripilationibus vagis & phlogosis.

e) Incipit patiens languescere, appetitus cadit, & aspectus in facie morbidus sensim apparet.

f) Rejicitur materia tenuis, albuginea, leviter flavescens, cum odore, non tam fœtido, quam ovo leniter olido simili.

g) Tandem hanc materiam comitatur sanguis dilutior, instar turbidæ carniæ loturæ, aut subcruenta mucida substantia, ac si intestina abrafa effluerent,

h) Cito increbescunt hæc pathemata, ita tamen, ut patientes non semper, sed tum demum decumbant, quando mali hujus ferocia invalescit.

i) Nunquam ab omni febre immunis est benignior hæc dysenteria, quo vehementius autem febris concursat, eo deterior materia peccans, & ferocius est malum.

k) Sitis accedit satis mature.

l) Urina familiariter imminuitur, & aliquando ad plenariam accedit suppressionem.

m) In progressu & declinatione morbi procidentia intestini recti facile subsequitur,

2. *Dysenterie malignioris.*

a) Præcipiti progressu obruuntur patientes.

b) Sub ipso invasionis tempore febris exquisita, & maxime ardens, statim adest, imo interdum præcedit.

c) Reliqua symptomata, quæ cum *benigniore* habet communia, ma-

magis sunt exasperata; præcipue major est anxietas præcordiorum.

d) Circa statum, imo in incremento lingua apparet arida, torrida, nigra.

e) Viræ brevi tempore prosteruntur.

f) Aphthæ, præsertim si præpostera methodus accedat, non raro superveniunt.

g) Excrementa incrementa magis, quam in benigniore conspiciuntur.

IV. SUBJECTA.

1. Dysenteria, quia contagiosa est, & epidemice grassatur, omnem sexum & ætatem occupat.

2. Inprimis autem invadit plethoricos, & præ aliis graviter illos exerceat.

3. Non tantum illos homines infestat, qui fructus horzorum ingurgitare solent, sed etiam qui ab eorum usu prorsus abstinentes vivunt.

V. CAUSÆ.

1. Causa materialis proxima est fermentum subtilius, five ex atmosphæra; five per contagium, humoribus communicatum.

2. Specialissimæ autem indolis hoc fermentum præ omnibus aliis esse, exinde dijudicandum est, quia Natura illud, instar purgantium, per intestina ejicere allaborat; unde hic morbus a Sydenhamo, *febris ad intestina, conversæ*, appellatur.

3. Hujus specificæ indolis rationem perspicere, nulla quidem spes affulget, hoc tamen certum est, quod cum bile excrementitia concursans hoc fermentum talem cum illa corruptelam formet, quæ catharticæ excretioni conveniat.

4. Hinc bilis, tanquam causa concurrens, & fermento huic specifico majoris acrimoniz incrementum suppeditans, habenda est; quod multæ anatomicæ observationes confirmant, præcipue a Bontio traditæ, qui in folliculo fellis nullam bilem, sed multam materiam quasi chylosam in mortuo quodam dysenterico deprehendit.

5. Fermentum hoc specificum in sola indole fructuum horzorum quærere, falsum est: mensæ enim *Obobre* etiam fructus horzi, & inprimis *uva* comeduntur, nulla autem tum dysenteria ob-

observatur, bene vero alix alvi fluxiones: *Conf. Subjecta num. 3.*

6. Magis aëris constitutioni tribuendum erit: ætate enim minus fervida, minus etiam dysenteria metuenda est; quo magis autem austrina aëris constitutio, id est, calor cum humiditate regnat, eo familiarius occurrit dysenteria.
7. Specialiter ad hoc malum contribuit illa aeris temperies, quæ declinante ætate, & incipiente autumno observatur, ubi frigoris & æstus frequentes vicissitudines occurrunt.
8. Reliquæ causæ adventitiæ & procatarticiæ sunt
 - a) potus largior frigidus, vel fermentescens, post ingurgitationem fructuum horzorum haustus.
 - b) Iracundia vel refrigeratio, quando tali fructuum abusui superveniunt.
 - c) Status plethoricus multum etiam ad hoc malum contribuit.
 - d) Specialiter neglectus evacuationum sanguinis adætarum.
9. Causa formalis est Principium vitale quod humores copiose versus intestina dirigit, ad materiam fermentescentem infringendam, & inflammatoriam ejus potentiam præoccupandam.
10. Ætiologia vulgaris causam adscribit acrimoniæ causticæ, intestina stimulantis, illorum tunicas rodentis, humores coagulantis & sic stasin & corruptionem inducentis, quæ aliquo modo vera quidem sunt, sed genuinam & primariam hujus mali causam vix digito attingunt.

VI. PROGNOISIS.

1. Dysenteria benignior nunquam quidem vacat omni periculo, ad plures tamen septimanas; imo per tres menses durare, & æger interdum emergere potest.
2. Quo magis autem febris inflammatoria concurrit, eo magis periculosus sit affectus, & periculo plenissimus.
3. Qui nudo contagio malum hoc contraxerunt, febrem gravio-rem, prostrationem virium majorem, & reliqua symptomata, magis exacerbata, experiuntur, quam qui a materiali occasione, e. g. fructuum horzorum ingurgitatione, ab hoc morbo infestantur.
4. Sponte sua non facile salutariter cessat & decurrit, sed sæpius patientem jugulat; præcipue adultis periculosius cedere observatur, quam junioribus,

5. Tormina quando repente evanescunt, euphoria tamen non succedit, sed corporis & animi languor continuat, res est calamitosa.
6. Maxime omnium funesti præfagii apprehenditur *aphthodes* faucium inflammatio: sive a ventriculo sursum ascendat, sive per œsophagum deorsum descendat.
7. Corripiuntur enim hinc facile patientes extrema illa Atonia, nempe paralyfi musculorum œsophagi, ut cum sonitu descendat, quidquid liquidi assumunt, es fossit bis in den Wagen hinc unter: omine ut plurimum funesto.
8. Dysenteria quando per *adstringentia*, ut plerumque fieri solet, tractatur, gravissimæ anxietates, ardores, convulsiones, præceps lethalis eventus, sæpissime inducuntur.
9. *Vomitus* dysentericæ quidem non est familiaris; quando autem mature, & immediate post ingurgitationem fructuum, præcipue horrorum, ante quam alvus turbatur, largiter evenit, toti malo præoccupando, vel ad minimum imminuendo, conducere observatur.
10. Quando autem conatus magis, quam actualis vomitus, & quidem admodum fero accedit, læsio quædam in ventriculo prævalefcens indicatur, & ita conamen illud vomendi a bono effectu alienum est.
11. Dysenteria *non cruenta*, vulgo *alba* dicta, & abrasione veluti ulcerosa conspicua, longe periculosior est, quam *cruenta*, præcipue si dejectiones antea cruentæ sine euphoria cessaverint: nam in dysenteria alba major est acrimonia acido-austera, quæ sanguinem in tenerioribus intestinorum vasis coagulat, & ita exitum ei præcludit; unde postea gravior inflammatio & corruptio presso pede insequitur.
12. Quo minus materia excernenda succedit, eo gravior est *Tenesmus*, quem externum frigus, & adstringentia interne adhibita, non mediocriter exacerbare solent.
13. *Appetitus* qualitercunque sibi constans, aut denuo suboriens, multo melior est, quam illius per plures dies prostratio.
14. Dysenteria, quando feliciter superata est, relinquit intestina firmitiora; ita ut ejusmodi patientes posthac aliis alvi fluxionibus, vel torminibus, non tam facile obnoxii sint,

15. Dyſenteria ſi funeſte exeat, quo magis enervati fuerunt patientes, eo minus convulſiones accedunt; ubi autem fluxus per adſtringentia cohibitus fuit, ibi intereunt ægri convulſionibus gravioribus, & quidem ordinarie diebus indicatoriis, vel criticis.
16. Proventus ejuſmodi materiæ, quæ carunculas aut glandulas æmulari videtur, non ſtatim quidem funeſtz, nec tamen etiam melioris eſt prognofeos.
17. Quo magis interne ardores, & externe refrigerationes ſentiuntur, eo gravior inflammatio metuenda eſt.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis

Duo involvit momenta, quæ univerſum negotium exhauriunt.

1. Materia corrupta craſſior & fæculentior eſt evacuada; quod obtinetur

- a) per Rhabarbarum ſive in ſubſtantia, ſive in Infuſo ſufficienter ſaturato, uſurpatum.
- b) per Pilulas Beccheri, multo magis Stahlîi.
- c) per Clyſteres, e ſero lactis paratos, & ſecundum Sydenhamum paucis horis aliquoties repetitos.

2. Materia corruptens ſpecifica, nempe ſubtiliſſima fermentativa ſubſtantia, conveniente ſuz ſpeciei modo, eliminanda, & ita ab ulteriore corruptente progreſſu cohibenda eſt; quod perficitur

- a) alexipharmaco. diapnoicis remediis ſelectiſſimis, e. g. Rad. pimpinell. alb. gentian. ver. angelic. Herb. Scord. & Millefol. item Semin. Santonic. & tanacet. licet e diverſo fundamento.
- b) decantatis ſpecificis; hepate Serpentis, Smaragdo præparata, Priapo Cervi, exſiccato ſanguine leporis non vulnerati, ſed capti & jugulati, radice Ipecacuannæ, & maxime omnium Cortice Caſcarillæ.

B. Methodus ſpecialis.

1. Si auxilium Medici requiratur antequam febris notabilis acceſſerit, & vitium in primis viis hæzere ſuſpicionem veniat, Medicatio ſequente ratione inſtituatur.

- a) Curæ initium fiat per laxans Rhabarbarinum, adjecto Nitro,

13. in
 4. v. bell.
 ovor.
 no 2.
 Vin. rub.
 o. olivæ
 Sacchar
 ad colat.
 Sp. Sagittæ
 Juy. de
 et calid.
 Sumat

quod sub initium hujus morbi egregie se gerit, e. g.

1) Recip. rad. Rhabarb. select. subtilissime præparat.

Nitri depurati, ana Drach. Semis M. f. pulvis, qui pro una vice *mane* fumatur.

2) Vel propinetur dosis Pilularum Stahliani, quæ sæpius solz universon malum auferunt.

b) Huic laxationi *vesperi* subjungatur lene anodynum, subadstringentibus maritatum, e. g.

1) Recip. Corall. præparat. gr. VI.

Spec. de Hyacinth. gr. V.

M. P. de Cynogloss. gr. I. M. fumatur pro dosi.

2) Vel exhibeatur Theriac. Andromach. Scrup. I.

3) Vel post meridiem bis propinetur pulvis Cascarillz ad gr. X-XV.

c) Hæc methodus in tali mitiore malo sequente etiam die repetatur; imo, si opus videatur, duplicetur, ita ut Pilulz Stahlianz bis, & pulvis Cascarillz quater per diem porrigantur.

2. Ubi autem malum profundius jam hæret, & febrilis commotio, vel statim sub initium, vel successu temporis & neglectu auxilii, mature quærendi, patientem notabiliter occupavit, ibi motus febriles, qui miasma subtile fermentativum eliminare intendunt, magis respiciendi & adjuvandi sunt.

a) *Mane* itaque propinetur Essentia alexipharmaca temperata; cum Essentia Cascarillz, vel Millefol. saturat. remiscenda; subjuncto regimine leniter diapnoico.

b) Per diem vero bis vel ter exhibeantur pulveres præcipitantes cum Antimoniato fixo, & interdum specifico aliquo, e. g. hepat. serpentum, Cort. Cascarillz, maritati. *De Nitro vide Cantelas.*

3. Mitescente imperu, curz tandem colophonem imponere convenit cum stomachicis & Ventriculi tonum restaurantibus. Huc pertinent: Essent. Absinth. Card. bened. Tanacet. Galang. Cort. Aurant. Item fructus Sorbimajoris exsiccati, miva Cydoniorum, vinum generosum.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICE.

1. Judicio Medici relinquendum est, num sub mali initium *Vomi-*

torium præscribendum sit.

2. Ubi a prægressa ingurgitatione fructuum horzorum vel alia dicta inordinata dysenteria inducta est, ibi omnino locum habet, & in talibus circumstantiis specificum illud Americanum, nempe rad. Ipecacuannæ, commode inservire potest, dosis Scrup. I. plus minus.
3. Quando autem Vomitorium illo tempore propinatur, quo febris inflammatoria jam invaluit, universo morbi decursui magnum prejudicium affertur.
4. Potus fere quilibet, præcipue frigidus, fovet ad minimum, communissime vero exasperat hoc malum, patienti tamen ob febre[m] non potest denegari; modo calidus porrigatur.
5. Loco vero ordinarii potus plurimum conducit decoctum *feminis Carvi* instar Thee usurpatum. Item decoctum hordei, Gelatina Cornu Cervi. *prop. serv. ind. ipse. lce.*
6. Dysenteria hoc peculiare habet, quod moderatus potus generosi vini non solum non noceat, sed familiariter etiam, licet febris conspiret, bonum effectum præstare observetur.
7. Ad febre[m] hic magis, quam ad fluxum respiciendum est: illæ enim medicationes, quæ feбри conducunt, fluxum vero augent, e. g. potus largior, minimam noxam adferunt; quæ autem fluxum inhibentia, sed feбри contraria, adhibentur, evidentissima damna inducunt.
8. Hujus census sunt *Adstringentia*; & sane deplorandi sunt errores, qui non solum per vulgus, sed etiam a Medicis ipsis in Dysenteria iisdem committuntur, & quidem sub specioso illo prætextu, ac si fluxus alvi a laxitate intestinorum dependeat, quæ proinde adstringentibus talibus corrigenda sit; cum tamen expressio sub hoc fluxu contingens, repetitis *constrictionibus* absolvatur. Tanto magis autem ab adstringentibus abstinendum est, ubi dysenteria, quod frequenter fieri solet, cum febribus epidemicis petechizantibus colludit.
9. *Subadstringentia* autem in mali mitioris initio, vel etiam in declinatione, bonum subinde effectum præstant.
10. *Opii* usus summa cautione indiget: Si materiales læsiones remotæ essent, & tum aliquid opii placeret, Theriaca vel M. P. de Cynoglossa aliis præfertur,

*in vasa min
usq[ue] splen*

11. Quilibet refrigerationes hoc malum exasperant, hinc desidentibus aquam calidam supponere, & plantis pedum calidos lateres apponere, conducit; calor etiam moderatus ubique commendatur.
12. Ex hoc fundamento non possunt approbari Antiquorum Clysteres aëtu frigidi, quos pro ardore inflammatorio extinguendo hic illic commendant: sane enim aëtu refrigeratione tales ardores aggredi, damnabile est coeptum.
13. Clysteres etiam generatim in hoc malo eximium non habent effectum, imo nequidem indifferentem usum, nisi in principio, ubi terebinthinati esse debent.
14. Evacuantia non alia, quam lenissima, laudantur, nominatim Rhabarbarum, quod abstergit, & relinquit etiam simul aliquid adstringentis: hinc in substantia, non autem in extracto, febre adhuc exigua, ad gr. XXX. XL. usurpatum usum suum præstat. *rob myrtivocalan præge vltim.*
15. Nitrum, quod abstergentibus, vulgo accepta interpretatione, adnumeratur, per initia cum absorbentibus exhibitum, eximium levamen præstat, & tantum abest, ut illo tempore noceat, ut etiam in progressu morbi, sed potulentis magis dilutum, quam simultaneis dosibus exhibitum, probeatur.
16. Correctio materiæ, quæ communiter in hoc affectu commendatur, exoptatissima quidem esset via ad finem salutarem obtinendum; si modo Remedia, quæ huic scopo satis facerent, præstarent.
17. Absorbentia certe pleraque, quæ pro materia corrigenda commendantur, nullius sunt valoris, præcipue in malo per contagium communicato.
18. Corallia aliis solent præferri, sed semper incertum est, an alio, quam absorbendi effectû, exiguum hic usum suppeditante, operentur.
19. Idem iudicium esto de bolaribus concretis seu Terris sigillatis, nisi enim hæc terræ absorbendo aliquid efficiant, de reliquo inutilis sunt, & intestina gravant. *rocurus vltim.*
20. Quid vulgo dicta Corallina in hoc affectu forte possit, cujuslibet experientie relinquendum, cum in aliis intestinorum pathematibus non inefficax deprehendatur.
21. Mitigantia, obtundentia, & reliqua pinguis exigui sunt effectus:

4 Terebinth
 indellon
 solut
 Cacti vauin
 107. Saucar
 3p.

- oleum commune* multiseft suspectum: *oleum lini* nullius specificæ & constantis efficaciz reperitur, cui *oleum ovorum* multis respectibus præferendum est. *os amigd. dulce. rabeo remendit.*
22. *Lac.* pro temperante illo & demulcente scopo, diu quidem laudatum; modus autem utendi, quando nempe copiose simul & semel ingeritur, suspectus, imo interdum actu noxius est: in spissius enim coagulum hac ratione facile transit, quod tormina & reliqua symptomata magis fovet, quam temperat. Si vero secundum Sydenhamum ad unam partem lactis, duz portiones aquæ simplicis addantur, felicior erit effectus.
23. Mitigans nullum *Gummi Arabico*, largius exhibitio, par est.
24. *Specificæ* innumera sere in Dysenteria laudantur, si modo effectus hifce laudibus responderent.
25. Volckamerus Pater in Misc. N. C. semini *Lapathi acuti* cruenti, vulgo sang. Dracon. præter effectum adstringentem, specificam adhuc in dysenteria efficaciam adscribit.
26. Priapum Cervi, Hepar serpentis & smaragd. præparat. sub metho jam allegavimus; faciunt autem quod possunt.
27. Ab Hagendornio & aliis *fungus sorbi aucupariæ*, vulgo Eberaschei extollitur.
28. De specifico Americano recentissimo, nempe radice *Ipecacuanne*, multæ passim quiritationes, quod votis non semper respondeat, audiuntur: num inveterata radix, vel utendi minor dexteritas, in culpa sit, incertum est.
29. Corticem autem *Cascarille* & febrî & dysenteriz salutariter convenire, experientia testatur.
30. Sympatheticæ a quibusdam laudatur *Caput mortuum Virioli*, sellæ imponendum.
31. Patientes non ad quemvis conatum deponendi surgant, sed calide bibendo, & tranquille jacendo, diaphoresin, admodum illis salutarem, expectent.
32. *Crystallus montana*, minoribus repetitis dosibus, sistit diarrhœas, habet enim subadstringentis aliquid: unde cautius adhibenda; sine tamen periculo adstrictionis exhibetur, si correctorium aliquod, nempe potiuncula quzdam, vel Nitrum addatur.
33. In suppressa dysenteria, si patiens male inde habeat, ad revocandum fluxum, commode datur pulvis Rhabarbari.

Pain

Sacharo
dulcorandi
10 gr. waga
Kao impoin loa fo.
213 27Cogn. Berb. in dea
suba spmmagis in loa
fo.

TABVLA LIII.

DE

PESTE.

I. DEFINITIO.

Pestis est princeps februm acutarum, epidemicarum, malignarum, ubi Principium vitale per motus febriles summe subtilem, & ad corruptionem putredinosam inferendam admodum agilem materiam, versus peripheriam corporis excutere, eliminare, & hac ratione periculum sphaceloz corruptionis avertere intendit.

II. DIFFERENTIA.

1. Pestis a reliquis febribus epidemicis & malignis differt *gradu*, quo omnes alias longe post se relinquit.
2. Non minus etiam *per se* hac graduum malignitatis differentia grassatur, ita, ut pro diversitate annorum, tempestatum, locorum & situs urbium, alibi gravior, alibi mitior esse soleat; mitissima tamen pestis longe maligniore est Variolis, Morbillis & petechiis, extra pestis tempus grassantibus: hz enim febres, quomodocunque malignæ, tantam stragem, ut pestis, nunquam edunt, nec tam brevibus & sævis deleteriis effectibus sese exerunt.

III. SIGNA.

1. *Virus* statim sub initium mirifice prosternuntur, ita, ut patientes pigeant movere: es scheint ihnen nichts zu fehlen / als daß sie nur so ungemein matt sind.
2. Hanc repentinam, & quasi spontaneam virium dejectionem confirmat *pulsus* sensibilis debilitatio; quod tamen ita non intelligendum est, ac si ad naturalem vel adhuc inferiorem gradum accedat: rara enim in febribus avis est vulgare illud dictiterium: *Urina sana, pulsus sanus* &c.
3. Imo nonnunquam plane lipothymici affectus occurrunt.
4. *Vigilia* pertinaces (citra sensibilem causam, e. g. doloris, inquietudinis) in plurimis observantur.
5. Manifestant sese *mentis* Vacillationes, lapsui memoriz similiores, quam positivæ aberrationi,

6. *Frequentissime* observatur insidiosa dissimulatio symptomatum consuetorum, & semidelira morbi inadvertentia, ita ut calorem, sitim, & dolores vix persentiscant patientes.
7. Quando autem graviorum symptomatum repentinæ eruptiones contingunt, itæ potissimum perversæ medicationi, e. g. opiatæ, salibus volatilibus cum regimine exhibitis, adstringentibus, calidis Elixiriis &c. adscribendæ sunt.
8. Ad indolem hujus morbi magis pertinent exanthemata mature erumpentia, e. g. *Amblyacum*, in partibus sanguineis erumpentium & eximium ardoris sensum involventium; item *Bubonum*, *Parotidum*, *Vibicum*, *Petechiarum*.
9. Animus sub hoc morbo valde abjectus observatur, ita ut etiam patientes mature lethalem exitum præfagiant.
10. Reliqua signa cum aliis acutis continuis & malignis hæc morbus habet communia, e. g. invadit cum horrore, succedente leni æstu; in nonnullis autem cum Vomitu, vel diarrhæa, aut hæmorrhagiis sese manifestat.

Lawson.

IV. SYMPTOMATA.

1. Quod pestis omnis generis homines, ætatem & sexum promiscue invadat, per vulgus notum est.
2. Facilius tamen eidem obnoxii observantur homines timidi, otiosi, pensitabundi, plethorici.

V. CAUSÆ.

1. *Causa materialis* est miasma fermentescens magnæ subtilitatis; ita ut halitus & vaporis forma per universam sanguinis massam diffundi, ex illa autem, ob colatoriorum in corpore humano minus quadrantem proportionem, difficulter secerni possit.
2. *Causa formalis* est Principium vitale, quod per motus febriles hanc, molis quidem summæ exilis, agilissimæ autem indolis, materiam e corpore eliminare, & hac ratione imminentem putredinem præoccupare intendit.
3. *Causæ occasionales*, quæ pestilentem hanc materiam producere, & aërem cum illa imprægnare observantur, sunt sequentes.
 - a) Terræ motus, vapores tales noxios emittentes.
 - b) Exhalationes putredinosæ corporum, post magnam stragem non legitime sepultorum. Huc etiam pertinent reliquorum animalium, imo Volatiliū, corpora putredine affecta.

- c) Effluvia venenosa, per nefandas hominum quorundam manus excitata.
- d) Cibus insolitus & naturæ adversus, e. g. carniū equorum vel aliorum animalium; quale quid præcipue eo tempore contingit, quo urbes obsidentur, vel fames per certas mundi plagas populos affligit.

VI. PROGNOISIS.

1. Quoniam materia in Peste peccans, per corporis nostri colatoria ob tenuitatem coerceri & e sanguine secerni non potest, sed illorum colatoriorum poros semper iterum perrepat, non potest non funestus ut plurimum eventus succedere.
2. Trepidatio animorum, non solum sub ipso morbo, sed etiam ante illius invasionem exoritur, plurimum ad hunc infelicem exitum contribuit: trepidus enim animus trepidos etiam involvit motus vitales.
3. Quo magis leniora sunt symptomata ætus, fitis, dolorum &c. eo malignior est pestilens materia.
4. Omnium seculorum unanimis observatio conspirat, quod pestis tribus modis salutariter finiri solet:
 - a) largis sudoribus in ipso initio,
 - b) Bubonibus,
 - c) Anthracibus, sed utrisque etiam his mature & satis prompte erumpentibus.
5. E contra peste perire observantur,
 - a) Quibus nulla talis excretio tempestiva obtingit,
 - b) Vel emicans iterum disparet & retrocedit,
 - c) Vel plane ad interiora secretoria & excretoria organa deferatur, ut diarrhœas, urinas discoloras, vomitus, seu conatus vomendi diuturnos, hæmorrhagias, pleuriticos & anginosos affectus formet.
6. Medio quasi inter hæc loco sunt petechiæ pestilentes, tardius erumpentes, valde lividæ, saturatæ, copiosæ, & ægrum eruptione sua nihil sublevantes: hæc plerisque sunt funestæ, paucioribus salutariter eveniunt.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Materia maligna quia corrigi non potest, sed potius intra breve tempus intimam corruptionem inducere valet, omni modo e corpore expellenda est,
 2. Hæc

2. Hæc autem expulsio uno, brevi, atque forti impetu fieri non potest, sed placide ac assidue omnia hic sunt peragenda.
3. Quidquid sperare licet, *matura* excretioni *peripherica* innititur: nam materia maligna, uti sub halitus forma corpus occupavit, sic etiam per placidam, & continuam, exhalationem iterum debet expelli. Huic indicationi inserviunt
 - a) continentia patientis tranquilla, & regimen non tam calidum, quam, *actuale refrigerium*, arcens.
 - b) Sufficiens humectatio, e. g. porus tepidi ad instar Théæ e radice Scorzonæ. Flor. Galeg. & similibus, sapor non ita ad-versis. Item Ptisanæ acidulatæ.
 - c) Alexipharmaca temperata, e. g. Mixtura simplex leniter saltem camphorata, Essent. Alexipharm. Stahlij, Essent. pim-pinell. alb. largiter saturata. Hæc refracta, sed repetita dosi exhibeantur.
 - d) Interpositis ubique pulveribus, e Nitro, Antimonio diaphoretico, & absorbente quodam, paratis, ad suspectam & nimiam humorum commotionem mitigandam.
 - e) Huic mitigandi, & simul lenem diaphoresin promovendi scopo, etiam inserviunt Potiones ex aquis diapnoicis, Antimonio diaphoret. & absorbente aliquo, paratæ.
 - f) Reliqua sub *Cautelis* videantur.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Si unquam alibi, certe in Peste nocet methodus sic dicta *heroica*. Hinc non solum a Venæ sectionibus, Vomitoriis, & purgantibus, verum etiam a vehemente & copiosa *aquosi* sudoris expulsionem abstinendum est.
2. Sufficit auctior transpiratio cum leni madore conspicua: commotiones autem sanguinis impediunt potius liberam hanc diaphoresin: unde motus febriles in Peste a Natura merito leniores instituuntur, quam in aliis acutis.
3. Sudor sic dictus *Anglicus*, qui ante sesqui seculum circiter grassabatur, exemplar *huius rei* præbet evidentissimum: hoc enim morbo correpti patientes raro tertium diem obtingebant, sed pluri mi intra 12 - 24. horas moriebantur; nulla medicatio, nulla præservatio locum habebat, sed unice sudoris, non aquosi, sed nebulosi vehemens eruptio, quæ a sola decumbentis continen-

*ad nre nmi
Sudor plus
noctat*

tia expectanda erat.

4. Hæc continentia quæta est anima totius negotii, ad excretionem hanc vaporesam & diurnam obtinentiam.
5. *Proportio*, quantum fieri potest, talis servetur, ut sub initium admodum placide hæc excretio diapnoica instituat, & diurniore demum successu sensim augeatur, ad 12-18-24. horas continuando.
6. *Antiquorum* divinum Remedium fuit *Tberiacæ*, sed bona magis in-
terptione, quam effectu; sub promiscuo certe illius usu, Opium nota-
bilis quantitas non potest non displicere.
7. *Recentiorum* famosæ *Tincturæ Bezoardicæ*, quatenus Mixturem simplicem pro basi habent, laudem quidem suam merentur, *Cumphoræ* autem quantitas, vulgo in illis recepta, non potest approbari, quia fervidissimos in corpore edit effectus. Subtri-
pla illius portio sufficere posset.
8. Sic etiam *Crocæ* & *Myrrhæ* concursus copiosus has *Tincturas* detur-
pat.
9. In Peste positive rejiciuntur *Spiritus C. C.* *Sal volatile viperarum*,
& omnia urinosa volatilia *preparata*, non autem *simplicia*, e. g.
C. C. Viperæ.
10. *Nurum purum*, moderatis dosibus usurpatum, tantum abest ut
in Peste noceat, ut potius in illo, præsertim in fluxuum sym-
ptomaticorum metu, plus spei, quam in ullo alio specifico re-
medio, collocandum sit; habet insuper generalem, licet lenem,
efficaciam, subtiles corruptivas fermentationes temperandi.
11. *Acidæ* in hoc affectu illis præcipue Subjectis commendantur,
quæ sanguine fluidiore instructa, & a tussi vel aliis pectoris sym-
ptomatibus libera sunt; quo nomine præ aliis laudantur *Clyf-
sus Antimonii*, *Acidum Citri*, *Mixtura simplex*.
12. In potu sufficienter offerendo quovis modo caveatur, ne vel
Ventriculum, vel *alvum*, vel *urinam* sensibiliter afficiat: nam
omnes irritationes humorum & motuum ad interiora viscera
periculum inferunt.
13. Uti in aliis febribus malignis *specificæ*, vere talia, adhuc deside-
rantur, ita multo magis in Peste. Laudantur a quibusdam *ossa
vitæ*, non cruda, sed computrescenda illa, quæ a cæmeteriis
petuntur; & sane dignum est, ut inquiratur, an non eadem

ratione ab homine, peste intermortuo, remedium contra hoc venenum impetrandum sit, uti hoc efficaciter a cane rabido contra Hydrophobiam defumitur; item ad imitationem illius Remedii, quod ab ossibus jumentorum impetratur, quæ a malo per gramen ossifragum illato, extincta sunt. *Vid. Flora Frantica edit. noviss.*

14. Licet eruptiones illæ pestilentes, nempe Bubones & Anthraces, ad Chirurghiam magis pertinere videantur, Medicus tamen sequentia circa illas notet.
- a) Regimen leniter, sed continuo diapnoicum plus ad eruptionem confert, quam ulla alia tentamina.
 - b) *Discussio* Anthracum atque Bubonum pro re summo dubia atque difficili habenda, neque in ullo medicamento, nisi in *Camphora*, spes aliqua hic collocanda est.
 - c) *Bubones* quid ad hunc scopum valeant, ab experientia domum expectandum est: nam relationes ita variant, ut aliz nimium quantum, aliz plane nihil iisdem tribuere velint.
 - d) Idem valet de lapide, *magnete Arsenicali*, ab aliis laudato, ab aliis spreto; quamvis utraque hæc non tam dissipare, quam solum mali impetum mitigare, seu Venenum extrahere aut enervare credantur.
 - e) Quid de *foliis hyoscyami* ad dissolvendos Carbunculos promittatur, in Herbario Pancovii videri potest.
 - f) Illud ubique sedulo cavendum, ne, loco discussionis, nuda retropulsio fascietur, quæ tanto certius in Bubonibus funesta, quanto majore patientis levamine illæ eruperunt.
 - g) *Emollitio*, Maturatio per Emplastra & Epithemata emollientia, si mature instituat, & facta apertione, putredo per infusionem balsamicorum præcaveatur, spem discussione facit majorem.
 - h) In Anthracibus, præcipue circa partes teniores eruptis, *ustio actualis* aliis medicationibus præfertur: Anthraces etiam retrocedentes nihil præsentius revocat, quam Cauterium tale eminus admotum; de qua re dignissima observatio apud *Scultetum* occurrit.
 - i) Ubi reliquæ circumstantiæ consentiunt, non improbandus est usus quorundam Chirurgorum, per *Sectionem* Bubones, mediocris adhuc molis, extirpare.

xlerind

*Capitulum Serp
entis x. f. d.
Zni a Bubone
Reim.*

15. Remedia *præservantia* uti in aliis contagiosis summe incerta sunt, ita multo magis in Peste. Animus, a timore mortis liberatus, majoris est efficaciz, quam tot laudata *præservantia* Elixiria, Aceta alexipharmaca, Pilulæ antipestilentialia &c.
16. Quando autem omnino consilia & Remedia *præservandi* scopo desiderantur, sequentia possunt suppeditari.
- Quo magis plethora adest, eo magis commendetur *Vene sectio*.
 - Mane exhibeatur dosis Essent. Pimpinellæ albæ, bene saturata, vesperi vero pulvis Bezoardicus. *60*.
 - Dieta sit moderata, cibi acidulati.
 - Suffimenta*, e. g. per baccas Juniperi, frequentia injungantur.
 - Motus corporis placidus nunquam prætermittatur, ut transpiratio naturalis ubique locum habeat.
 - Qui cum patientibus, Peste infectis, commercium habent, radicem Pimpinellæ albæ eo tempore in ore detineant & salivam perperuo rejiciant.
17. Denique notari adhuc meretur, quod Pestis varia subinde schemata exhibeat: modo enim ut febris continens, modo ut continua, præcipue inflammatoria, sese manifestat; quæ ficta schemata Medicum a methodo genuina non deducant,

3. flama gas,
mentum juniperi
luculentam.
ingellia



TABULA LIV.

DE

FEBRE QUOTIDIANA
INTERMITTENTE.

I. DEFINITIO.

Febris quotidiana est species febrium intermittantium, singulis diebus cum horrore & aestu subsequente recurrens, quibus motibus febrilibus Natura, seu Principium vitale, noxiam aliquam materiam, in primis viis ordinarie hærentem, corrigere & evacuare intendit.

II. DIFFERENTIA.

1. Febris quotidiana intermittens a quotidiana *continua* facile potest distingui, *vid. Tab. de febre catarrhali benigna.*
2. Quotidiana intermittens a tertiana *duplici* intermittente in eo quidem differt, quod quotidiana constans & uniforme tempus invasionis & durationis singulis diebus exhibeat, in tertiana autem *duplici* non singuli paroxyismi, sed alterni sibi respondeant, e. g. paroxyismus primi diei convenit cum paroxyismo tertii, & paroxyismus secundi diei cum paroxyismo quarti.
3. Hæc autem diagnosi magnum in praxi momentum non involvit, Medicus enim rationalis respicit paroxyismos, quocumque tempore, & quibuscumque horis recurrentes.

III. SIGNA.

1. Febris quotidiana invadit ordinarie tempore matutino, hora circiter sexta vel septima,
2. Cum frigore & horrore satis notabili, per horæ spatium communiter durante,
3. Vomitu quoque, vel diarrhœa spontanea, aut ambobus simul sita.
4. Succedit aestus satis vehemens, cum siti, inquietudine, & capitis dolore.
5. Totus paroxyismus raro sex horas transcendit.
6. Aestus quando paululum remittit, sudor spontaneus ordinarie subsequitur.

7. Singulis tamen diebus recurrit, tempore familiariter prorsus eodem, vel, ubi turbatur, plane diverso, anticipando aut postponendo.

IV. SUBJECTA.

1. Febris quotidiana rariore est, quam reliquæ intermittentes.
2. Occupat magis phlegmatica, quam reliqua temperamenta,
3. Etati senili præ juvenili,
4. Item sexui fœminino præ virili, magis est familiaris.

V. CAUSÆ.

1. *Causa materialis* est materia viscido - mucosa, quæ in primis viis ordinariam sedem habet.
2. Cum hoc primarum viarum vitio sæpius conspirat spissitudo sanguinis in Vena Portæ.
3. *Causa formalis* est Principium vitale, quod motibus febrilibus materiam illius noxiam fecernere & excernere intendit. *Conf. Cause Tabulæ sequentis.*
4. *Causæ occasionales*, quæ primas vias depravare, & sanguinem spissum reddere possunt, sunt sequentes.
 - a) Diæta inordinata & cruda.
 - b) Vita sedentaria otiosa.
 - c) Animi trœores continui.
 - d) Temperamentum segnius, phlegmaticum, vel sanguineo-phlegmaticum.
5. *Causæ febris quotidianæ* conveniunt quidem cum causis tertianæ, in quotidiana tamen qualitas vel quantitas materiæ peccantis majore gradu subesse videtur.

VI. PROGNOISIS.

1. Febris quotidiana in longius quidem plerumque tempus protrahitur quam tertiana, ad indolem autem quartanæ non accedit.
2. Quo magis plethora cum spissitudine sanguinis concurrat, eo difficilior omnia in paroxysmis succedunt, & eo diutius durat universus morbus.
3. Quo magis *astuans* est hæc febris, eo magis ad *continuum* properat.
4. Vomitus & diarrhœa, quando expedite succedunt, sudor etiam lenis sub declinatione paroxysmorum erumpit, febris, tum ratione impetus, tum ratione tenoris, in dies ab uno paroxysmo in alterum decrescere observatur.

5. Quando autem debitz excretionēs non succedunt, & in primis sudor per patientis incontinentiam supprimitur, atque insuper remedia Adstringentia propinantur, tum facile obstructiōnes Viscerum, Hepatis, Lienis, item febres lentæ & hecticæ, Cachexia, & tumores œdematosi succedunt.
6. Calidioribus autem medicamentis si nimium sanguis exagitur, febris hæc intermittens facile transit in continuam, præcipue inflammatoriam.
7. Conferantur ea, quæ Tabula sequente sub *Pronosi* dicta sunt.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis.

1. Materia viscido-mucosa in primis viis est corrigenda & præparanda; faciunt hoc

a) *Incidentia*

1) *digestiva salina*: Tartarus Vitriolatus, Nitrum Antimoniatum.

2) *Resolventia acriuscula vegetabilia*, e. g. radix Ari, Piper, Zingiber, semen Sinapi.

b) *Herba Capillares*, e. g. Capillus Veneris, Trichoman. Ceterach. & aliz radices ac herbæ, quæ hepaticæ ac splenicæ dicuntur, v. g. Rad. Taraxaci, Cichorii, herb. Agsimon. Centaur. min. *inquitur*

c) *Gummata temperiora*: Ammoniac. Galban. Sagapen. exclusa tamen Myrrha, quæ nimis æstuosa est.

2. Materia præparata, & mobilis facta, pro conditione circumstantiarum est *evacuanda*, sive per

a) *Emetica*, sive per

b) *Laxantia blandiora*, v. g. pilulas Beccheri, Stahlî, Quercetan. Tartareas Bontii; quin & per

c) *diaphoretico-diuretica temperata*, v. g. rad. Helen. Vincetox. Pimpinell. alb. & ex his parat. Essent.

3. *Symptomata*, nimis urgentia, prudente ratione sunt mitiganda,

a) *Frigus* nimis vehemens & diuturnum subleuant.

1) *Linimenta & balsama stomachica*, quibus Scrobiculus cordis & spina dorsi inungi potest.

2) Vel solus *Spiritus Vini rectificatissimus*, linteis quadruplicatis regioni epigastricæ applicatus,

- b) *Æstum, sitim, Cephalalgiam* enormem moderantur
- 1) *Nitrosa & Acida*, v. g. Nitrum depuratum, spiritus Vitrioli, Nitri, Clyffus Antimon. Succus Citri, quod acidum Naturæ humanæ amicissimum est.
- 2) *Diluentia*, v. g. Infusum Thée, Veronic. vel potus tenuior ordinaris, non nimis frigidus, neque etiam nimis calefactus.
- 3) *Continentia* tranquilla sub sudore, sive spontaneo, sive per temperata diaphoretica promoti. Hæc præcipue lenit æstum *proximi* paroxyfmi, item languorem & fatigationem.
- 4) *Prima via* sunt roborandæ; quod faciunt
- a) *amara*, non nimis ingrata, Stomachica vulgo dicta, v. g. Rad. Gentian. rubr. Summitat. Centaur. min. Tanacet. *card. benedict.* herb. Card. benedict. Absinth. Scord. & hoc nomine ipsa Essent. Alexipharm. cum Essent. Gentian. sociata.
- b) *Acida* temperata, & *Martialia* correctoria, ubi in specie Tinct. Vitrioli Martis Ludovici laudatur, si inappetentia post febrem superatam diutius perseveret.
- 5) *Motus in consuetudinem deducti*, & sublata materia, adhuc persistentes, prudente modo cohibendi sunt; cui indicationi satis faciunt
- a) *Anodyna*, sedativa, v. g. Piltulæ Wildegansii genuinz, aut Matthæi sive Starkeyanz verz, vespera, quæ paroxyfmi præcedit, sumendæ. *malini, il. p. & cynosi.*
- b) *Subadstringentia*, e. g. Cortex Chinæ, Crocus Martis Antimonia. tenerior Stahlî, versus paroxyfmi, non tamen *proxime* ante eundem, propinanda.
- B. *Methodus specialis.*
1. Ante paroxyfmi pulveres digestivo-præcipitantes propinentur, e. g.
Recip. Tartar. Vitriolat.
Conch. acido Tartari saturat. ana M. dof. Scrup. I.
2. Sub æstu sufficiens tepidus potus, qualiscunque dilutus, porrigatur, & quando sitis vehementer urget, cum Nitro temperetur, præcipue etiam continentia corporis tranquilla observetur.

3. Æstu vero remittente, & madore spontaneo erumpente, exhibetur Essent. Alexipharm. Stahlii ad gutt. XX. XXX, cum regimine admodum moderato.

4. Horis vacuis continentur pulveres digestivo-Absorbentes.

5. Versus somnum Pilulæ Becccheri, vel aliz laxantes, e Gummatibus & Resinis paratz, propinentur, ut circa sequentem paroxysmum effectum suum edant, & hac ratione materiam febrilem præscindant. Vix autem, & nonnisi in febre languidiore,

hæc laxantia sunt *necessaria*.

6. Denique, superato ut plurimum morbo, ad Tonum ventriculi & viscerum restaurandum, Essentia quædam Stomachica in usum trahatur, e. g.

Recip. Essent. Gentian. rubr.
Centaur. minor.

Infus. florum. Cori. Cranch.

Galang. ana M. D. XXX. gutt. versus pastum.

vel Rec. Tinct. Martis aperitiv. Ludovic. Unc. I.

Essent. Lign. Aloës Drach. II. M. D. gutt. XL. L.

VIII. CAUSE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Vulgaris Methodus, qua febres intermittentes hodie tractari solent, duo extrema involvit: altera enim materiam peccantem cum impetu eliminare intendit, nempe per vomitoria; altera autem, per corticem illum Peruvianum, materiam potius suppressit, & concludit, *et marcerat*.

2. Vomitoria ^{em} empirice saltem adhibita, sæpe conatus saltem enormes, sine materiz peccantis successu, provocant, patientes inutiliter fatigant, & plethoricos vehementer angunt.

3. Quando *Emetis* propinantur, præcipue eo tempore, quo sponte Natura ad vomitum propendet, nempe versus paroxysmos, facile *hyperemesin* inducunt, & tamen sufficientem excretionem non præstant.

4. Tanto magis hoc contingit, si, febribus diu duratis, & in habitum jam deductis, Emetica talia exhibeantur.

5. Altera *methodus*, qua motus febriles, nullo habito respectu ad materiam peccantem, simpliciter cohibentur, sive per corticem Peruvianum, sive per alia Adstringentia, graviora adhuc damna inducere solet:

6. Nempe adstrictionem alvi pertinacem, in consuetudinem facile

abeuntem, flatulentiam, angustias præcordiorum, post partum præcipue affligentes.

7. Quo magis status plethoricus concurret, eo certius post cibum phlogoses, faciei rubores, capitis gravitates, & hypochondriaca pathemata succedunt.
8. Porro: Colica, Icterus, Tabes, Cachexia, Oedemata, Hydrops, febres acutæ inflammatoriæ, Anginæ, febres lentæ, hæcticæ, anomalæ, & innumera fere alia mala.
9. Reliquæ observationes & Cautelæ videantur Tabula sequente.



TABULA LV.

DE

FEBRE TERTIANA.

I. DEFINITIO.

alberny Febris Tertia est species febrium intermittentium, post tertium diem cum horrore & succedente æstu recurrens, ^m quibus motibus febrilibus Principium vitale noxiam aliquam materiam, in primis viis ut plurimum hærentem, præparare & evacuare intendit.

II. DIFFERENTIA.

1. Febris tertia est vel *simplex* vel *duplex*; quam differentiam *Signa*, quæ inferius sequuntur, docent.
2. Tertia *legitima* bene discernenda est a *spuria*, *sub-continua*, quæ aut plurimum frigus *lenius*, æstum vero vehementiorem & diuturnum, præterea symptomata adhuc aliqua insolita, e. g. tussim, adfert. post paroxysmos etiam languorem, lassitudinem artuum, capitis gravitatem vertiginosam, siticulositatem, somni inquietudinem, inappetentiam, jugiter-pessevèrantia, post se relinquit.
3. Tertia probe etiam distinguenda est a febribus illis *acutis*, præcipue *Epidemicis*, quæ typum tertianarium simulant, quando in

Sympt.

in tempus vernum, & corpus insuper circa primas vias impurum incidunt: hæc enim notabilem continuitatis habent malignitatem, & non raro maculas petechiales, Purpuram, & alia exanthemata parturiunt.

III. SIGNA

A. Tertiane simplicis.

1. Invadit horis ante meridiem, a jentaculo usque ad prandium; & quidem
2. qui jentare consueverunt, accipiunt paroxysmum circa tempus jentaculi; qui autem huic non adfuerunt, ab hora decima usque duodecimam ordinarie a paroxysmo corripiuntur.
3. Incipit cum notabili horrore, qui ad membrorum concussionem frequentius excedit.
4. Sensus hic spastico-refrigeratorius primum ordinarie circa regionem lumborum sentitur, & inde per longitudinem dorfi versus scrobiculum cordis ascendit.
5. Succedit *nausea* cum angustiis & anxietatibus præcordiorum.
6. Quo magis legitima est tertiana, eo certius hæc nausea in ipsum vomitum transit, per quem modo tenax & mucosa materia, modo biliosa saburra, modo cibi adhuc indigesti, primis paroxysmis rejiciuntur.
7. In quibusdam fortes saltem vomendi conatus obtingunt sine notabili excretionem.
8. Vel loco vomitus diarrhœa sequitur, & quidem communiter in subjectis minus vegetioribus, phlegmaticis, annosis, aut ubi saburra mucosa diu semicocta in primis viis hæsit.
9. Hæc symptomata quando per unam vel alteram horam duraverunt, tum frigori remittenti succedit immediate flaccida fatigatio & languor corporis universalis, præcipue vero artuum, cum molesto sensu confusionis, als wenn alles an dem Patienten erschlagen wäre; exceptis illis, in quibus nausea diutius continuat.
10. Hunc languorem excipit æstus, qui ut plurimum *successive*, interdum vero satis præcipiti cursu augetur.
11. Concurrent dolores capitis, fitis & amarities oris.
12. Quam primum hic æstus paululum mitescit, mador quidam, seu lenis sudor erumpere observatur; non quidem semper prioribus,

bus, bene vero sequentibus paroxyfmis.

13. Quo magis tranquilla patientis cōp̄tinentia concurrat, eo citius ætus mirefcit, & sudor succedere solet.
14. Totus paroxyfmus vix infra 6. horas decurrit, familiarius ad octo, &, quando vehementior est, ad duodecim horas sese extendit; has autem quæ excedit, *pro nobis*, id est, vere practico sensu, composita, ad continuum genium accedente, habenda est.
15. Repetuntur vero hæc omnia alternis diebus, ita ut ad minimum intervallum 24. horarum intercedere soleat.
16. Paroxyfmi communiter statō tempore & hora, nonnunquam vero anticipando, aut postponendo, recurrunt.

B. Tertianæ duplicis.

1. Hæc singulis quidem diebus recurrit, non singuli autem paroxyfmi, sed alterni sibi respondent, e. g. primo die invadit ante meridiem, secundo post eundem, tertio ante meridiem, quarto post eundem.
2. Tertianæ anomale nullum certum invasionis tempus observant.

IV. SUBJECTA.

1. Tertiana legitima occupat magis sexum virilem quàm fœmininum.
2. Familiarior est ætati juniore & juvenili, quam annosiori, quæ facilius tertianas anomalas incurrere solet.
3. Item magis evenit personis activioribus, quam segnioribus & incuriis.
4. Præcipue autem homines sensibiliores & nauseabundi facile tertianam incurrunt, quando post cibos, cum nausea assumptos, conatus vomendi violenter supprimuntur.

V. CAUSÆ.

1. *Causa materialis* est viscida, lenta, mucida aut semi-concocta materia, ut plurimum in primis viis hærens; interdum vero, (præcipue quando febris antea suppressa vel corrupta fuit) materia peccans in vasis mesaraicis vel hepate obhærescit.
2. *Causa efficiens*, seu *formalis*, est Principium vitale, quod motibus hæc febrilibus materiam dictam eliminare intendit.
3. *Causæ occasionales*, quæ primas vias depravare solent, sunt sequentes.
 - a) Dieta inordinata, crassa, & concoctioni refractaria.
 - b) præ-

- b) Præsertim quando cum nausea cibi assumuntur.
 c) Vel commotiones animi vehementes ante, sub vel post pastum accedunt.
 d) Vitæ genus sedentarium & otiosum.
 e) Refrigeratio in regione abdominis, præcipue circa tempus, quo cibus assumtus est : hac enim ratione concoctio impeditur.
 f) Scabies retro pulsa.

4. *Bilem* cum Veteribus hic accusare velle, irritum est : licet enim illa in febre tertiana sæpius evomatur, hoc tamen reversionibus Duodeni, quæ sub his vehementibus commotionibus contingunt, tribuendum est. Experientia docet, quod etiam sani, Vomitorio utentes, bilem sub ultimis Vomitus ejiciant.

VI. PROGNOISIS.

1. Febris tertiana legitima, si incongruæ medicationes non admittantur, toto genere salutaris est ; imo per vulgus constat, quod post legitimum hujus febris decursum patientes non solum priorem, sed etiam firmiorem recuperent sanitatem.
2. Hæc legitima tertiana frequentius ante septimum paroxysmum, raro autem ante quartum in solidum cessat ; nihil autem critici in hac febre observare licet.
3. Quando dixta conveniente, & regimine modesto sublevatur, nunquam ruit in exitum periculosum, & absque artis auxilio feliciter solet decurrere.
4. Ubi vero per medicamenta calida sudor, præcipue sub æstu vehemente, immodeste concitatur, patientes sensibilibissime debilitantur, & continuas tabidas sudationes, imo febres acutas, viscerum inflammatorias incurrere solent, & hoc tanto certius, quo magis temperamentum sanguineum vel cholericum, ætas junior, & dixta vinosa concurrunt.
5. Quando autem Tertianæ per Adstringentia cohibentur, succedunt : lassitudo, fastidium, pressiones circa præcordia & hypochondria, porro : obstructions hepatis, lienis, febres lentæ, hæcticæ, Cachexia, præcipue in illis subjectis, quæ temperamenti sunt phlegmatici vel melancholici, aut ætatis provectoris,

6. Uti in tertiana legitima *evacuatiōes* per vomitum vel diarrhœam, quando mature & vegete procedunt, salutariter succedere solent; ita harum excretionum retentiones morbum in longum tempus protrahunt, paroxysmos non decrecentes, sed æquali tenore recurrentes, inferunt, & vires notabiliter exhauriunt.
7. *Sudor* ille lenis, qui sub declinatione æstus erumpere solet, quo magis tranquilla continentia & placido regimine promovetur, eo certius *sensim* decrescunt paroxysmi, & morbus salutariter finitur; quæ successiva febris terminatio mellioris est fidei, quam præcipiti gressu decurrit.
8. Quando error quidam sive in diæta, sive in medicatione committitur, succedens paroxysmus notabiliter exacerbatus observatur.
9. Nihil facile hujus febris legitimum decursum tam sensibilibus turbare potest, quam insignis *plethora*; hæc enim, ubi concurrat, omnia symptomata exasperat; præcipue æstum infert gravio-rem, & sudoris spontanei eruptionem multum impedit: ægerrime etiam tales patientes medicamenta calida, vel cohibentia, tolerant, non raro enim in febres acutas inflammatorias per illa conjiciuntur.
10. Parvum & breve frigus subsequente diuturniore æstus, sine excretionibus notabilibus, febrem designat irregularem, & acuto typo, ad minimum composito, propinquam.
11. Tertiana aliquando *contagiosa* velut apparet, sed non aliter, quam sub crassa conversatione & contactu, e. g. quando in eodem lecto dormiunt, ex iisdem vasibus bibunt; præsertim si vitium primarum viarum concurrat. *in adh. sano ad hunc.*
12. Insolita *voracitas* in hac febre, præcipue quæ paroxysmos antecedit, morbum protrahere observatur; unde per vulgus passim audire contingit: die Fress Fiebert halten lange an / subjun-cta interdum hac ratione: sie haben volle Nahrung.
13. Sic etiam auctior appetitus, post febris decursum ordinarie succedens, quando per ingestionem ciborum repletur, facile *recidivam* inducit.
14. Tertianæ, quæ Verno tempore oriuntur, mellioris generis sunt, quam quæ reliquis temporibus obtingunt.
15. Tumores œdematosi post tertianas tantum quidem, periculum non involvunt, quam qui quartanas excipiunt; nisi tamen

mature & conveniente methodo illis occurratur, hydrops tandem inducitur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis.

Hæc profus convenit cum illa, quam præcedente Tabula de febre quotidiana indicavimus.

B. Methodus specialis quoad exiguas saltem circumstantias variat.

1. Una vel altera hora ante paroxysmum exhibeantur Digestiva cum Absorbentibus maritata, e. g.

Recip. Nitr. Antimoniat. unc. semis.

Conch. præparat. & acido Tartari saturat, Drach. II. M.
dos. Scrup. I.

ita vomitus spontaneus plerumque subsequitur. *quia Ostræ hyperbureæ*

2. Sub paroxysmo potus sufficiens concedatur; modo non inebriativus, non fœulentus, neque actu frigidus, aut nimis haustus ingurgitatus. *vi. emetica*
Conf. Cantel.

3. Ubi æstus & sitis vehementius urgent, potus pro sanguineis leviter acidari, pro cholericis autem & melancholicis Nitro temperari potest.

4. Æstu mitescente sudor spontaneus promoveatur per moderatam dosin Essent. Alexiph. Stahlî, subjuncto placido regimine.

5. Die vacuo hæc Essent Alexipharm. & pulveres digestivo-absorbentes continentur, hac tamen discretione:

a) Si nimio major sit exæstuatio febrilis, crebrius, sed refracta magis dosi, propinanda est Essent. Alexipharm, ne motus in febrem lentam & hæcticam degenerent.

b) Si vero æstus minor sit, digestiva crebrius, quam Alexipharm. sunt exhibenda.

6. Eodem die vacuo lenes etiam laxationes conveniunt, absolutæ autem non sunt necessitatis, nisi febris languescere, & in longum tempus durare soleat: quo casu Pilulæ Beccheri, Stahlî, cum Extract. Panchymagogo Crollii pro re nata combinantur, laudantur. Item Decoctum aliquod ex Resolventibus & Laxantibus paratum; in quem finem conducunt: Rad. Cichor. Tarax. herb. Fumar. Card. benedict. Agrimon. rad. hellebori nigri, Rhabarbar. fol. Sennæ & similia.

7. Locum etiam habent Stomachico-carminativa, eodem die verus pastum propinanda, ad Tonum primarum viarum restau-

- randum, e. g. Essent. Gentian. rubr. Absinthii composita, Tinct. Martis aperitiv. Ludovici, item Essent. erad. Ari, herb. Absinth. Centaur. min. Mastich. Galang. Cort. Citri, Aurant.
8. Denique ubi hæc omnia sollicitè observata sunt, & motus febri- les nihilominus perseverant, ibi *positive sistentia* conceduntur. Præ aliis laudantur

a) *Crocus Martis* Antimoniæ. tenerior Stahlî 3-5. gran. pro dosi. Hic Crocus alvum non adeo adstringit, uti China Chinæ, & tamen æque præsentem efficaciam in sistentis motibus fe- brilibus exhibet.

b) *Pilula Wildegansii* 4-5. horas ante paroxysmum ad gran. 3-4. exhibendæ; hæc non simultanee, sed successive impetum pa- roxysmorum infringunt, & communiter sudorem excitant.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Febris tertiana duplex aliam non exposcit methodum, sed pecu- liarem saltem ad paroxysmos respectum & applicationem.
2. Quæ præcedente Tabula sub Cautelis dicta sunt, hoc loco re- petantur.
3. Subjecta febris tertianæ quo magis sunt valetudinaria, tenera, & sensibilia, eo magis leniore methodo tractanda sunt.
4. Absint in iisdem impetuosa *Evacuantia*, multo magis autem mo- tus febriles positive cohibentia; digerentibus potius per tem- pus aliquod insistatur, & lento demum gressu evacuantia in subsidium vocentur.
5. Habent quidem in Tertianis locum *Vomitoria*, ubi cibus dyspe- ptus, & malæ concoctionis, recenter febrem excitavit; stoli- dum autem est, Naturam adhuc magis per artem excitare, si jam spontaneam ad vomitum habeat inclinationem.
6. Extra has circumstantias Vomitorium exhibere vix unquam ne- cessarium est: materia enim morbifera, sufficienter præparata & mobilis facta, commodius sponte Natura rejicitur, sive per placidum Vomitum in ipsis paroxysmis, sive magis tacite per ordinarias alvinas excretiones.
7. Quod si tamen omnino in robustioribus, vel etiam segnioribus Vomitorium aliquod præscribere placeat, ad negotium eo ci- tius & facilius expediendum, sollicitè observetur, quod, se- cundum Hippocratem, non *cruda*, sed *concocta* movenda sint; fin

Ad hoc in hoc opus ingrediens in minibus.
Crocus Martis
Theriac. Ad. 3ij.
Absinth. 3ij.
Syr. cort. citri 3ij.
pro dosi. 3ij.
pro Robor. 3ij.

- fin fecus, gravia saltem vomendi conamina succedere solent, quæ vires prosternunt, debitos motus turbant, & ita univ-
sum negotium difficiliter reddunt.
8. Febres tertianæ, per Adstringentia suppressæ, uti non raro occur-
runt; ita certior illarum cura non obtinetur, quam per paroxys-
morum febrilium revocationem; quæ per Pilulas Beccheri, Stahlii,
vel alia moderata, & tamen efficacia, Laxantia comode obtinetur.
 9. Quam primum per lenia talia Laxantia febris revocata est, sym-
ptomata per suppressionem induceta, e. g. tensiones & pressio-
nes circa præcordia & hypochondria, lassitudo, fastidium, tu-
mores œdematosi &c. citius ordinarie mitescunt.
 10. Post felicem febris tertianæ decursum appetitus moderandus,
refrigerium, præcipue humidum, evitandum, & ad tonum
ventriculi restituendum, Tonico-stomachicis continuandum
est; subjuncto motu corporis moderato.
 11. Ubi autem hæc febris, minus feliciter decurrens, Tumores œde-
matosos relinquit, ibi Salia digestiva, lenia Tonico-Martialia,
Stomachica & blandissima Laxantia conveniunt; abstinendo
a Salibus volatilibus, acrioribus Alcalicis & Purgantibus for-
tioribus.
 12. Digestiva *Salina*, e. g. Tartar. Vitriol. Arcan. duplicat. Nitr. An-
timoniæ. longe hic præferenda sunt *Vegetabilibus*, e. g. rad. Ari-
Zedoar. Piperi, Zingiberi, &c. hæc enim signiora non solum
observantur, verum etiam per sal suum volatile, quod sub
acrimonia sua sovent, ætui febrili præjudicium aliquod afferunt.
 13. Quando autem febris lentescit, & ita minor ætuis præsto est,
vel subjectum phlegmaticum occupat, tum hæc vegetabilia &
alia *Amarâ* laudabilem operam præstant; in specie laudatur
Centaureum minus, & febre subacta, *Carduus benedictus*, qui
ad Tonum roborandum eximia virtute præditus est.
 14. *Extracta* horum amaricantium Decoctis & Infusis præferenda
sunt, præc. in subjectis sensibilibus, in quibus Infusa talia, co-
piose assumenda, per nimiam suam amaritiam facile æstum
hecticum inducere solent.
 15. Sal Digestivum *Sylvii* non commendatur, multo minus salia
volatilia urinosa.
 16. Cura per *Arsenicum* non decet viros sinceros.

17. Saburra ad primas vias congesta, aliis febribus concurrens, tertianarii typi complicationem haud raro adfert; quod tanto magis observandum, quo saepius tales febres anomalæ in nostris climatibus occurrunt. Faciunt hoc præcipue febres epidemica, paulo lentioris indolis, verno tempore obvenientes, vid. *Differentia*, item *Tabula de Febre Catarrhali maligna*.
18. Ex omnibus febribus *due* sunt, quarum causa materialis ob loca satis commoda immediatam *correctionem* paulo magis admittit: nempe febris Cholericæ & Tertiana; cavendum tamen ubique, ne intentione corrigendi Absorbentia nimis copiose ingerantur.
19. *Efflorescentia ulcerose* in externo oris ambitu non tantum Tertianis intermittentibus, minus benignis, sed & Tertianis continuis, & aliis acutis, cum magna anxietate cardialgica conjunctis, imo in Vermibus etiam sunt familiares. Hoc tamen loco mentio illarum fieri debuit, quia potissimum sub febre tertiana observantur.
20. *Vena sectionem* in febribus intermittentibus adhibere absolum est: facile enim typum intermittentem in continuum mutant.
21. Potum quando etiam sub *frigore* patientes efflagitant, ille tanto modestius, & magis tepidus porrigendus est.
22. Denique, ad Recidivam tertianæ febris præoccupandam, adhuc notandum, quod annuo recursum primæ viz per lenia Laxantia evacuari, & per Stomachica roborari possunt; subjuncto regimine dietetico exquisito.



TABULA LVI.

DE

FEBRE. QVARTANA.

I. DEFINITIO.

Febris quartana est species febrium intermittentium, quarto quo-
vis die cum frigore & succedente æstu patientem invadens: quo
labore febrili Principium vitale materiam aliquam noxiam, cir-
ca viscus aliquod hypochondriacum hærentem, corrigere, re-
move, & hac ratione visceris læsionem avertere intendit.

II. DIFFERENTIA.

1. Febris quartana est vel *simplex*, vel *continua*.
2. De simplice hac Tabula, de continua autem infra agitur.

III. SIGNA.

1. Quartana legitima præ aliis intermittentibus Typum suum exa-
ctissime servat: vix enim alio tempore, quam post meridiem,
circa horam quartam vel quintam invadit.
2. *Frigus*, quod format, ad horrorem quidem & artuum succuffatio-
nem non accedit, est tamen satis sensibile, & ad duas circiter
horas extenditur.
3. Præcedit & concurrat *Langor* corporis & animi.
4. *Vomitum* non facile exoritur, nisi febris a manifesta ciborum in-
congruorum ingestione initium sumserit.
5. Neque Diarrhææ ordinariæ eveniunt, notabiliter potius alvus
non solum die febrili, verum etiam reliquis vacuis, constricta
observatur.
6. *Calor*, qui frigori lento gressu succedit, non tam vehementia;
quam odiosa siccitate, imo mordaci ariditate, patienti mole-
stus est: unde etiam vix unquam sudor succedere solet.
7. *Æstus* hic ad quatuor vel sex horas, raro diutius sese extendit,
nisi forte primo & secundo paroxysmo.
8. Durante ita calore vertiginosa capitis perturbatio cum dolore
obtusio, non exquisite lancinatorio, affigit.
9. Superato paroxysmo redit quidem patiens ad mediocrem ortho-
stadium, & succedentibus vacuis diebus in eodem statu per-

qdo unq die
vacuis, dno
febrile r

severat; manet autem aliquod animi fastidium & sensus profundus contusionis & contractionis, quem dolorem Mediei vocant *Osteocoron*.

10. Quarto quovis die recurrit paroxysmus, & quidem statis precise horis, raro postponendo, rarius anticipando; quam primum enim anticipat, iusta statim *continuitatis* suspicio fovenda est.

IV. SUBJECTA.

1. Quartana familiarius occupat ætatem consistentem, & prævestiorem.
2. Quando autem ab Auctoribus, e. g. Sydenhamo & Sennerto, traditur, quod infantilis etiam ætas hac febre occupetur, hoc epidemicæ indoli tribuendum est.
3. Temperamentum melancholicum præ omnibus reliquis huic morbo succumbit.
4. Inprimis tales personæ eandem incurrunt, quæ sub vitæ genere otioso, sedentario & speculabundo, frequentes animi mœores & sollicitudines experiuntur.

V. CAUSÆ.

1. Causa *materialis* hujus febris est materia viscida, tenax, plerumque in visceribus hypochondriacis, cum *Vena Porta* connexionem habentibus, stabulans, e. g. in Hepate, Liene, glandulis mesaraicis: rarius in primis viis.
2. Causam circa viscera hypochondriaca hære, satis confirmat nexus reciprocus, quem hæc febris cum Ictero, Cachexia, Tumoribus œdematosis & asciticis fovet: modo enim quartana his, modo hæc quartanæ succedunt: modo complicantur. *Conf. Prognosis num. 9.*
3. Causa *formalis* est Principium vitale, quod moribus talibus lentis lentescentem stagnantem materiam resolvere intendit, ad obstructions, Scirrhus & salino-acres corruptiones in dictis visceribus præcavendas.
4. Causæ occasionales & procatartice sunt
 - a) Febris tertiana vel quotidiana male curata.
 - b) Obstructions evacuationum sanguinearum consuetarum; e. g. mensium, hæmorrhoidum,
 - c) Diæta cruda cum potu parciore,

d) Re-

- d) Refrigeratio abdominis, præcipue post prandium, aëre humido existente.
- e) Tempus autumnale; unde quartanae dicuntur febres autumnales.
- f) Vitæ genus sedentarium, otiosum, speculabundum, præcipue cum mobili permutatum.
- g) Abusus acidorum, spissitudinem humorum inducens.
- h) Abusus spirituosorum, qui orgasmicam sanguinis commotionem causatur, et hanc caliditate coagulanti.

VI. PROGNOISIS.

1. Motus & decursus hujus febris plane respondet quantitati & qualitati materię peccantis, quæ exiguæ quidem molis, difficillimæ tamen, ob tenacitatem, resolutionis.
2. Hinc quartanae communiter ad plures septimanas, imo menses sese extendunt, & ita sæpius contumaces reperiuntur, ut diu pro scandalo Medicorum habitæ sint.
3. Concurrente autem Methodo conveniente, & patientis patientia, hæc febris, licet sibi relicta pertinax sit, & non facile sponte sua ad tranquillitatem redeat, feliciter tamen profligatur.
4. Imo in junioribus, labori alias adsuetis, intra duas interdum septimanas solvitur.
5. Si autumnino invadat, non raro ad vernale tempus sese extendere observatur, bis die Bäume ausschlagen. Vernalis autem quartana brevioris est periodi.
6. Quartana post annum decursum facile recidivat; imo si magis suppressa, quam legitima methodo superata fuerit, tam longam periodum non exspectat, sed brevi sæpius iterum recrudescit, cui rei facile ansam præbet repletio ingentis appetitus, post suppressionem per Chinam China excitati.
7. Ad nullam excretionem notabilem hæc febris ordinarie inclinât, uti sub signis jam indicatum est.
8. Quando autem per Vomitoria, Purgantia fortiora, Sudorifera, Salia volatilia urtiosa, Adstringentia, Venæ sectionem, tractatur, facile in typum acutum, vel malum chronicoteron, lentam, hæcticam, transmigrat.
9. Quartana legitime superata solvit prægressos hypochondriacos affectus; incongrue autem suppressa, Scirrhotitas Hepatis, Lienis,

Lienis, Glandularum Mesaraicarum, Tumores œdematosi, hydrops, hæctica, asthma siccum, tussis sicca, iæterus, præcipue niger, succedunt.

10. Tumores œdematosi, qui post quartanam sequuntur, longe contumaciores sunt illis, qui durante adhuc febre obveniunt.
Conf. Cautela.
11. Quæ de appetitu fortiore, seu potius voracitate, ante vel post paroxysmum urgente, præcedente Tabula diximus, valent etiam de febre quartana: nempe portendit talis voracitas febris ut plurimum diuturnitatem.
12. *Scabies*, quæ interdum febri quartanæ supervenire solet, felicem febris decursum promittit: materia enim, ad peripheriam translata, in scabiem fœtidam terminatur, & sic vere consumitur; quando autem ad pedes dejicitur, tumores duriores, & non raro pessimi moris ulcerationes, format.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis.

1. Collectio & infarctus materiz tenacis & mucosæ circa viscera hypochondriaca hærens, incidendus & resolvendus est. Faciunt hoc
 - a) *Salva digestiva*, e. g. Arcan. duplicat. Tartar. Vitriolat. Nitr. Antimoniat. Item: Sal Absinth. Centaur. min. Card. benedict. Tartar. tartarifat. Terra foliata Tartari.
 - b) *Gummata temperata*: Ammoniac. Sagapen. Sarcocoll. (Myrrha iusto zstuosior est.)
 - c) *Radices incidentes*, e. g. rad. Ari, Gentian. rubr. Pimpinell. alb. Vincetox.
 - d) *Herba resolventes amaræ*, e. g. Fumar. Epithym. Capill. Vener. præcipue Centaur. min. item Absinth. Adianth. alb. Marrub.
 - e) *Diluentia*, inprimis etiam ob alvum adstrictam, & spissitudinem sanguinis.
2. Materia hac ratione resoluta, correctæ & præparata, per alvum & urinam evacuanda est. Præstant hoc
 - a) *Laxantia*, præcipue Melanagoga, cum *Epicrasi* ordinata, conjunctis nempe modo commendatis resolventibus radicibus & herbis, quæ vim diureticam exhibent.

b) Vel

- b) Vel Pilulz e Gummi Ammoniaco, Extractis amaris, Aloë, Extract. hellebor. niger. Mercur. dulc. & Resin. Scammon.
- c) Item Pilulz Tartarez Quercetani, vel Sylvii.
- d) Prz omnibus Pilulz Stahlit vel Beccheri.
3. *Tonus viscerum est restaurandus*; cui scopo inserviunt Stomachica, Tonica, Nervina, przcipue Essent. rad. Gentian. rubr. Centaur. min. Card. benedict. Absinthii composita, Tinct. Mart. aperitiv. Ludovici.
4. *Mans denique, si revera in consuetudinem degenerati observentur, sistendi sunt. Præstant hoc*
- a) Electuar. Cort. Chinz Chinz 3-4 horas ante paroxysmum exhibitum.
- b) Crocus Martis Antimoniatus tenerior Stahlit, dicto tempore ad gran. 4-5. propinatus: non præsentem, sed successive motus sistit, & hinc cortice Peruviano securior est.
- c) Crocus Martis Cachecticus Zwelferi.
- d) Nonnunquam Amuletica efficaciam præstant, e. g. appensio aranearum, Emplastra *Epicarpia* per Helmontium & Knæpfelium commendata.

B. Methodus specialis.

1. Una vel altera hora ante paroxysmum propinetur Scrup. I.
Salis alicujus digestivi, przcipue Tartar. Vitriol. legitime parat, omisso, vel parca dosi adjecto, absorbente, ne materia magis adhuc lentescens reddatur.
2. Durante æstu tranquilla continentia fervetur, & sufficiens, tepidus, dilutus potus patienti porrigatur.
3. *Primo die vacuo*
- a) *Mane* Essent. Alexipharm. cum Essentia quadam Stomachica remixta, exhibeatur, e. g.
Recip. Essent. Pimpinell. alb.
Scordii ana Drach. II.
Gentianz rubrz Unc. semis. M. Dos. XXX.
- b) Versus prandium reperatur. (gutt.)
- c) Post meridiem salia digestiva aliquoties exhibeantur.
4. *Altero die vacuo*
- a) *Mane* Pilulz Beccheri, Stahlit, vel alia lenia Laxantia, cum Aperitivis & Stomachicis maritata, forma L. fusi propinentur.

tur, e. g. Recip. Rad. Ari, Gentian. tubr. Pimp. alb. Vin-
getox. ana Unc. Semis. herb. Centaur. min. Absinth Fumar.
ana Manip. Semis. Fol. Sennz Drach. VI. Rhabarb. elect.
Unc. semis. Fibr. helleb. nigr. Drach. II. Tart. Vitriolat. Unc.
semis. incif. contuf. fiant species, cum libr. I. aquz ferventis
bulliant, & remotis ab igne addantur vini libr. II. dof. vitr. I.

- b) Circa vesperam pulveres Digestivi bis exhibeantur.
5. Ubi Tumores œdematosi, vel plane hydropici cum quartana jam complicati sunt, ibi Pilulz Stahlianz vel Beccherianz singulis vacuis diebus propinari possunt.
6. Die febrili ante meridiem Essent. Alexipharmaca, versus autem & post meridiem usque ad novum insultum digestiva exhibeantur.
7. Hac Methodus per aliquot septimanas continuetur, & si tum febris cedere recuset, & motus illi, remota materia, in habitum obfirmati appareant, patientes autem diebus intercalariis ad plenariam Euphoriam, & ad legitimum usum rerum *non naturalium* pervenisse videantur, tum positive *sistentia* conceduntur: quo casu Crocus Martis Antimoniatus tenerior, tempore superius indicato exhibitus, satis efficax apprehenditur.

VIII. CAUSÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.


1. Quartana uti in se lento progressu & motu leniore gaudet; ita commotiones artis impetuosiores ægerrime tolerat.
2. Hinc *Emetica* & *Cathartica* drastica, item *Alexipharmaca* sub paroxysmis, præsertim cum regimine sudorifero data, graviora damna inducunt, & totum febris genium turbant.
3. In specie in plethoricis sudorifera talia vertiginosam capitis perturbationem, & alvi adstrictionem pertinaciorē causant: unde febris exasperatur, & patiens facile in lentam ahecticam febrem conjicitur.
4. Idem de *Vena sectione* judicandum est: nocent, quidquid dicant Antiqui, præcipue Arabes.
5. *Absorbentia*, sive solitarie sive cum aliis affatim ingesta, lentorem materiz febrilis augent, ita ut facile typum quartanz in lentum vel sub-continuum transmutent.
6. *Olea. volatilia aromatica*, quæ ab aliquibus commendantur, caute sunt adhibenda; in phlegmaticis quidem robustioribus, & minus

minus raræ texturæ, oleum Piperis aliquid præstat, in aliis autem Subjectis Hæctica facile inducitur.

7. Tensiones & pressionēs in sinistro hypochondrio, quando concurrunt, adhibeatur methodus, quæ Tabula de infarctu Lienis commendata est, in specie Essent. Adianthi albi cum Tinct. Martis Ludovici remixta, & versus partum exhibitæ, egregie conducit.
8. Externe in tali casu, uti & in doloribus præcordiorum, Emplastrum saponatum Barbette, largiter camphoratum, locum habet.
9. Vix dicendum est, quam salutariter se commendent Pilulæ Bacheri genuinæ in Tumoribus huic feбри supervenientibus: præstant enim exempla, ubi febris quartana, cum tumore per universum corpus non mediocriter stipata, intra tres septimanas solis hæc Pilulis & pulveribus Digestivis feliciter sublata est.
10. Quod ad dietam attinet, abstrahatur a cibis crudioribus, præcipue si voracitas accedat; e contra adhibeantur lentorem humorum corrigentia, e. g. Embammata e succo cochlear, Sinap. Raphan. marin. Nasturt. &c.
11. *Nux Vomica* penetrantissima amaritæ gaudens ad tenaces collectiones & infarctus, Auctore Ludovici, commendatur.
12. Conferantur etiam Cautelæ, quæ præcedente Tabula indicatæ sunt.

℞: ʒi ʒij
 to cont: ʒij
 ʒij: ʒij
 Sulph: ʒij
 ʒij

ʒij
 ʒij



TABVLA LVII.
DE
FEBRE LENTA.

I. DEFINITIO.

Febris lenta est auctior motus sanguinis, quo Principium vitale in partem quendam vel stasim, circa viscus aliquod vitale hærentem, discutere & imminentem huic visceri læsionem avertere intendit.

II. DIFFERENTIA.

Febris *lenta* differt a febre *hæctica*

1. Ratione *originis*, nam

- a) Febres *lente* degenerant e febribus diariis, Synochis aut quotidianis continuis, mala methodo tractatis; item e febribus intermittentibus, sed valde æstuosis, duplicatis, per adstringentia suppressis.
- b) Febris autem *hæctica* excipit Vomicas, Empyemata, & inflammationes Viscerum apostematodes.

2. Ratione *Causæ continentis*.

- a) In *lenta* febre nondum præsto est actualis visceris læsio, sed dispositio saltem ad illam proxime inferendam.
- b) In febre autem *hæctica* semper adest vel Scirrhus contumax, vel apostema, vel ulcus sive simplex, sive fistulosum.

3. Ratione *symptomatum*.

- a) In *lenta* omnia symptomata sunt mitiora, in *hæctica* febre acerbiora.
- b) *Lenta* nunquam tanta vehementia occurrit, ut patientem lecto diu adfixum detineat, sed in dies mitior succedere solet: in *hæctica* autem contrarium observatur.
- c) *Lenta*, (excepta illa, quæ Adstringentibus successit) prona est ad largissimas sudationes: *hæctica* autem, nisi fere consummata sit, aut sub incongruis artificiiis erret, arido tantum & mordaci calore manifesta est.
- d) *Lenta* tenuia saltem habet excrementa, cum paucio muco conspicua: *hæctica* autem consummata diarrhœis, exitum accelerantibus, sese manifestat.

4. Ra-

4. Ratione *exiit*.

- a) *Lenta* in aliud schema facile transit, nempe vel in febrem illam, e qua originem sumit, vel in hecticam ipsam; *hectica* autem nullum agnoscit μετασχηματισμόν.
- b) *Lenta* redit vel sponte sua ad tranquillitatem, & sæpius salutariter exit; hectica autem vix unquam.

III. *SIGNA*.

1. Calor præternaturalis, non admodum quidem sensibilis, ægro tamen satis molestus.
2. Siticulositas cum oris siccitate.
3. Appetitus valde dejectus, cum virium prostratione.
4. Color pallidus cum genarum rubore, aut pallido circuitu concluso.
5. Subfidentia corporis & extenuatio.
6. Sudor largior, in primis sub somno.
7. Urina post emissionem rutila, crassa, turbascens, sedimentum accipit roseum, liquore claro superstante.

IV. *SUBJECTA*.

1. Homines plethorici, qui in Ephemera, vel Synocha, per calidiora tractantur.
2. Qui febre aliqua continua aut composita, vel intermittente valde æstuosa, laborarunt, & vel per impatientiam, vel incongrua media diaphoresin suppresserunt.
3. Qui gravioribus hæmorrhagiis exhausti sunt.

V. *CAUSÆ*.

1. *Causa materialis* continens & *proxima* est infarctus alicujus visceris vitalis, vel stasis circa illud collecta.
2. *Causa formalis* seu *efficiens* hujus febris est Principium vitale, quod per motum talem auctiorem materiam talem impactam resolvere, & hac ratione imminentem læsionem præoccupare intendit.
3. *Causas antecedentes & occasionales* sub Differentia & Subjectis jam indicavimus.

VI. *PROGNOSIS*.

1. Febris lenta, ex intermittente legitima, seu composita, recens nara, si in intermittentem, cum primis simplicem, iterum transeat, minus periculosa est.

2. Quæ autem in lento typo diu continuat, vel in statum transit acutum, periculosior reperitur.
3. Transitus autem in hæticam maxime anceps est, quando scilicet appetitus redire videtur, reliqua tamen symptomata persistunt; præcipue autem, si tussis sicca & respiratio laboriosa urgeat; vel in unum aut alterum latus fiat decubitus, & sensibilis gravitas in hypochondrio dextro persistiscatur.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis.

1. Stagnatio seu stasis circa viscus aliquod vitale collecta, est discutienda. Faciunt hoc
 - a) vegetabilia resolutiva, nempe
 - 1) radices Helen, Pimpinell. alb. Vincetox. & reliquæ Alexipharmacæ temperatæ.
 - 2) Herba bellid. min. heder. terrestr. Chærefol. Urtic. tempore maxime verno in substantia aut succo propinatæ.
 - b) Salina colluquantia, e. g. Tartar. Vitriolat. Arcan. duplicat. Nitr. Antimoniat. Solut. Conch. *facio Fri*
2. Saburra viscida, a febre intermittente relicta, est incidenda; quod præstant
 - a) Penetrantiora amara, nempe Extract. Centaur. min. Card. bened. Absinth. Fumar.
 - b) Gummi-resinz, e. g. Gummi Ammoniacum, Hederæ, Galbanum &c.
3. Tonus primarum viarum & Viscerum est restituendus. Laudantur in hunc finem
 - a) Martialia leniora, e. g. Tinct. Martis aperitiva Ludovici.
 - b) Stomachica carminativa: rad. Ari, Zedoar. Galang. Cichor. Caryophyllat. herb. Absinth. Centaur. min. Card. benedict. Tanacet. quæ etiam dejectioni appetitus subveniunt.
4. Vires sunt reficiendæ per Analeptica ex Emulsivis, Vino exotico, medice sumto, pane Saccharino amygdalato, vulgo Macronen / fructibus horæis conditis, cibus eupeptis.
5. Sudores colluquativi modeste sunt refrenandi; quod Gemmata, legitime usurpata præstant, e. g. Species de Hyacintho, Coralata cum Nitro, item M, P, de Cynoglossa,

B, Methodus specialis.

Hæc variat secundum causas, e quibus febris lenta originem sumit.

1. Quando ex acuta quadam periodo febris lenta exorta est, tum ad visceris infarctum discutiendum sequentia adhibeantur.

a) Ante meridiem Essentia Alexipharm. Stahlî aliquoties ad gutt. 25-30. sed sine regimine, propinetur.

b) Post meridiem pulvis absorbens Salino-digestivus bis propinetur; cui alternis diebus, pro æstus moderatione, Nitrum admisceatur, e. g.

Recip. Tartar. Vitriolat.

Antimon. diaphoret.

Ocul. Cancr. acido citri saturat, ana Unc. Semis,
M. dof, Scrup. I.

vel; Recip. Arcan. duplicat.

Nitr. depurat. ana Drach. III.

Antimon. diaphoret.

Solut. Conch. ana Drach. II. M.

c) His interponantur subinde lenissima laxantia, e. g. Pilulæ Beccheri vel Stahlîanz.

2. Si febris lenta ex intermittente quadam ortum sumserit, felicius curari non potest, quam per intermittentis revocationem; cui scopi inserviunt

a) Pilulæ Beccheri vel Stahlî.

b) Spiritus Salis Armoniaci, si Ettmullero fides habenda.

c) Sequens formula, quæ etiam in lenta ex acuta quadam degenerata, usu esse potest.

Recip. Rad. Vincetox.

Enul.

Pimpinell. alb. ana Drach. II.

herb. Fumar.

Capill. Vener.

Cuscut.

Summitat. Centaur. min. ana Manip. Semis,

Flor. Schœnanth.

Stœchad. Arab. ana pug. III.

Cort. Aurant. Unc. Semis.

Fol. Sennæ Unc. I.

Fibr.

Fibr. hellebor. nigr.

Rhabarb. Orich. ana Drach. II.

incis. Contus. fiant. Species pro nodulo cum Vino affuso extrahendz.

3. Revocata febris intermittens tractatur deinde, uti præcedentibus Tabulis indicatum est.

4. Ubi autem lenta gravioribus hæmorrhagiis successit, ibi methodus Analeptica & humectans requiritur, e. g.

a) Decocta gelatinosa C. C. cum rad. Cichor.

b) Veterum quinque radices aperitivæ, cum sero lactis coctæ.

c) Externe balnea ex aqua dulci parata, & pro tolerantia ægrorum gradatim usurpata.

5. Tonum roborantia nonnunquam interponantur, e. g. Tinct. Martis aperitiva Ludovici, quæ etiam prostratum appetitum revocat.

6. Sudoribus colliquativis moderate opponantur Absorbentia, Collata & Gemmata, e. g.

Recip. Matr. Perlar. Drach. I.

Nitr. depurat. Drach. Semis.

Spec. de Hyacinth. gran. XV.

M. P. de Cynogloss. gran. III. M. divid. in 5. part. æqual.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Vene sectio* in febre lenta nullius quidem ordinarie usus est; in lenta tamen hysterica, cum mensium vitii complicata, item si in plethoricis lenta Ephemeræ successerit, prudenter instituta, levamen adferre solet.

2. Nec *Emetica* profunt; excepto illo casu, ubi lenta in robustis biliosam anxiam cardiacam producit.

3. Vitandæ quoque sunt *sudationes & purgationes*, quibus lenta facile in febrem continuam, præcipue viscerum inflammatoriam, præcipitatur.

4. *Sudores* tamen *spontanei* non statim supprimendi, alias debilitas augetur, sed, declinante morbo, lenioribus remediis, submethodo speciali commendatis, moderandi sunt.

5. *Calidorum & Adstringentium* abusus transitum hujus febris in hæticam promovet; a *Refrigerantibus* autem tumores œdematosi subnascuntur.

6. *Salia Volatilia* non minoris sunt periculi.
 7. Febres lentæ e febribus Ephemeris pullulantes, non ita raræ sunt, licet ab auctoribus non ad dignitatem observentur.
 8. Lentæ lentam exposcunt curam: hinc Medicamentis per 14. circiter dies continuandum est.

n.



TABULA LVIII.

DE

FEBRE HECTICA.

I. DEFINITIO.

Febris Hectica est auctior motus sanguinis, perpetuæ absterfioni labis alicujus ulcerosæ, in viscere quodam vitali, a Natura destinatus. Derivatur ab ætate, habitus, *quam febris hæciliis*

II. DIFFERENTIA.

Hectica differt

1. ratione graduum.

a) *Mitior gradus* vix sensibilem exhibet molestiam, & solo titulo debilioris constitutionis subinde tegitur. Germani dicunt: *fränckliche / hinsällige Personen / die nichts vertragen können; & quoniam sub hac constitutione per decem & plures annos Hectici viveré possunt, non immerito a quibusdam Hectica Chronica vocatur.*

b) *Elatior gradus* omnia quidem Signa, quæ inferius indicata sunt, in tali vigore exhibet, ut patientes manifeste ægri intelligantur, maximam tamen partem extra lectum vivere possint. Germani expriment: *Der Patient gehet herum / wil sich nicht gerne ergeben / sondern hält sich mit aller Wacht in der Höhe.* Hoc gradu eminent pallor faciei, flaccida imo tabida extenuatio, appetitus & digestionis vitia, ac excretionum detrimenta. In tali statu per aliquot adhuc an-

nos zger subsistere potest, & talis Hectica κατ' ἐξοχήν habitualem nomine venit.

- c) *Ultimus gradus* magnam exacerbationem symptomatum involvit, in lectum patientes conjicit, & febriles commotiones cum siti, siccitate oris, agrypnia, anorexia, debilitate & consumptione corporis, ac universali languore, ita auget, ut diu in hoc statu durare non possint.
2. *Ratione visceris lesi*; quæ quidem diagnosis difficilis est, nisi sensatio, & morbi progressi aliquid designent: ita
- a) *pulmonum* exulceratio dignoscitur, si prædicta morbi signa cadant in subjecta, quæ sensibilia sunt ab aëre, acidis, motu corporis, succedente languore, conjunctis lividis oculis, volaticis ardoribus, cum rubore genarum, item quando tussis augetur post profundam aëris inspirationem.
Conf. Tab. de Phthisi.
- b) *Hepatis vitium* indicatur per tussim siccam, colorem faciei lividum, hypochondrii dextri tensionem.
- c) *Lienis* ulcerosa corruptio dijudicatur ex anxietatibus hypochondriacis conjunctis,
- d) *Renum læsio* dignoscitur e progressa Nephritide, item e magna quantitate tenacissimi in urina mucii, anguillarum mucii tenacitate vix cedentis.
3. *Hectica febris*, quomodo differat a *lenta*, præcedente Tabula fusius explicavimus.

III. SIGNA.

1. *Diurnitas typi.*
2. *Calor perpetuus aridus*, qui præsertim post pastum in manibus prævalet.
3. *Pulsus* debilis, & parvus, frequens tamen & celer.
4. *Urina* crassa, Aurantii coloris, sedimenti rosei, cum cuticula nitida, pingui & odore graveolente.
5. *Appetitus* languidus & electivus, ad frigida magis tendens.
6. *Siticulostas* continua cum oris siccitate & saliva spumida, aut plane glutinosa.
7. *Somnus* vel nullus vel inconstans: delassans magis quam reficiens.
8. *Extenuatio* corporis successiva,

9. *Virtus* facilis consumptio.
10. *Animi* fastidium & languor.
11. *Sensus* alicujus ponderis in alterutro hypochondrio.
12. *Sensibilitas* specialis & exacerbatio circa tempestatum mutationes, præsertim vero anni conversiones æquinoctiales & solstitiales.
13. *Caput* vertiginosum, & quasi temulentum, ubi elevare sese volunt patientes.
14. *Sudores* in malo profectione succedunt colliquativi, cum viri-um summa prostratione.
15. *Diarrhææ* tandem sub facie Hippocratica hanc scenam claudunt.
16. *Tussis* formaliter ad Hecticam non pertinet, sed potius *effectus* est causæ alicujus cum Hectica conjunctæ,

IV. *SUBJECTA.*

Hecticæ potissimum obnoxii sunt homines

1. Sicciores, teneri, diætæ calidæ, vinosæ, aromaticæ, animi pathematibus addicti.
2. Qui nimis laboribus, curis, vigiliis, Venere, inedia diuturna, fortioribus purgantibus, vires consumserunt.
3. In primis vero, qui evacuationes sanguinis consuetas vel intermiserunt, vel inconditis medicationibus supprefferunt.
4. Vel qui hæmorrhagiis nimis exhausti sunt, in quibus deinde viscera justo arctius constringuntur.
5. Maxime vero, qui in febribus sive intermittentibus, sive acutis, præpostere sunt tractati.

V. *CAUSÆ.*

1. *Causa materialis* proxima Hecticæ est læsio visceris alicujus vitalis, sive sit Ulcus, sive Apostema, sive contumax scirrhus
Conf. Differentia.
2. *Causa formalis* est Principium vitale, quod per motus tales febriles labem illam ulcerosam perpetuo abstergere, & hac ratione præcipitem visceris corruptionem, a corrumpente illa materia expectandam, avertere intendit.
3. *Causas antecedentes & occasionales* in descriptione Subjectorum iam indicavimus.

VI. *PROGNOSIS.*

1. Veram & confirmatam Hecticam curare velle, frustraneum est:

- læfio enim visceris ulcerofa, cui perpetuo abftergendæ febris Hæctica opponitur, in integrum reftitui non poteft; quod contra vanas pollicitationes probe obfervandum.
2. Methodo autem providæ symptomata mitigare, prævalefcentem colliquatoriam efficaciam temperare, & fatalem exitum quodammodo differre, univerfum eft, quod a Medico hic poteft defiderari.
 3. Illa inprimis Hæctica, quæ Dyfenteriz vel aliis acutis fupervenit, mali ominis cenfenda eft; non minus etiam illa, quæ hæmorrhagias fequitur.
 4. In Junioribus febris hæc citius depafcit, quam in adultis: hinc anni periculofiores funt a decimo octavo ad tricefimum quintum. Qui poftea Hæctici funt, chronice plerumque hoc morbo laborant. Conf. Hippocrat. Aphorif. IX. Sect. V.
 5. Temporum mutationes Hæcticis funt periculofæ, e. g. Solstitia, æquinoctia, inprimis autumnale; item anni *Climacterici*.
 6. Hinc Hæctici, qui circa æquinoctium vernale ab hoc morbo in lætium conjiciuntur, circa æquinoctium autumnale fæpius intereunt; & qui folstitiali tempore in Hæcticam incidunt, cum altero folstitio communiter moriuntur.
 7. Hæctici fi, consummatis jam viribus, fanguinem hæmorrhoidalem dejiciant, conclamatum eft; quando autem hæmorrhagia talis fub initium Hæcticæ contingit, tum ftates nuper factæ per eandem diffolvuntur.
 8. Ulcîma hujus morbi tragœdia exit in debilitates motus Tonici, tam interne, quam externe.
 - a) *Interne* per diarrhœam non folum spontaneam, fed etiam cum magno conatu obtingere folitam. Conf. Hippocrat. Aphorif. XII. Sect. V.
 - b) *Externe* per magnam laffitudinem, defluvium capillorum, fponaneum fudorem, qui, poris externi ambitus laxatis, paffive quafi elabitur lymphatico-glutinofus.
- VII. *METHODUS MEDENDI & REMEDIA,*
- A. *Methodus generalis.*
1. Vifcofitates, in primis viis collectæ, per Salia media, e. g. Tartar. Vitriolat. Arcan. duplicat. funt incidendæ, & alvus per Rhabarb. Mann. pafful. Mercur. dulc. Clyfteres leniter eft folvenda,
 2. Acrid.

2. Acrimonia materiz ulcerofæ est obtundenda, diluenda, contemperanda & abstergenda; cui scopo inferviunt

a) *Absorbentia* marina cum acido Citri saturata: Conchæ, Mater Perlarum, Oculi Cancræ, imo etiam Corallia, &, sano usu, Osteocollo.

b) *E radicibus* præcipue Pimpinell. alb. & Vincetox. moderate abstergunt ac discutunt.

c) Decocta gelatinosa & alia diluentia, e. g. Decoctum C. C. cum radice Cichorii, Pifanzæ cum herba bellidis, Serum lactis cum bellide vel radice Cichorii.

3. Nimia humorum per ulcerata loca commotio est avertenda; quod per Venæ sectiones æquinoctiales, extra tempus exacerbationis in pedibus institutas, obtinetur.

4. Tonus post aliqualem orthostadium est roborandus; in quem finem laudantur

a) *Mixtura* Tonico-Nervina Stahlî, e sale quodam volatili & Tinctura Alcalica parata, e. g. Spirit. C. C. & Tinct. Antimonii ana remixt.

b) *Corallia* cum Antimonio diaphoretico.

c) *Traumatica* lenia, & quidem in vitio *Hepatis*: hederæ terrestris, *Scord.* in *Hectica* *Lientis*: virga aurea, Hypericon, Pyrola, *Sanicula*, *Agriomon*

5. Symptomata sunt mitiganda.

a) *Diarrhæas* & *sudores* moderantur *Absorbentia*, *Corallata*, & *Gemmata*.

b) *Tussim* refrenat *Mass. Pilular. de Cynoglossa*, *pectoralem* specificè sedat *Extractum Tabaci*, legitime præparatum. *est* *cost. la. Scord.*

c) *Æstum* febrilem temperant *Emulsiones amygdalatz*, *Saccharatz*, *Succus Citri*, *Clyffus Antimonii*, *Decoctum avenaceum* pro potu fumendum, & denique *Nitrum* cum circumspèctione usurparum, *vid. Cautela.*

d) *Tabi* succurrit *Dizta nutriens* e potu emulsivo, cibis gelatinosis, *gelatina C. C. Lacticiniis*, *Ptisanis* cum *Tragacanth.*

B. *Methodus specialis.*

1. *Tempore exacerbationis.*

a) Mane exhibeatur moderata dosis *Essentiz Alexipharmacæ*, de *Essentia Pimpinellæ* & *Scordii* plurimum continentis.

b) Post meridiem aliquoties propinetur pulvis quidam abstergens,

gens, præcipitans & Diureticus, e. g.

Recip. Tartar. Vitriolat.

Conch. acido Citri vel Tartari saturat. ana Drach. II,
M. dof. Scrup. I.

c) vel loco pulveris detur potio aliqua temperans, e. g.

Recip. Aq. plantaginis

Scabiosæ

Ceraforum nigrorum ana Unc. I.

Cinnamomi fine Vino, Drach. II,

Ocul. Cancr. præparat.

Antimon. diaphoret. ana Drach. Semis.

M. f. potio, cum Saccharo perlato¹ edulcoranda, &
singulis ternis horis Cochlear. I. propinanda.

d) Sub horum usu alvus expedita servetur, potus sufficiens, temperatus, & parvis haustibus sumendus, injungatur, corpusque, ubi fieri potest, modeste moveatur, a solis tamen calore patiens defendatur.

2. Tempore remissionis.

a) Venæ sectio in pede circa æquinoctia instituat, nec unquam facile prætermittatur.

b) In junioribus loco Venæ sectionis temperantia substituantur, e. g. pulvis quidam e Nitro, Tartaro vitriolato, Matre perlarum, Coralliis rubris, vel potio temperans, superius descripta.

c) Ad robur viscerum bis per diem subinde propinetur Tinctura Tonico-Nervina Stahlî, vel potio aliqua ejusdem efficaciz, e. g. Recip. Aq. Rosarum,

Cichorii, ana Unc. II.

Extract. Cascarillæ Scrup. II.

Corall. præparat. a 2. 5j.

Antimon. diaphoret. ana Drach. Semis.

Syrup. bellid. Unc. Semis. Misc. dof.

Cochl. I. mane & vesperi propinanda.

d) His in spem conservativam atque consolidantem interponatur Mixtura balsamica ex Essent. Succini & Scordii ana remixta.

e) In dixta a crudis, salis, calidis, aromaticis abstineatur, Condu-

ducunt autem Emulfiones, jura pullorum, potus tenuis, & ubi vires adhuc constant; præprimis in hectica habitu-ali, locum habere potest cura lactis.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Cum febris hecticæ scopus versetur circa perpetuam lenem absterforiam discussionem, deinde etiam circa evacuationem moderatam apospasmatum talium ulcerosorum; quam maxime hinc cavendum est ab omnibus æstuosis, balsamicis, calidis, sanguinem turgescentibus.
2. Hinc nec ad lenitivam laxationem usurpare convenit acria resinosa, præcipue Aloëa, utpote sanguinem insigniter commoventem.
3. Idem sentiendum est de *balsamicis* acrioribus, quæ in spem consolidationis vulgo exhibentur.
4. Absorbentium *terrorum* nimius usus nocet, nedum inepte præparatorum, e. g. C. C. philosoph. ppt. Lactis Lunæ.
5. Magno ægrorum damno offeruntur absorbendi scopo *bolaria*, uti & *Martialia*, quæ manifesta sua adstrictione absterfionem impediunt, infarctum obstipant, & anxietates augent.
6. Idem detrimentum inferunt alia *Adstringentia* & vegetabilia *Traumatica*, quæ vulgo propinari solent in confusione Hecticæ abdominis cum pectorali seu Phthisi, licet & huic, præcipue anti-quæ, certe noceant.
7. Similis efficaciz sunt *salia volatilia* copiose & intempestive propinata, quorum alias moderatus & subordinatus usus non rejicitur.
8. Famosum est *Antihæcticum Poteris*, sed nullius boni effectus: est enim calx adstrictoria, e qua vix drastica corrosiva quidquam solvunt, nedum ut in corpore humano operæ pretium faciat.
9. Ejusdem surfuris est *Tinctura Antiphthifica Grammanni*, de qua sub Cautelis Tabulæ de Phthisi plura diximus.
10. *Expectorantia* saburram humorum ad pectus inclinant, & hoc ipso statibus & corruptioni incrementum adferunt. *Vid. Tab. de Phthisi.*
11. *Absorbentia* marina per *acidum Tartari* vel Citri saturata, majorem habent efficaciam absterfivo-diureticam, & præcipitant simul acriores partes in Massa sanguinea, quæ alias calorem augent,

12. *Nitrum* ulcerationi quidem internæ non prodest, sobrius tamen & peritus illius usus, cum absorbentibus conjunctus, aut illis subordinatus, necessarius fere est ad æstum febrilem mitigandū.
13. *Æqualis humorum distributio*, non autem diaphoresis indicatur: hinc *Antimonium diaphoreticum* in hoc affectu nihil prærogative habet, nec reliqua ex Antimonio parata. Optandum alias, ut *Sylviana Antimonii diaphoretici commendatio* ad ulcerationes internas experientiz satis faceret.
14. *Sudores nimios & diarrhæas*, proventi & funesti mali signa, adstringentibus & iteratis anodynis aggredi, nihil aliud est, quam mortem magis accelerare; *moderari* autem hæc excretiones circumspectæ artis est, cavendo tamen, ne largior sudor, quo febris lenta ordinarie solvitur, cum hæctico confundatur.
15. *Aër humidus hæcticis magis amicus est*, quam siccus: hinc Veteres navigationem commendabant.
16. Sic etiam omnes *humectationes* illis conveniunt: quævis *animi pathemata* insigniter nocent.
17. *Locorum mutatio*, ad modestam corporis succussionem obtinendam, non est spernenda, & *equitatio*, a Sydehamo laudata, tantum fane valebit, quantum navigatio Veterum in *Ægyptum*.
18. A medicatione *continua* abstinendum, maxime si euphoria aliqua succedat; quam primum autem nova exacerbatio recursum minatur, medicatio mature reassumenda est, cum primis si periodus solstitialis aut æquinoctialis existat, quo tempore etiam dixta corporis & animi sit temperatissima, ne motus gliscentes provocentur.
19. Quo magis vero Hæctica ad *ἀκμην* pervenit, eo magis ab omni medicatione abstinendum, & exitus sub analepsi gelatinosa expectandus est.
20. Cum his cautelis conferri merentur illæ, quæ *Tabula de Phthisi* indicatæ sunt.

TABULA LIX.

DE

FEBRIBVS COMPOSITIS
EX ACUTA PERIODO.

I. DEFINITIO.

Febres compositæ ex *acuta* periodo sunt complexus variorum motuum e duabus acutis concurrentium, quibus Principium vitale & quantitatem sanguinis imminuere, & qualitatem ejus corrigere intendit.

II. DIFFERENTIA.

1. Febres mirum in modum inter se complicantur, & hæc complicatio uniuersum sæpe negotium fatis reddit intricatum & ambiguum.
2. Duplicis autem in genere generis sunt febres ita compositæ :
 - a) aliz enim e *Continente* & *Continua*, & sic duabus acutis componuntur, quæ in regionibus nostris septentrionalibus fatis sunt familiares; licet vulgo parum attendantur.
 - b) Aliz ex intermittente & continua coalescunt, & longe rariores sunt compositis primi ordinis.
3. Compositæ e duabus acutis triplicis iterum generis sunt.
 - a) Modo enim febris *continens* ad plethoram imminuendam instituitur, in executione autem illius scopi impedimenta qualitatis sanguinis, præcipue spissitudinis, obijciuntur, ut, tanquam ex accidenti, stasis inflammatoria, & ad hanc discutendam, febris *continua* simul introducatur. Huc pertinet Antiquorum *Synochus putrida*, ob putridam qualitatis corruptionem (quam veteres in sanguine agnoscebant & vel ex urina fætida ominabantur) ita denominata. Ad hunc censum etiam referri possunt febres Anginodes, Phrenitis, imo non raro etiam aliz febres inflammatoriz, e. g. Hepatitis,
 - b) Modo febris *continua* primas partes sortitur, cui deinde febris

contuens accedit, uti v. g. febris *synocha* simplex contagio-
sis malignis supervenire observatur.

c) Modo *continua* cum alia continua complicatur, e. g. febres bi-
liosæ cum aliis acutis, inprimis contagiosis.

4. De Compositis, ex acuta periodo provenientibus, hac Tabu-
la agemus, de aliis autem compositis, quæ e continua &
intermittente coalescunt, duabus sequentibus agetur.

III. SIGNA.

1. Quando continua Continenti supervenit, tum sub initium mor-
bi signa *synochæ* offeruntur, nimirum febris sine horrore ita-
tim cum æstu invadit, successu tamen morbi typus febris *con-
tinuæ* notabiliter intercedit, & sic hæc complicatio schema mix-
tum exhibet, quod sæpe confundit illos, qui hosce febrium
concurfus non animadvertunt.

2. Ubi autem continens ad continuam accedit, ibi etiam sub initi-
um Signa Continuæ pura adsunt, deinde autem Continentis
indoles interludia sua profert; præcipue majorem calorem, quam
qui alteri febrî convenit, causatur.

3. Sic etiam se res habet, quando continua cum alia continua com-
plicatur, e. g. febres biliosæ cum petechizantibus, ibi enim utra-
rumque febrium signa sese manifestant.

IV. SUBJECTA.

1. Febres, ex acuta periodo compositæ, familiariter illis hominibus
eveniunt, qui non solum insigniter plethorici sunt, verum et-
iam vitio simul qualitatis sanguinis, præcipue vero illius spissi-
tudine, laborant.

2. Hinc tales compositæ febres tam frequentius in regionibus no-
stris septentrionalibus occurrunt; rarius autem continentes
simplices inveniuntur: unde etiam tam raræ apud nos sunt
simplices crises, sive per hæmorrhagias, sive per criticos sudores,
contingentes.

V. CAUSÆ.

1. *Causa materialis* harum febrium est vitium quantitatis & qualita-
tis sanguinis.

2. *Causa formalis* est duplex respectus seu intentio Principii vitalis,
nempe quantitatem sanguinis imminuere, & qualitatis sensibi-
bile aliquod vitium corrigere.

3. Sic v. g. in concursu Continentis & Continuz quantitas sanguinis insigniter exagitur: sub hac exagitatione ob sanguinem spissum facile exoritur stasis inflammatoria: hæc stasis discutienda alios deinde motus exposcit, quam qui in febre *continente* observantur.
4. Eadem ratio est, ubi Natura Miasma aliquod periculosum vel aliud qualitatis vitium per febrem *continuatam* expellere intendit, sub hoc autem labore abundantiam sanguinis non exigua impedimenta adferre experitur, ibi mirum non est, si motus febris *continentis*, evacuationem sanguinis respicientes, imo actuales hæmorrhagiz, concurrant.

VI. PROGNOSIS.

1. Si quidquam aliud, certe complicatio duarum acutarum salutarem febrium decursum sufflaminare potest.
2. Motus enim, qui in hisce febribus occurrunt, sibi invicem plane sunt contrarii, typus inconstans, est *wedjfelt so oft in einem Tage mit dem Patienten*; & sic neutri febrium satis fieri potest.
3. Ita v. g. fortior impulsus sanguinis progressivus, conquassatorius, resolutorius, qui in febre *continente* necessarius est, adversatur motibus placidis successivis secretoriis & excretoriis, febris *continua* propriis & necessariis.
4. Item quando in febre continente humores die critico in unum locum ad intimiores nobiles partes, præcipue ad caput, alibi ad uterum, alibi ad alia viscera abdominis, coacervantur, hæc quidem directio hæmorrhagiz famulatur, quoniam autem hac ratione miasmata maligna ad has partes simul compelluntur, tetralis ut plurimum eventus introducitur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Venæ sectio sive instituat, sive prætermittatur, secundum indicationes, infra sub *Cautelis* legendas.
2. Ubique utilissima est artificialis promotio & conservatio liberi motus humorum ad peripheriam, citra tamen sanguinis exagitationem, ut nempe diapnoica saltem excretio obtineatur.
3. Præcipue facta Venæ sectione hæc methodus diapnoico diaphoretica summæ necessitatis est, & versus dies *criticos* paulo exactior esse debet, ne illo tempore congestio & conatus hæmorrhoids ad caput contingat, & patientem jugulet.

4. Præterea hæc febres tractantur, uti aliz acutz, nempe per temperatam Essentiam Alexipharmacam & pulveres Nitroso-abforbentes cum diaphoretico fixo remixtos; interpositis ante meridiem potionibus diapnoicis, & post meridiem Emulsionibus ad gratum acorem acidulatis. *v.g. pſyr acetof. citr.*
5. Quoniam autem constantem typum non servant hæc febres, Medici primum officium erit, quasvis per diem mutationes sollicite observare, & modo dicta medicamenta iisdem prudenter substituere.
6. Alvus per totum morbi decursum aperta fervetur Clysteribus, tertio semper die repetendis.
7. Continentia tranquilla quoad corpus & animum ubique injungatur, cum potu sufficiente & satis diluto.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Licet rationi admodum consentaneum sit, in hisce compositis acutis abundantiam sanguinis per proximam viam, nempe Venæ sectionem, ventilare, & sic toti illi contentioni satisfacere, infallibilis tamen regula, ubi actuali sanguinis educatione absolute opus sit, non potest constitui; excepto solo casu eminentis admodum plethoræ. Hinc totum negotium iudicio Medici relinquendum est.
2. Quando autem Venæ sectionis necessitas iudicata fuit, necessarium est, ut illa in principio principii, & quidem paululum largiter, instituat, ac deinde versus ipsas crises Venæ frontis aut Raninarum secetur, vel per Ægyptiacam narium sacrationem seu incisionem scopo proposito consulatur.
3. Remedia calida & activiora, uti in aliis acutis, ita tanto magis in hisce compositis, abesse debent, quia vel solum intemperans regimen eximias in iisdem turbas concitare observatur.

TABULA LX.

DE

FEBRE TERTIANA CONTINVA.

I. DEFINITIO.

Febris tertiana continua est species februm compositarum, involvens paroxysmos, tertianæ intermittenti similes, cum calore nihil intermittente, sed frequenter ita excedente, ut ab uno paroxysmo ad alterum sese extendat.

II. DIFFERENTIA.

1. Febres ex intermittente & acuta compositæ distinguendæ sunt ab illis, quæ e duabus acutis complicatæ obveniunt, de quibus præcedente Tabula jam actum est.

2. Tres autem species illarum compositarum observantur, quæ sub schemate intermittenti & acutæ coalescunt.

a) Febris *quotidiana continua*, quæ, quoniam cum febre catarrhali benigna prorsus quadrat, imo unam eandemque speciem constituit, superius jam pertractata est. *Vid. Tab. XLVIII.*

b) *Tertiana continua*, quam hæc Tabula exhibet, & Veterum Tertianam *extensam* includit.

c) *Quartana continua*, quæ sequente Tabula explicabitur.

III. SIGNA.

1. Tertiana continua exhibet paroxysmum, tertianæ intermittenti similem, nempe cum *frigore*, vel tamen *horrore* singuli paroxysmi ut plurimum recurrunt.

2. Huic succedit *æstus*, per initia satis vehemens, deinde sensim languescens; semper tamen usque ad succedentem novum paroxysmum, naturalem gradum superans.

3. *Appetitus* maxime jacet.

4. *Vires* sensibilibiter sunt prostratæ.

5. *Somnus* est inquietus.

6. *Cephalalgia* est continua.

7. *Sitis* cum ficitate oris perpetuo urget.

8. *Pulsus* velocitate jugiter perennat.

IV. *SUBJECTA.*

1. Tertianam continuam communiter incurrunt, quibus tertiana simplex incongruis medicationibus, vel malo regimine, suppressa fuit.
2. In specie quibus calida Alexipharmata versus paroxysmum propinata fuerunt, vel sub ictu, per refrigerium sudoris successus fuit retropulsas. Item quibus in tertiana simplice Vena scatur.
3. Eveniunt etiam illis, quibus aliz excretiones repente suppressæ sunt, e. g. post scabiem retropulsam, tumores ad interiora repressos.

V. *CAUSÆ.*

1. *Causa materialis* est Miasma tenuius, malignum, indolis fermentescentis.
2. Delitescit autem prava hujus materiz indoles, & tegitur quasi sub schemate tertianæ intermittentis.
3. Natura enim, tanquam *causa efficiens*, crassiore saburra in primis viis prægravata, occasione hujus adgreditur causam manifestius urgentem; & hac ratione febrem intermittentis & crassioris indolis format.
4. *Causas occasionales & procatarticas* præcedente membro jam nominavimus, quibus accensendus adhuc est aer fermentescentibus talis particulis imprægnatus.

VI. *PROGNOSIS.*

1. Uti quotidiana, sic etiam tertiana contigua epidemica quadam larvatione interdum provenit, & tum indolem suam, per se satis deteriore, magis adhuc manifestat, & exanthematibus non raro stipata observatur.
2. Quando mitius tractatur, transit facile in febrem tertianam intermittentem, & hac ratione legitimæ methodo cedere observatur; nonnunquam autem in Hecticam ex hac tertiana simplice transmigrat, præcipue si nimis Absorbentibus tractata sit.
3. Ubi autem præpostera calida medicatio & perversum regimen accedit; ibi non raro in acutam impetuosam, præcipue inflammatoriam febrem, patiens conjicitur.

VII. *METHODUS MEDENDI & REMEDIA.*

1. Versus paroxysmum exhibeatur pulvis antifebris curæ. Sale quodam

dam digestivo, ob saburram in primis viis, combinatus, e. g.
Recip. Antimon. diaphoret.

Coneh. acido Tartari vel Citri saturat.

Nitri depurat.

Tartar. Vitriolat. ana. dosi Scrup. I.

2. Sub æstu sufficiens potus injungatur.
3. Remittente autem calore Natura ad excretionem diaphoreticam manu quasi ducatur, Essentiam alexipharmacam parvis dosibus exhibendo, & intra quatuor vel quinque horas repetendo.
4. Versus novum autem paroxysmi impetum pulveres temperantes aliquoties iterum propinentur.
5. Ubi æstus fortior, plethora insignis, & temperamentum sanguineum concurrunt, ibi acida laudabilem usum præstant, e. g. Spiritus Vitrioli, Clystus Antimonii Sulphuratus, spiritus sulphuris per Campanam, & in primis acidum Citri.
6. In nimis ferventibus itaque paroxysmis lulpia cum his acidis remixta adhibeantur, & pulveres etiam temperantes aliquoties interponantur.
7. Alvus omni modo aperta servetur, non vero stimuletur.
8. Quo magis autem impetus senescit, eo commotius lenes laxationes ante dictis subjunguntur, ita quidem, ut effectus laxantium in paroxysmi initia incidat.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. In his & reliquis compositis quam maxime caveatur, ne lentor, quem interdum hæc febres simulant, Medicum securum reddat, vel etiam confundat, aut malignam illam labem negligendo, respectum saltem habeat ad crassam materiam, in tertiana simplice peccantem, & hanc vomitoriis, purgationibus, ac sudationibus adgrediatur.
2. Egerrime enim compositæ febres ejusmodi commotiones vehementes tolerant, & non raro per easdem in plane malignas transmutantur.
3. Præstat itaque moderata methodo incedere; & licet tertiana saltem simplex, vel continua e simplice recens nata subesse, & emesin efflagitare videatur, fortioribus tamen hisce commotionibus non opus est; nemo enim hominum in statu tali facile moritur, ex adverso, si error in diagnosi contingat, præposte-

gnosi jam diximus, ea magis adhuc valent de quartana continua.

2. Ad Hecticam indolem, uti proxime accedit, ita etiam in *veram* talem prorsus facile transit, præcipue, ubi adstringentibus tractatur; quo casu Hydrops etiam introduci solet.
3. Quando autem per remedia calida, vel vomitoria, hi motus lenescentes excitantur, tum febres acutz inducuntur.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

1. Versus paroxysmum exhibeantur Salia digestiva, e. g. Tart. Vitriolat. vel Arcan. duplicat. cum exigua portione alicujus Absorbentis, cum acido Citri saturati.
2. Quam diu æstus urget, continentia tranquilla commendetur, & sufficiens potus offeratur.
3. Sequentibus autem diebus, quibus calor paululum remittere observatur, præpinentur Lenia Laxantia, cum resolyentibus; aperitivis, in specie sic dictis Hepaticis & Splenicis, sive conjungendis, sive subordinandis, e. g.
 - a) ante meridiem bis exhibeatur Essent. Alexipharm. cum Essent. Gentaur. minor. vel Gentian. rubr. remixta.
 - b) Post meridiem adhibeatur decoctum aliquod ex radice Cichorii vel Taraxaci, cum sero lactis paratum.
 - c) Versus somnum propinetur dosis Pilularum Stahlî vel Becheri.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICE.

1. Reperantur hic, quæ Tabula præcedente, item de Quartana simplicis sub *Cautelis* dicta sunt.
2. Quartanz continuæ minime omnium tolerant commotiones artificiales per Vomitoria, purgantia, diaphoretica, Venæ sectiones.
3. Cavendum, ne per Absorbentia, ad quæ & lapis Bezoar referendus est, copiose assumta, collectio illa viscida & spissa adhuc magis augeatur.
4. Febris quando feliciter superata est, non statim ab omni medicatione patiens desistat, sed per aliquot adhuc septimanas Digestiva & Stomachico-Tonica usurpet, alias motus facile recrudescunt.

TABULA LXII.
DE
FEBRIBUS NONDUM TYPICIS.
ITEM DE
FEBRIBVS CORRVPPTIS.

I. DIFFERENTIA.

1. Non raro in praxi contingit, ut febres occurrant, quarum genus & indolem Medicus non statim dignoscere potest.
2. Frequentius etiam consilium a Medico petitur, quando febres per incongrua artificia & regimina corruptæ sunt.
3. Quid in hisce casibus faciendum sit, sequentes regulæ docent.

II. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. In febribus *nondum typicis*.

a) In recte administrandis talibus affectibus, quorum genus nondum directe perspectus est, præstat ab omnibus commotionibus abstinere, nempe a Vomitoriis, Purgantibus, Sudoriferis fortioribus, Venæ sectione: pessimum enim est conamen, genus morbi non perspicere, & tamen remedia activiora, sub quocunque specioso prætextu, arripere.

b) Tutissimum est hic agere, quod genericè in omnibus aliis febribus locum habet, nempe materiam corrigere & lenibus excretionibus eminus quasi viam ostendere.

c) Adhibeantur itaque primis diebus pulveres Nitroso-temperantes cum Antimoniali fixo combinati, & his leniter diapnoica interponantur, e. g. in junioribus aquæ diapnoicæ cum absorbente quodam & Antimonio diaphoretico remixtæ, item in adultioribus Essent. alexipharm. temperatissima, exiguis dosibus propinanda.

d) Hæc methodus valet etiam, ubi in primis viis materia acrior & cholericodes præsto esse conjicitur.

e) Ubi calor non plane nimius, sed potius clandestinus, cum lassitudine & ingente virium dejectione sese manifestat, idem agere convenit.

*ex sp. p.
alb. Albu*

- f) Quando autem febris qualemcunque typum servat, Medicus illum sollicitè animadvertere debet, observando, quo diei vel noctis tempore patiens pejus se habere sentiat.
- g) Antè omnia inquirat Medicus in principium febris, an cum frigore, eoquè majore vel minore, an mane, circa ortum solis, vel vesperi, invaserit.
- h) Hac ratione certior factus tractat morbum, ut moris est, nempe versus illud tempus, quo exacerbatio sentitur, exhibet Nitroso temperantia cum Antijmoniali fixo remixta, & his insistit, vel lenissima diapnoica liquida interponit.
- i) Mitescente autem paroxysmi impetu, lenia Alexipharmaca propinat, & usque ad novum fere paroxysmum, refractia dosibus, eadem porrigit; quo novi insultus tempore temperantia Absorbentia & Antimonialia fixa iterum repetit.

2. In febribus *corruptis*,

- a) Nihil hic melius est, quam veram methodum antifebrilem reassumere, & cum tranquillitate ac patientia eandem profèqui: in talibus enim corruptis febribus melioratio tam promte non succedit; quæ prognosis omni modo observanda est.
- b) Per initia præstat pulverulenta absorbentia & diapnoica plus exhibere, quam Essentiam Alexipharmacam.
- c) Quando autem sensibilis in melius conversio observatur, tum præstat Essentiam illam sæpius, sed non auctius, pulverulenta autem rarius, propinare.
- d) Si alvus non bene succedat, Extractum Panchymag. Crollii paucioribus granis, vel Pilulæ Beccheri aut Stahlîi adhibeantur; quæ laxantia in corruptis & suppressis *intermittentibus* præcipue conducunt, & non raro paroxysmum revocant, ut deinde ex fundamento curari possit.
- e) Absorbentia autem, cum acetositate Citri saturata, aliis nudis hic in primis sunt præferenda: magis enim diuresin & diaphoresin promovent.
- f) Sic etiam Essentia Alexipharmaca cum multa Essentia scordii remiscenda est. Vulgaris Essentia, D. D. Stahlîi usualis, hæc est:

gis externis & adventitiis dependet : licet enim materialis causa Hydropis etiam œdema, quod in hydrope inseparabile existit, proferat, imo simplex, particulare œdema, cito & copiose se diffundens, hydropem ipsum inducere possit, est tamen ingens differentia causæ antecedentis, concurrentis & succedentis.

2. Oedema facile potest discerni a *Cachexia*, quamvis enim œdema Cachexiæ auctiori passim vestigia legat, manet tamen insignis differentia inter œdema simplex, particulare, quod artus tantum occupat, & inter Symptoma illud œdematosum cachecticum, totius corporis depravationem involvens.
3. Differentiam œdematis a *podagrico* tumore sequentia docent.
 - a) Sensus dolorificus, in œdemate nullus, in podagra autem satis sensibilis est, & molestus.
 - b) Status antecedens : tumores enim podagrivi obveniunt illis, qui motibus hæmorrhoidalibus obnoxii fuerunt, uti & feminis post varia rheumatica Pathemata, quæ omnia ab œdemate simplici, insensibili, aliena sunt. Hæc differentia ad prognosin & therapiam multum valet.

III. SIGNA.

1. Tumor satis est notabilis & pallidus.
2. Digno quando comprimitur, subsidet & scrobiculum in loco compresso format, qui sensim iterum explanatur.
3. Occupat hic tumor extremos potissimum artus, communissime autem pedes,
4. in illo videlicet casu, ubi solus, simplex, & sine alio morbo existit.
5. Quando autem hydropis consecutio & symptoma est, vel Cachexiæ supervenit, tum latius in corpore se diffundit.
6. In Oedemate simplice nullus dolor præsto est, uti sub *Differentia* jam observavimus, imo citra omnem præternaturalem sensum evenit; in malo autem prævalecente tensio notabilis cum gravitate interdum sentitur.
7. Tactu *frigidus* est tumor hic œdematosus, licet æger nullum ibi frigus molestum sentiat.
8. *Alvus* vaga, nempe modo sicciior, modo laxior observatur.
9. *Urina* vel constanter pallida, vel obsoleto rubore imbuta & crassa,

sa, medio quasi colore inter aurantium & cerevisiarium dilutum; utrinque autem quantitate parcissima.

10. Si ad summum pervenerit, nitet præ nimio infarctu cutis, & tunc quidem ad minimum tumor hinc inde ruffescit, ita uttenerrima etiam vascula sanguinea in conspectum prodeant.

IV. SUBJECTA.

Tumoribus œdematosis præ aliis obnoxii sunt

1. homines phlegmatici habitus, sexus utriusque.
2. Viri post hæmorrhoidum, & fœminæ post mensem suppressionem.
3. Ætas paulo annosior.
4. Fœminæ gravidæ, præcipue ultimo tempore gestationis.
5. Uterque sexus, quando diu & profunde crura aquæ frigidæ immergit, præcipue fœmininus, sub fluxu mensium in lavandis linteamentis occupatus.
6. Vulneratos etiam œdemata facile incurrere, si vulnera refrigerantibus tractentur, Paracelsus non frivole adnotavit.
7. Incidunt etiam in tumores ejusmodi seroso-lymphales, qui tumoribus calidis, phlegmone, imò erysipelate, non nimium fervido, afficiuntur, per discutientia autem, valde efficacia, e.g. Spiritum vini camphoratum, subtiliores sanguineas partes velociter repellunt.
8. Specialiter febricitantibus apostasi quadam, nunc ad utrumque, nunc ad alterutrum pedem œdematose diffunditur; quod, licet a cæteris rubore perpetuo, & calore paroxyzante differat, molle tamen est, &, discussis volatilibus sanguineis particulis, sinceram œdematis faciem inducit.
9. Specialissime tales tumores illis succedere observantur, qui in acutis febribus salia volatilia, e.g. Spiritum Cornu Cervi, copiose ingerunt.
10. Dantur & exempla, in quibus œdema oboritur post nimis diuturnam tensoriam femorum pressionem, intercepto nempe libero fluxu humorum ex inferioribus partibus crurum; quale quid facile ab equitatione, in primis super equo lati dorsii, contingit.
11. Denique œdemata etiam incurrunt, quibus scabies incongruis remediis retropellitur,

V. CAUSÆ.

1. *Causa continens & proxima* est mucida humorum spissitudo, & motus tonici relaxatio.
2. Non semper autem argui potest simplex vitium humorum, sed subsunt interdum *active* pertinaces congestiones, præcipue in œdemate diuturno & habituali; cujus indolis maxime omnium sunt tumores, post febres, per apostasin formati, ubi, secundum Antiquorum sanum sensum, materia peccans e partibus nobilioribus ad ignobiliores projicitur.
3. Imo causam antea passivam non raro excipere solet activa, nempe ob consuetudinem & frequentem œdematis discussionem.
4. *Causas occasionales*, & procatarticas, quæ vel vitium humorum inducere, vel motum tonicum relaxare possunt, sub descriptione *subjectorum* jam indicavimus.

VI. PROGNOISIS.

1. Omne œdema in genere pertinax est, & quo plures causæ in illo conspirant, eo contumacius deprehenditur.
2. Melioris adhuc spei & restitutionis sunt, quæ œdemata a pure externis causis, e. g. contusionibus, refrigerationibus humidis &c. originem ducunt.
3. Sic etiam œdema post scabiem, non ita pridem retropulsam, inductum, conveniente methodo facilius adhuc dissipatur.
4. Quo magis ab ascitico tumore adhuc distat, eo minus periculum involvit, & contra.
5. Artus œdematosi, si extra lectum non perpetuo, nec insigniter frigeant, neque in lecto constanter & notabiliter restuent, spem faciunt discussionis.
6. Insignes tales tumores, quando non *discutiuntur*, sed ad interiora viscera *retropelluntur*, varia fontica mala eveniunt, nempe inflationes abdominis & præcordiorum, imo non raro verus hydrops introducitur.
7. Oedema in summo gradu constitutum, nitente scilicet & rubescente cute, affigente etiam intimiore sensu ardoris, si febris acuta vel hæctica exacerbata concurrat, corruptionem gangrænodem, sphacelofam, mortem, minatur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. *Methodus generalis*,

1. Mucida humorum spissitudo est corrigenda; in quem finem laudantur

- a) *Salis* media & alcalica fixa, e. g. Tartarus Vitriolat, Arcan. duplicat. Nitr. Antimoniat. Tartar. tartarifat. Arcan. Tartari, Sal Absinth. Centaur. minor. Card. benedict. Genistz, Ononid.
 - b) *Gummi-resina*, e. g. Ammoniacy, Galbani, Hederz, Iuniperi, Myrrhz, Succini.
 - c) *Radices alexipharmaco-diureticz*, prcipue rad. pimpinell. alb. quz valde temperata, & tamen tenuium partium est ad penetrandum; item rad. Vincetox. Enul. Imperator. irid. florent. Ari, Gentian. rubr. Angelic. Petasitid. Bardan. Cichor. Tarax.
 - d) *Herbe antiscorbuticæ & amaricantes*, e. g. Cochlear. Trifol. fibrin. Fumar. Centaur. min. item Marrub. alb. Capill. Vener. Cuscut. Hyssop. Epithym.
 - e) *Ligna antivenerea*, e. g. Sassafras, Santali, Iuniperi.
 - f) *Composita*, Tinctur. Antimonii tartarifata, cum spiritu lumbricorum volatili remixta, Tinctur. salis tartari, Essent. Succin. Pimpinell. alb.
 - g) *Aromatica peregrina & nostratia*, e. g. Zingiber, Piper. Costus, Cardamom. Caryophyll. Cinnamom. Sem. Ammios, Anisi, Cumini, Coriandri, fœniculi, anethi, baccz Iuniperi, lauri, Cort. Citri, & in potu, aurantiorum. Item Raphanacea, Alliacea, cepz. squilla. dracunculus esculentus, asparagus, endivia, Petroselinum tam vulgare, quam Macedonicum, piperitis, nasturtia, Thlaspi.
2. Correcta materia est evacuanda, sive per laxantia cum epicrasi, sive per Pilulas Beccheri stimulo quodam acuatas, sive in robustioribus per paululum fortiora phlegmagoga.
3. Motus tonicus est roborandus.
- a) *Interne* per Martialia, e. g. Tinctur. Mart. tartarifat. Ludovici cum Essentia adianthi albi remixtam, item per Tinct. Vitrioli Martis Zwelferi, crocum Martis Antimoniat. aperitiv. Stahlî &c.
 - b) *Externe* per frictions, motum corporis ambulatorium, continuatum, ligaturam cum fascia ampla, per decocta vel infusa

12. Aqua extinctionionis calcis viva, limpida licet, in œdematosis tumoribus, hydropicis inprimis cum hæctica complicatis, latius & largius applicata, effectum edit quodammodo repellentem, & hinc non promiscue adhibenda est; rubores autem ardentés, qui huic tumori interdum superveniunt, certissime mitigat, neque in tali casu tam præsentis periculi ferax observatur. *Ed. dissertat. de adstringentium cauto usu.*
13. Camphora autem cutim quasi siccam & densam reddit, & varia hinc incommoda causatur.
14. Oedemata, quæ nimio infarctu contingunt, & cutis rupturam minantur, vel etiam per minores papulas feri effusionem molliuntur, non sunt toleranda: liber enim exitus facile adsuescit, cohibitus autem infarctum retrocessionem inducere valet; unde interne per congrua laxantia, & externe per temperata balsamica, succurrendum est.
15. Ubi œdema, quod ab externis causis ortum fuisse, jam inventeratum est, & partis affectus debilitas, in ætate præsertim adultiore, concurrat, ibi præstat manum detrahere, quam vel incassum laborare, vel fortioribus motibus repulsivis damna illa inferre, quæ num. 2. indicata sunt.
16. Scarificatio nullius usus est, facile enim sphacelum invitat, vel ad minimum vulnuscula, per illam inflicta, ægerrime consolidantur.
17. In ulceratione œdematis, iheriaca periculosum ardorem excitat, emplastica affluxum augent, essentia Myrrhæ justo ardentior est, & sic lignamen saltem illius, oleum per deliquium dictum, tanquam temperatum balsamicum, commendatur.

*13. myrror
nyrrha
legimanam
trumpat*

*Ed. resonis in cella humida y primum alder
allegans in
f. d. cabal re interior membrana*



TABULA LXIV.
DE
CACHEXIA.

I. DEFINITIO.

Cachexia est flaccida corporis constitutio, in externis maxime partibus conspicua, a mucido-serosa lymphæ inviscatione, & motus tonici remissione, originem ducens. Derivatur a κακὸς malus, & ἕξις, habitus.

II. DIFFERENTIA.

Differt Cachexia

1. ab hydropē *in genere*, ubi ante omnia præjudicium illud removendum est, quasi Cachexia primus hydropis sit gradus: hunc enim errorem sequentia refutant.
 - a) Licet Cachexia in actualem hydropem aliquando transeat, imo proxima quasi ad illam dispositio sit, sæpe numero tamen citra talem hydropis consecutionem corpus obsidet.
 - b) Hydrops sæpe gravissimus, maxime in maribus, sine prægressa cachexia exoritur.
 - c) Methodo medendi etiam non plane coincidunt, uti collatio utrorumque affectuum demonstrat.

2. Ab *anasarca*, & *Lencopblegmata*.

- a) In Cachexia inflatio corporis est flaccida, mollis, pendula, in anasarca autem tumor ita durus existit, ut etiam ad nitorem cutis sese extendere, & crepaturæ quasi metum incutere soleat.
- b) Non est de essentia Cachexiæ, in ulla corporis parte verum œdematosum tumorem formare, in anasarca autem hoc semper contingit.

3. Ab *ascite*.

- a) Ascites inferiores saltem corporis partes occupat, cachexia autem totum corpus æqualiter obsidet.
- b) Cachexia a fluxibus sanguinis diuturnis passim originem ducit, ascites autem vix unquam, nisi aliarum causarum, præcipue adstrictiones, concurrant.

4. Ab *oedemate*, uti præcedente Tabula demonstratum est.
5. Ab *lætero*, qui, quamvis etiam totum corporis habitum occupet, non tamen illius substantiam profundius intrat, sed superficietenus saltem fibrosæ texturæ affricatur; cachexia autem ita intimius s.bris sese infinuat, ut velut imbibitæ turgescant; germani dicunt: aufgequollen und gedunsen aussehen.
6. A *Chlorosi* virginum cachexia non aliter differt, quam genus a specie.
7. Cachexia est vel simplex, vel composita, quæ cum aliis affectibus, e. g. Scorbuto, combinatur.

III. SIGNA.

1. Ad Cachexiam dignoscendam nulla subest difficultas, nam signa ejus externe sese manifestant.
2. Primo enim per extremitates corporis, facie, manibus, pedibus, cruribus, solito magis turgescere conspiciuntur patientes.
3. Cedit calor naturalis, quem sensus quidam frigidulus excipit.
4. Concurrit languor quidam & gravitas per universum corpus, præcipue sub ascensu altiorum locorum, cum fastidio ipsius animi actorpore.
5. *Appetitus* est vagus & inæqualis, ab alimentis repentina evenit obscuratio, imo fastidium.
6. Post cibos gravativa pathemata ventriculi, tensiones & pressionibus flatulentas persentiscunt, quæ omnia insidam designant concoctionem.
7. *Alvus* observatur inconstans: modo enim segnior, modo indigestorum ciborum rejectione, seu Lienteria, conspicua est.
8. Ad somnum habent quidem patientes propensionem, sed ab illo non reficiuntur, sed magis delassantur; de qua re notabilis Toni relaxatio post eundem testatur.
9. *Urina* est pauca, modo cruda & subturbida, modo limpida, semper tamen pallido aut sublivido colore conspicua.
10. *Pulsus* est languidior, quam statui naturali convenit.
11. *Sanguis*, si quacunq; occasione in conspectum veniat, pallidus est, & serositate abundat.
12. Persentiscunt etiam patientes angustias præcordiorum, cum respiratione difficili, præsertim post corporis motionem.
13. Intercurrunt subinde volatici calores, capitis frequentes perturbatione:

æ in utripula
parietes
in deposito

bationes, modo vertiginosæ, modo dolorificæ, inprimis autem somnolentæ.

14. Tumor œdematodes, licet non semper adsit, non ita raro tamen conjungitur, sed minime alibi, quam in artubus, & præcipue pedibus, quibus stantibus apparet, jacentibus autem disparet.
15. Conspirat sensus duritiæ, pressionis, constrictionis sub hypochondrio dextro, aliquando sinistro, aut sub umbilico introversum.
16. Abdomen non semper quidem & constanter inflatum ac durum, aliquando tamen inæqualitate, tactu sentienda, intus obfessum est.
17. Hæc omnia quando ingravescunt & diutius perseverant, Cachexia tandem transit in hydropem; de qua re sub *Prognosi* plura dicemus.

IV. SVBJECTA.

1. Cachexia evenit corporibus laxâ texturâ instructis, quæ sunt temperamenti sanguineo-phlegmatici.
2. Familiarior est hic affectus sexui sæminino, quam virili, tum ob molliorem texturam & crasin sanguinis minus γλυσχροῦ, tum ob alias causas, infra allegandas.
3. Specialiter autem illis sæminis evenit, quæ intra mensium periodum adhuc constitutæ sunt; e contra post finem mensium in ascitem magis quam cachexiam prolabantur.
4. Longe familiarius autem illæ sæminæ Cachexiam incurrunt, quæ d'fectu mensium, quam quæ excessu illorum laborant, & talis est *Ætus Chlorosis virginum* vocatur, quia illis præ maritalis proprius est.

V. CAUSÆ.

1. Internæ.

- a) Causa antecedens est commotio & restagnatio sanguinis abundantis circa viscera, præcipue Ventræ portæ, connexa.
- b) Hæc sanguinis coærvatio impedit lymphæ secretionem a sero, propius jam ad excretionem disponendo.
- c) Hoc feri excrementitii cum lymphâ diuturnius commercium causam magis propinquam inducit, nempe pulposam, mucidam, lentam spissitudinem, instar tragacanthæ solutæ.
- d) Quæ mucido-viscida humorum constitutio sensim obviscat

gland-

- glandulosa colatoria, tam per hepar, quam mesenterium; ut secretioni lymphæ a sero adhuc magis imparia evadant.
- e) Unde tandem spissitudo illa seroso-lymphalis, per universam massam sanguinis invalescens, circulationem seri & lymphæ difficilem reddit.
- f) Hic stagnatorius infarctus, partim a vitio humorum, partim etiam a vitio viscerum colatoriorum, inductus, est causa proxima & continens Cachexiæ, qui infarctus postea cutim, tanquam latissime patens colatorium seroso-lymphaticum, in turgiditatem attollit, quam reliqua symptomata insequuntur.
2. *Externæ, adventitiæ, & occasionales.*
- a) Habitatio in conclavibus humido-frigidis.
- b) Motuum corporis voluntariorum insignis neglectus, vita desidiosa, otiosa.
- c) Cum primis, si victus vapidus, mucescens, potus autem largior aquosus accedat; quæ dixta in laboriosis nunquam cachexiam causatur, in his enim transpiratio & urinæ excretio sufficienter succedunt.
- d) Abusus potuum spirituosorum, sanguinem turgesciendo, & sic infarctum ejus per viscera inducendo.
- e) Ubi insuper spiritus ardentes, nimium ingurgitati, ipsa humorum coagulatione obstipationes tales producant.
- f) Adstringentia tali tempore ingesta, quo sanguis in orgasmo constitutus est, e. g. in febribus & hæmorrhagiis.
- g) Refrigerationes diuturnæ.
- h) Scabiæ retropulsio intempesta.
- i) Præcipue evacuationum sanguinearum consuetarum suppressio, maxime mensium: rarissime enim sæmina cachectica illibato mensium successu occurrunt.
- k) Ubi primatum ducunt menses per malam dixtam, aut alienarum rerum ingurgitationem, obstructi.
- l) Rarius alix potentiores, repentinx mensium cohibitiones.
- m) Profusiones sanguinis impetuossæ non ita facile aut frequenter cachexiam inducunt, ut vulgo creditur, sed potius diuturna largi profuvii continuatio, ob subsidentiam vasorum, & difficilem sanguinis boni, propter crassam dixtam, restaurationem.
- n) Dis-

n) Dispositio proxima hæmorrhoidalis, quæ in senioribus tacitis moliminibus sese exferit, vel fluxus assuefactus, aut suppressus, vel inordinate & nimia copia procedens.

o) Motus arthritici, & in primis podagrici, variis artificii ad interiora repressi.

p) Salium volatilium abusus, qui fabricitantes ad tumores cachecticos disponit.

q) Addiphagia puerorum.

VI. PROGNOISIS.

1. Plenaria Cachexia, seu universalis crasseos humorum depravatio, meatuum infarctus, fibrillarum turgida inflatio, maxime omnium viscerum obstipatio, est sane malum magis pertinax, quam ut tam facile possit superari.
2. In junioribus quidem, infra tricesimum annum adhuc constitutis, tam obstinatos mores & graves successus non exhibet, quin frequentius congruz continuatz medicationi cedat.
3. Annosiores autem, & magis senescentes quando plenaria cachexia corripuntur, priores frequenter hæcticam & hydropem, non tam anasarcam, quam ascitem, posteriores autem tantum hydropem incurrunt. Cachexia autem retropulsa catarrhum suffocativum facile inducit.
4. Ubi Cachectica saltem *dispositio* adest, quæ præcipue junioribus virginibus, ob mensium retardationem, evenit, ibi non ita difficulter malum tollitur; nisi intempestiva & aliena artificia, aut malum patientis regimen aliquid damni inducant.
5. Sed quo citius, eo certius curatur; quo longius autem durat, eo longiorem ad minimum exposcit medicationem.
6. *Chlorosis virginum*, quæ medium quasi locum inter *dispositionem* cachecticam, & cachexiam plenariam occupat, est malum plerumque chronicoteron, & sponte non facile evanescit, nisi vitæ generis insignis mutatio, præcipue transitus in statum matrimoniale, intercedat.
7. Molesta quidem est hæc Chlorosis, tetro colore, animi & corporis languore, cordis frequente palpitatione, sed non præsentis periculi; tandem autem flavum aspectum, hepaticæ obstructionis indicem, exhibet, & in plenariam Cachexiam, imo hæcticam, terminatur.

2. Cachexia per multos sæpe annos contumaciter durat, & licet œdemata etiam in tibiis & pedes passim se extendant, non tamen semper verus inde hydrops inducitur; quæ prognosis vulgarem illum errorem, quem sub *Differentia* num. 1. iam deteximus, magis adhuc refutat.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

Cachexia eandem in genere exposcit methodum, quam præcedente Tabula de Oedemate tradidimus, nempe humorum correctionem, viscerum refectionem, præparatorum humorum evacuationem, & denique Toni restitutionem; variat autem pro causarum differentia, & hinc methodum specialem sequente ordine tradimus.

1. Ad mucido-tenaces humores incidendos, & eosdem ad excretionem præparandos, per octo vel quatuordecim dies exhibeantur resolventia, & digestiva, pro temperamenti diversitate eligenda ex illis, quæ præcedente Tabula sub methodo generali iam denominata sunt.
2. His vel jungantur, vel interponantur, aut subjungantur evacuantia, e. g. fiant noduli e resolventibus & laxantibus phlegmagogis: Ialapp. fol. Senn. Agaric. Mechoacan. rad. Ebuli, quæ mitior est, quam ~~Ebuli~~ ^{Sennæ}; addito his justo tempore stimulo colocynthiaco.
3. Ubi malum a cohibitione februm inductum est, ibi Pilulæ amaræ, Becherianæ, Stahlianæ, & alexipharmacorum usus cum diæta laxantibus conjungi possunt.
4. Quando autem subest mensium defectus, sive sponte sive arte inductus, tum post dicta corrigentia & aperientia adhibeantur emmenagoga & pediluvia, respiciendo ad illud tempus, quo menses expectandi sunt. *Conf. Tabul. de mensium suppressione.*
5. Ubi ab hæmorrhoidum suppressione Cachexia inducta est, ibi, facta sufficiente correctione, hirudines ad intestinum rectum applicentur, aut Venæ sectio in pede, maxime tempore æquinoctiali, instituat.
6. Si post nimias diuturnas hæmorrhagias hoc malum exortum sit; in paroxysmo temperantia, analeptica, tonica, extra hunc autem corrigentia, sed lenissima propinentur, ne per calida sanguis orgasmicus magis excitetur; quo autem casu ad evacuationem fan-

sanguinis per Venæ sectionem respectum simul habere convenit.

7. His omnibus decenter observatis, & sufficienter peractis, Tonica adhibeantur.

a) *Interne.*

1) *Martialia*, e. g. Tinct. Martis tartarifata Ludovici, Tinct. Vitriol Martis Zvvelseri, ejusdem crocus Martis cachecticus, crocus Martis Antimoniatus tenerior Stahlii, limatura Martis cum tartaro tartarifato.

2) *Specifica hepatica*: Agrimon. Scolopendr. Nard. Celtic. flor. Schönanth. rad. Curcum. Lign. Santalorum.

b) *Externe*: balnea calida sicca, frictions; in sæminis, mensium defectu laborantibus, pediluvia ex aromatico-nervinis, fol. asari, lapathi, tabaci, ari, flor. chamomill. *Conf. Cautel.*

8. Dieta conveniens ubique observetur, abstinendo a cibis crassis, acidis, salis, potu aqueo frigido, item spirituoso; cavendo etiam a refrigeratione pluviosa, & nimia humiditate, hæc enim tonum relaxant, fibras emolliunt, & serum inspissant: eligendo cibum mollem, mediocriter aromatizatum, embamata Sinapios, raphan. marin. & subinde haustum vini generosi, quod digestionem egregie promovet. Omnibus autem hisce præferatur motus corporis placidus & perennans, ceu præstantissimum remedium aperiens & tonicum.

9. Ne affectus recrudescat præservative interdum lenia laxantia possunt adhiberi, e. g.

Recip. Extract. panchymag. Crollii Scrup. II.
fumar.

Centaur. min. ana Scrup. Semis,

Gumm. Ammoniac.

Galban. ana Scrup. I.

Myrrh. Scrup. Semis.

Mercur. dulc. gran. XV. M. f. pilulæ, dof. Scrup. I, singulis fere mensibus propinentur.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Ventilationes sanguinis, justo tempore institutz, præcipue in pedibus, egregie sublevant, & non raro spontaneas hæmorrhagias revocant; modo caveatur, ne, dominante adhuc sero-

- fitatis vappidæ intemperie, sanguinis, ut talis, qualiscunque fiat jaçtura.
2. Evitetur error ille communis, qui omnes cachecticos pro pure phlegmaticis declarat, & hinc calida, aromatica, præcipue olea destillata, promiscue & audacter exhibenda censet: hæc enim in sanguineis, sanguinem exagitando, notabile damnum inferunt.
 3. In specie Myrrha, sabina, crocus, & alia drastica pellentia, quando fœminis Cachecticis extra instantium mensium tempus exhibentur, illas in ascitem conjiciunt: favent enim magis ex-pulsioni sanguinis, quam illius attenuationi.
 4. *Evacuatio* humorum præparatorum commodissime fit per alvum; lenta tamen & succesiva repentinæ præferenda est, nisi ex accidentalibus causis saburra primarum viarum *turgeat*: & sic omnia ad naturæ ductum circumspecte instruenda sunt.
 5. Ubi acres stases & oppilationes viscerum jam in suspitione sunt, ac motus febriles hæctici conspirant, ibi tanto magis a crudioribus hydragogis commotionibus abstinendum, & res per lenia digestiva, aperientia, salia colliquantia, Essent. Alexipharm. temperat. expedienda est
 6. Quando Cachexia repulsæ scabiei succedit, ad specialem hujus causæ correctionem respiciendum est. *Conf. Tabul. de Scabie.*
 7. In chronicis affectibus, a serosa colluvie pendentibus, non ingens medicamentorum farrago, sed selectus & subordinata, tempestiva illorum applicatio commendatur.
 8. Inprimis, neglecto tali selectu, *Absorbentia* terrea ad cachexiam, qua talem, inepte propinantur: largiter enim ingesta, dy-crasiam seri reddunt tenaciorem; in ataxiis tamen primæ coctionis, per acidorum abusum inductis, sine noxa concedi possunt, licet tales casus rarius contingant.
 9. *Fumaria* non tam in alia, quam forma Extracti aut Infusi propinanda est; humoribus autem ipsis tantopere non succurrit, ut hinc effectus quasi supersticiosus, quem vulgus ipsi tribuit, expectandus sit.
 10. De *Ligno Quajaco*, quod tantopere in Cachexia laudatur, legi potest edit. noviss. Flor. Francic.

11. *Semina diuretica* caute sunt adhibenda, præstant his *salia digestiva enixa*, *Tincturæ alcalinæ*.
12. *Bufo*, extus & intus adhibitus, diuresin quidem movet, sed nullius *specialis* efficaciz observatur.
13. *Adstringentia*, *Martialis*, *Salia volatilia urinosa*, prius non adhibenda sunt, quam post debitam sufficientem humorum resolutionem, alias periculum inferunt, & in specie, copiosius propinata, hydropem accelerant.
14. Ad tumores pedum inter *Topica* usum habent acria aperientia, s. g.
- a) Hyeme *Cortex raphani nigri*, plantis pedum suppositus.
- b) Æstate *Chelidonium majus*, leviter conquassatum ad plantas, imo taleolos usque applicatum.
- c) *Sedum murarium*.
- d) *Decoctum tabaci*.
- e) *Spiritus lumbricorum terrestrium*, qui tumores initiales discutit, præcipue si malum a *spiritus ardentis* abusu proveniat.
15. *Camphora* autem cutim exsiccat, & reliqua topica impedit.
16. *Balnea sulphurea*, *aluminosa*, *adstrictoria*, cachexiam ad interiora magis repellunt, & in *stasin hydropicam* devolvunt.
Conf. Cautel. præcedentis Tabule.



TABULA LXV.

DE HYDROPE UNIVERSALI.

I. DEFINITIO.

Hydrops est tumor plus minus universalis, pallidus, & tactui frigidus, a vitio Lymphæ, & vasorum, illius depurationi infervientium, originem ducens. Derivatur ab ὕδωρ, aqua, & ἄπτωμαί, video.

II. DIFFERENTIA.

1. Hydrops quomodo a Cachexia differat, præcedente Tabula fufius indicatum est.

2. Est vel *universalis* vel *particularis*.

a) *Universalis* tres habet species:

1) *Anasarca*, quæ valde raro contingit, universum corpus occupat, & licet easdem cum Ascite causas communes habeat, hæc tamen intercedit diversitas, quod aquæ in Ascite non ita facile in superiores partes diffundi possint, quam diu æger erectum situm prosequitur.

2) *Ascites*, seu utricularis, abdomen potissimum occupat, & frequentius quidem quam Anasarca occurrit, respectu tamen aliorum morborum ad rariores etiam affectus referri potest.

3) *Tympanitis*, ubi abdomen instar tympani expansum est, Ascite simul concurrente. Etiam hic affectus oppido raro contingit.

b) *Particularis*, ad quem sequentes species referuntur,

1) Hydrocephalus, seu hydrops capitis.

2) Hydrops pectoris & pericardii.

3) Hydrops omentalis, ubi serum omento, tanquam sacco, inclusum detinetur.

4) Hydrops ovarii muliebris.

5) Hydatides, seu vesiculæ aquosæ, in hepate, liene, aut alio quodam viscere obvenientes.

6) Hy-

6) Hydrops supremæ regionis medullæ spinalis, secundum Wepf. rum.

7) Hydrocèle, seu tumor scroti, humore aquoso formatus.

c) Universalem hæc, particularem autem sequens Tabula exhibet.

III. SIGNA.

1. Generalia.

a) Tumor præternaturalis, pallidus, turgidus.

b) Tactu frigidus & mollis, ut cutis scrobiculum, per digitum impressum, aliquamdiu retineat, qui sensim iterum explanatur.

c) Lento & successivo gradu ordinarie hydropici affectus eveniunt, aliquando autem cum impetu quasi, & intra paucas septimanas prævalescent.

d) *Alvus* est liquida, lubrica, mucida, rarius adstricta.

e) *Urina* ad proportionem potus parcissima, per initia tenuis & aquosa, successu autem temporis crassitiem & ruborem exhibet.

2. Specialia.

a) *Anasarca.*

1) Oedematofus tumor, per universum corpus se diffundens, proportionate æqualis, & tanto infarctu habitum, corporis tumefaciens, ut cutis ad nitorem extendatur, & rupturæ quasi metum injiciat.

2) Durior hic tumor est, & quando premitur, impressi digiti vestigium *tardius* iterum evanescit.

3) Sub initium diu sæpe mobilis est, & qui vesperi, maxime post multas corporis exercitationes, ingens erat in pedibus, mane notabiliter disparet.

4) Est incrementi vel languidi, vel repente invalescentis; priori modo subsistit interdum medio quasi tumoris gradu, quem Veteres *phlegmatiam* appellarunt; ubi inflatio valde quidem conspicua, mollis tamen & satis laxa reperitur.

5) *Appetitus* valde est languidus.

6) Ad motum patientes sunt lassæ.

7) Ad sudorem admodum difficiles.

- 8) Conqueruntur, maxime post pastum, de angustiis precordiorum, & difficili respiratione.
- 9) *Somnus* est gravis & delassans.
- 10) *Urina* tenuis, aquea, non tamen diaphana.
- b) *Afcitis.*
- 1) Notabilis tumor, totum abdomen distendens.
- 2) Hic tumor communiter primo in pedibus sese exferit, unde magis magisque per femora ad ipsum abdomen ascendit.
- 3) Familiariter successive, interdum autem satis cito augetur, & denique totam cavitatem ita extendit, ut ad scrobiculum cordis usque conspiciatur.
- 4) Aliquando ingens, aliquando satis parca quantitas aquæ in abdomine reperitur, prout magno impetu effusio facta est, vel hydrops longius duravit.
- 5) Subsistit hic tumor, cum insigni plerumque pertinacia; noctu quidem, lecti calore, paululum subsidet, interdum autem redit, erectis nempe, ambulantis vel sedentibus ægris.
- 6) Quo magis invalescit, & abdomen distenditur, eo certius appetitus & vires cadunt, sitis autem inexplebilis accedit, habitus corporis superioris contabescit, & tussis cooritur, quæ, quo siccior, eo vehementior observatur.
- 7) In utroque sexu hic tumor genitalia occupat, speciatim in viris Hydrocele provenit, & *exomphalos*, seu protuberantia umbilici, non raro jungitur.
- 8) Reliqua signa lassitudinis, somni gravioris, urinæ &c. cum Anasarca habet communia.
- c) *Tympanitis.*
- 1) *Venter*, licet minus, quam in Afcite, molis habeat, ita tamen vehementer tenditur, ut, digito percussus, tanquam tympanum resonet, & levem murmurationem, sonitum, ac rugitum quasi exhibeat. *Vid. observat. Lommii.*
- 2) *Ructus* familiariter concurrunt, qui, quando emittuntur, aliquantulum sublevant patientem; quo magis autem suppressi manent, eo sensibilibus æger affligitur, ita ut vix stragulum impositum tolerare queat.
- 3) *Pedes* non æque adeo, uti in reliquis hydrophis speciebus, tument.
- 4) *Re-*

4) Reliquum corpus extenuatur.

5) Scrutinio anatomico venter, vel etiam intestina flatibus distensa, reperta sunt, unde hydrops siccus solet vocari,

IV. SUBJECTA.

1. *Anasarca.* Hanc præcipue incurrunt homines,

a) qui in febribus variis incongruis artificiis tractantur.

b) Quibus scabies per sulphurata, pingua unguinosa, intempestive retropulsa est.

c) Cachectici tam in Anasarcam, quam Ascitem, passim prolantur,

2. *Ascitis.*

a) Ætas juvenilis & media prompte & impetuose Ascitem incurrit; seniores autem rarius huic malo subjacent, & quando omnino id contingit, successively magis, quam præcipiti insultu ab eodem occupantur.

b) Sexus sequior, uti Cachexia, sic etiam Asciti, magis obnoxius est, quam virilis.

c) Item Temperamentum sanguineo-phlegmaticum præ reliquis temperamentis.

d) In specie fœminæ, quibus menses imminuti, vel plane suppressi sunt.

e) Viri post fluxus, imo motus saltem, hæmorrhoidalis cohibitionem.

f) In primis, quando in utroque sexu hæ sanguinis evacuationes fuerunt largiores, & consuetudine in habitum quasi antea deductæ.

g) Aliquando etiam Ascitem incurrunt, qui hæmorrhagiis diuturnioribus exhausti, nec analeptis & congruo regimine debite refocillati sunt; idque tanto certius, quo magis adstringentium abusus ejusmodi hæmorrhagiis oppositus fuit.

h) Fabricitantes, qui inconvenienter & præmatore per Chinam Chinæ, seu alios cortices adstringentes, Martialia &c. tractantur.

i) Quibus metastasis febrilis, erysipelas, vel phlegmone retropellitur.

k) Quorum dixta crassa crassis humoribus generandis apta est.

l) Qui thermis & acidulis, item spirituosis potionibus, abutuntur.

- m) Qui luxationibus, contusionibus, & immodestis refrigerationibus obnoxii fiunt.
- n) Tandem etiam *gravidarum* œdemata Asciti interdum ansam præbent.
3. *Tympanis*. Huic malo præ aliis subjacent
- a) Flatulenti, diuturnis ventriculi ac intestinorum inflationibus vexati.
 - b) Inprimis fœminæ, abortum passæ, aut in puerperiis male tractatæ, item menses vitio laborantes.
 - c) Viri post hæmorrhoidum suppressionem.
 - d) Interdum etiam illi tympanitem incurrunt, qui, sub diuturnis febribus, incongruis medicationibus tractantur,
 - e) Denique qui vermibus obsessi sunt.

V. CAUSÆ.

1. Hydrops, inprimis Ascites, easdem, quas Cachexia, causas sequitur, conf. Tabula antecedens.
2. Vitium autem *organorum* & viarum, quæ humorum depurationi inserviunt, in ordine causandi prius est, quam vitium *humorum*.
3. Licet enim vitium organorum probabiliter sæpius initia sua sumat a vitio humorum, incrementa tamen velocia, & incorrigibilis hujus mali perseveratio magis dependent a vitio organorum.
4. Et sic dyscrasia humorum est causa *generalis* & *remota* ad productionem hydropis.
5. Causa autem *specialis* & magis *propinqua* est depravatio organorum, sive ab humorum succesivo infarctu, sive ab aliis causis inducta.
6. Hæc organorum vitia occurrunt
 - a) Modo in Mesenterio & pancreate, ubi familiariter glandularum induratio & scirrhotitas, rarius autem infarctus & extensio, reperiuntur.
 - b) Modo & præcipue in hepate, quod visus in aliis, ordinarie in junioribus, hydropicis in globum quasi collectum, contractum, & exarsactum, in aliis, præsertim senioribus & anosis, insigniter inflatum & expansum deprehenditur.
 - c) Ad hæc organorum vitia pertinet etiam vasorum Lymphatico-

ticorum *ruptio*, cui tamen non adeo facile subscribendum est, nisi ubi diuturnior illorum extensio jam in conspicuas bullas, *hydatides* dictas, excrevit.

7. *Causa immediata & proxima* est stagnatorius seri & lymphæ infarctus, partim a vitio humorum, partim a vitio organorum inductus.
8. *Causæ, occasionalis & procatartica*, quæ humorum & organorum vitium contrahere possunt, in descriptione *Subjectorum* obiter quidem jam indicatæ sunt, quoniam tamen præcipuè & magis efficaces illarum peculiari adhuc nota accusandæ sunt, illas sequente ordine recensemus.
- a) Quævis artificia, quæ sanguinem in orgasmum & turgescientiam perducunt, viis exitui non exacte respondentibus,
 - b) Frequentissime omnium; molimina sanguinis excretoria, exitum non inveniunt, e. g. mensium, hæmorrhoidum.
 - c) abusus adstringentium, turgente eodem tempore sanguine, e. g. in febribus & hæmorrhagiis.
 - d) Enormes & diuturnæ hæmorrhagiæ.
 - e) Largior potus aquæ frigidæ, corpore excalesceto, unde stricte hepatis repentini & coagulationes subitanæ seri & Lymphæ; per hepar & glandulas mesaraicas oriuntur.
 - f) Refrigeratio humida, minus adsueta, spissitudinis humorum & lentiori efficacem præbet occasionem.
 - g) Denique notandum, quod importuniores & quasi violentæ adventitiæ causæ sæpius inducant hydropem, quam segniores illæ, in œconomia ipsius corporis subnata. Hujus censis sunt: contusiones, conquassationes, Venena pro medicamentis exhibita, & omni jure, excessivæ crebræ potationes spirituosorum, imo, obstructis præcipue visceribus, aquosorum, e. g. acidularum.
9. Defectus bilis non est causa hydropis, uti vulgo creditur, sed potius productum consecutivum vitii illius organorum & humorum.
10. Quod hydrops communissime ab infimis corporis partibus incipiat, vera causa est decubitus Lymphæ serosæ, hinc inde per peripheriam corporis stagnantis, & ex *gravitatis* nudo motu ita subsidentis, non autem ob caloris defectum, & inutilium par-

ricularum depositionem ad partes ignobiliores.

VI. PROGNOISIS.

1. Hydrops est affectus satis pertinax.
2. Quando a vitii humorum inductus est, facilius adhuc restituitur, quam si originem duxerit a vitio organorum.
3. Hinc *Anasarca*, & reliqui universales tumores, *Leucophlegmatie*, *cachexie*, in quibus viscera nondum adeo obstructa & læsa sunt, longe meliorem spem restitutionis faciunt, quam *Ascitus*, sive solitarie eveniat, sive cum *Anasarca*, uti interdum contingit, complicetur.
4. Ipsa sana ratio dicitur, quod, depravationem illam organorum, & præcipue hepatis *Metamorphosin*, quam cadavera secta monstrant, in integrum restituere, negotium sit omnium difficillimum.
5. *Ascitus* in ætate juniore & vegeta, lentoque sui progressu, quando mature tractatur, melioris est prælagii, maxime si nulla hæctica, aut magna respirandi difficultas, tussis sicca, facies livida, concurrant.
6. Quo magis autem, præcipue in ætate paululum proveciore, *Ascitici* de virium prostratione, orthopnœa, ardore interno, æstu inextinguibili, conqueruntur, eo propinquior est exitus lethalis.
7. Vasa Lymphatica quando perrupta sunt, illorum consolidatio vix unquam expectanda est; nisi forsan in fœminis, admodum robustis, sub mensium revocatione, aliquid sperare liceat.
8. *Oedemata* quando disparent, symptomata exasperantur, nempe majorem patientes perferunt angustiam, duriorum abdominis inflationem, dolores colicos, ardores febriles, appetitus & virium prostrationem, vomendi conatum; quæ omnia reverentibus illis mitescunt.
9. *Oedemata* rupta temporarium quidem levamen, sed funestum etiam ut plurimum eventum adferunt.
10. *Urina* quo magis crassa & rubicunda conspicitur, eo minor eluctandi spes affulget: nam hæcticæ complicatæ signum est.
11. Alvi obstructio omnia symptomata exasperat, aquosæ veropes illam excretionem, constantibus sibi viribus, utiles suar.
12. *Tympanitus* vera prognosi raro differt ab *Ascite*, sæpe enim in hunc affe-

effectum desinit, lethali plerumque eventu;

13. Quando vero febribus male tractatis succedit, nonnunquam admittit restitutionem, licet non adeo maturam, præcipue in robusto individuo & vegeta ætate.
14. Hæctica in tympanite consumptio, tussis sicca, cachecticus vultus, tumorum pedis incrementum, statum conclamatum significant.
15. Infantilis & juvenilis ætatis tympanites ad Atrophiam spectat, & ejusdem cum illa est prognoseos. *conf. Tabula, de Atrophia.*
16. Denique de *Paracentesi* notandum, quod novus aquarum proventus communiter repulset, quidquid vanæ pollicitationes in contrarium adducant. *Conf. Cautel.*

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis.

1. Viscera integritati suæ sunt restituenda; quod negotium difficillimum est.
2. Vitium humorum mucido-viscidorum est corrigendum.
3. Effusi hi & restagnantes humores, qui actu tumorem constituent, post sufficientem correctionem, sunt evacuandi; licet autem correctio, & evacuatio materiæ, viscerum tentandæ restitutioni postponantur, urgente tamen casu ordine medendi priores sunt.
4. Denique Tonus partium, per tumorem hæctenus enervatarum, est restituendus.

B. Methodus specialis.

Anasarca & Ascites sequente methodo tractentur.

1. Correctio humorum eo diutius prosequatur, quo magis hydrops inveteratus est, ut sufficiens resolutio & attenuatio obtineatur, & evacuatio deinde eo feliciter succedat. Præ aliis humores corrigunt
 - a) *Radices* Vincetox. Pimpinellæ albæ, Ari, Zingiber. Taraxac. bardan. petasitid. Helen. Raphan. Gentian. rubr. quæ omnia, licet etiam per diure. *sin* *evacuent*, plus tamen alterando præstant.
 - b) *Herbæ* Absinth. Centaur. min. Fumar. Card. benedict. Tanacet. item antiscorbutica acriora.
 - c) *Salia media & alcalica fixa*, e. g. Tartar, Vitriolat, Nitr, Anti-

*ubi a m...
vapor. lym...
odrigo e...
locum h...*

moniat. Arcan. duplicat. Sal Absinth. Centaur. min. Card. benediēt.

- d) *Gummi-resine*, v. g. Ammoniac. Sagapen. Galban.
- e) *E compositus* Tinct. Antimon. tarrarifat. Essent. Alexipharm. Stahlii, cum essentia Succini remixta &c.
2. Hæc eadem remedia veserandis etiam visceribus adhiberi possunt, provido selectu, nam quo magis adest phlegmaticus & mucidus status, eo acriora & amariora medicamenta indicantur, & quo magis sanguineum temperamentum concurrat, eo temperatiora remedia requiruntur; hepar autem siccum & exarsatum tanto difficilius reddit negotium. Solantur hic
- a) Humectantia, emulsiva, herba & flores bellidis.
- b) *Sapo* philosophicus, & chymico-medicus saponis usus, quorum utrorumque efficacia hic non rejicienda est.
- c) Item *vestura* in junctis, imo, tumore plurimum imminuto, *equitatio*, præcipue si cum hydrope tali a primo initio tusus sicca & vehemens, hæcticæ indicium, juncta fuerit.
3. Correctis sufficienter humoribus, ad serum extravasatum & restagnans evacuandum adhibeantur
- a) In robustioribus.
- 1) *Hydragoga fortiora*, e. g. Jalappa, Gummi guttz. Elater. Semen Carthami, herb. Soldanell. rad. Ebuli & sambuci, cort. med. Sambuci, succus radices irid. nostr. extract. & succ. esulæ, electuar. hydragog. Sylvii.
- 2) *Conjunctis diureticis & diaphoreticis*, e. g. succus raphanæ expressus, in recente malo cum saccharo crystallifato edulcoratus, Lixivium a Sydenhamo commendatum, Essent. alexipharm. decocta lignorum, præcipue Essent. ligni Sassafras.
- b) In *tencioribus* & in prævalescente hydrope.
- 1) *Mitiora laxantia cum epicrasi*, e. g. pilulæ ex amaribus extractis, aloë, gummi heder. junip. pilulæ Beccheri, Stahlii, majore dosi sumendæ, vel paululum acuendæ.
- 2) *Conjunctis itidem diureticis & diaphoreticis*, modo dictis, cum sudatione in Stuphis Laconicis, pro tolerantia & conditione ægri; commodior autem est sudatio in Anasarca quam Alcite,

4. Evacuatis ita humoribus *Tonica* tandem adhibeantur; & dixta euchyla cum motu corporis succussatorio, vectura, ulteriori viscerum apertioni prospiciatur. Præstant hoc

a) Condimenta aromatica temperata, præcipue Zingiber conditum.

b) Martialia, cum salibus digestivis combinata.

c) Salia volatilia, e. g. Spiritus C. C. cum alcalicis fixis, v. g. Tinct. Antimon. vel Tartari, anaticæ remixta. Item Spiritus lumbricorum cum Tinctura quadam alcalica combinatus, quæ mixtura etiam, maxime in junioribus, malo adhuc recente, & magis anasarcode, evacuantibus mox conjungi potest.

5. In *Tympanite* sequente modo medicatio instituat:ur:

a) Resolventia & carminativa per 2-3. septimanas præscribantur, e. g. digestiva, catarrhalia, gummi-resinz, extracta gentian. Centaur min. quibus limatura martis pro tono addatur.

b) Singulis ternis diebus interponantur lenia laxantia, e. lalapp. Mercur. dulc. pilul. Beccheri, conjunctis diureticis, superius commendatis.

c) Tandem *Tonica* propinentur, v. g. Tinct. Vitrioli Martis, vel alia supra laudata.

C. *Methodus specialissima.*

1. Quando defectus & suppressio mensium hydropem qualemcunque induxit, post debitam correctionem crasseos, lenia emmenagoga laxantibus misceantur. Conducunt hic præcipue pilulæ Beccheri, Stahlii, quæ continuato usu seroso lymphalem colluviem eliminant, & etiam fluxum mensium reducant.

2. Si manifeste ab hæmorrhoidum suppressione hydrops proveniat, hirudines ad intestinum rectum applicare convenit.

3. Ubi autem hydrops ab excessu hæmorrhægiarum originem sumit, ibi balsamico-analeptis patiens reñciatur, & *Tonica* conjungantur.

4. In causis febrium, perverse tractatarum, magis conducunt antifebrilia.

5. In hydropæ, per scabiem retropulsam inducto, interne antisca-biosa adhibeantur. *Conf. Tab. de Scabiæ.*

6. Febriles hecticodes æstuationes quando accedunt, Nitrum, cum

Sale digestivo conjunctum, propinetur.

7. Tympanites, a febre intermittente suppressa originem ducens, exposcit maturam hujus revocationem per digestiva salina & amara cum laxantibus,
8. & quando alvus ficca & stricta est, solvatur per Clysteres emollientes carminativos; toti vero abdomini imponatur emplastrum saponatum Barbette, tanquam egregium resolvens, vel linimenta ex oleis carminativis.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Ante omnia evitetur irritum illud conamen, quod, neglecta humorum correctione & præparatione, statim ad evacuantia accelerat; quæ methodus admodum est periculosa: licet enim tumor evanescat, hæctica tamen inducitur, imo sphacelosa plane corruptio inde subnasci solet.
2. Hinc etiam ipsa diuretica, salina drasticotera, spiritus acidi non promiscue adhibeantur, alias non tam corrigunt materiam, quam per urinam expellunt.
3. *Salia volatilia*, quando sub initium pro scopo attenuante & aperiente propinantur, tum viscera indurata adhuc magis constringuntur.
4. *Sulphurea spirituosæ*, e. g. Vinum generosum, Spiritus vini, item salia volatilia oleosa, aromatica, quando immodeste exhibentur, facile calorem hæcticum inducunt, cum oris siccitate & corporis inquietudine.
5. *Sulphur* minerale externo usu nocet: pauca autem illius grana, cum aliis congruis remediis mixta, & propinata, non rejiciuntur.
6. *Acidularum* usus mortem accelerat.
7. *Therma* etiam improbantur: licet enim illæ, quæ *calcarie* sunt indolis, tutiores existant, quam aluminosæ, melius tamen est, prorsus ab illis abstinere, nimia enim humiditas tonum partium magis relaxat.
8. Lignosa *antivenerea* ad correctionem non commendantur.
9. *Amara* verosimiliter viscerum magis reserationi & restaurationi quam humorum alterationi inserviunt.
10. *Zingiber* remedium hic valde efficax est, magis autem corrigendo materiam & afficiendo vias, quam, secundum Antiquos, hydragoga temperando. Certe egregie fundit, & incidit sero-

sam sanguinis visciditatem. Idem hoc præstat *radix Aris*; quæ Zingiberi quoad acrimoniam similis est.

- II. Ex Antiscorbucis raphanacea, præcipue radix armoraciz, vino infusa, præmissis præmittendis, eximie se gerit. Reliqua, etiam ipsa cochlearia, incerti hic sunt effectus.
12. Providus *hellebori albi* usus, non emeticus, sed alterans saltem, uti alias in chronicis, ita & hic laudatur ab experientia.
13. *Mercurius* autem vite anceps est, & vomitus periculosos suscitatur.
14. *Crystallus Lune* pro scopo diuretico nemo peritus facile probabit.
15. *Cantharidis* provide admodum in usum vocandæ sunt, facile enim renes & vesicam arrodunt.
16. Pilulæ ex amaris extractis, e. g. Centaur. min. Absinth. Card. bened. Fumar. & evacuantibus, v. g. gran. unum vel alterum Euphorbii, lalappæ vel Gummi guttæ, adject. gum. galban. Sarcocoll. paratæ, & per plures dies continuatæ, egregium usum præstant, in primis quando diuretica lenia, quæ humores excretioni etiam apostos reddunt, interponuntur; quo nomine laudantur Tincturæ alcalinæ, e. g. Antimonii acris, Salis Tartari, cum essentia *Succini* conjungendæ. Item Essent. lignorum, in specie Essent. *Sassafras* aromatizata; laudatur etiam gummi *Juniperi*, quod nonnulli ipsi succino præferunt.
17. *Carthamus*, & illius semen, item etiam rad. *lalappæ*, & ex Antiquorum censu *Soldanella*, seu brassica marina, satis temperate; gummi autem guttæ, cortex *Ebuli* & *Sambuci* fortiter evacuant.
18. Non dubitandum, quod illa seri portio, quæ in abdomen effusa est, satis fluxilis sit, ut non opus habeat præparatione ad absorptionem in vasa, commode tamen resolventia & incidentia præmittuntur, ut viscera expurgentur, & ad transmittendos humores apta reddantur.
19. *Vena scellio* in nulla hydropis specie probatur, multo minus, ubi malum altiores jam egit radices.
20. *Scarificationes*, ad serum in externis partibus evacuandum institutæ, valde improbantur: superficiales enim parum evacuant, & nihilominus difficulter consolidantur; profundiores autem sphacelofam corruptionem inducere valent.
21. *Paracemesis* plures involvit difficultates, constantem tamen efficaciam non præstat; & licet in illis, quorum viscera adhuc il-

ammoniac.

si cineres, et
O Geniva.

21. Ictus sunt, & ubi malum a causa quadam externa originem duxit, solidum auxilium adferre possit, raro tamen necessaria est.
22. *Vescicatoria* etiã plus incommodi, imo periculi, quam auxilii adducunt.
23. *Salivatio mercurialis* nullo modo probatur: hæc enim non corrigit seroso-viscido-spissos humores, sed lympham falsam, coagulatam; & quoniam in hydrope perspirabilitas illa, quam salivatio requirit, ob humorum spissitudinem, ægre obtinetur, gravis inde damna, stases, paralytes, introduci possunt.
24. *Sudationes* usum omnino suppeditarent, præcipue in *Anasarca*, & ubi malum a causis externis, illæsi adhuc visceribus, inductum est, si modo absque sanguinis commotionibus impetrandæ essent: his enim accedentibus res est valde anceps, præsertim quando sudor plane non succedit.
25. Ad hanc sanguinis exsuationem evitandam, remedia externa, pro scopo sudatorio, magis commendantur, e. g.
- a) Inventio Borrichii, qui multis vesicis, aqua calida repletis, patientem fovere jubet.
- b) *Stupha sicca*, salvo capite, præeuntibus plebejis, qui clibano corpus intrudere, caput autem libero aëri exponere observantur.
- c) Quid ad hunc finem folia *fraxini* ficcata, & externe circumdata, valeant, experientia relinquitur; ubique autem monetur, quod hæc omnia irrita sint, nisi interna remedia debite præmittantur & subjungantur.
26. *Causica* acriora, externe adhibita, materiam sive ad interiora retropellunt, sive, cute disrupta, eandem cum variis incommodis contumaciter deinde emanare faciunt. Commodissime hinc illa Topica applicantur, quæ Tabula de Oedemate sub metho generali commendata sunt.
27. In *Tympanite* fortiores evacuationes minus, quam in *Ascite* locum habent; leniores autem per alvum, urinam, & sudorem usum suum præstant.
28. *Tympanitem* spasmi accensere, contra rationem est: in affectibus enim flatulentis remissio potius, quam rigida intensio occurrit.
29. *Tonica* prius non adhibeantur, quam post sufficientem correctionem & evacuationem humorum, alias major hepatis obstipatio inducitur. & omnia exasperantur.

TABULA LXVI.
DE
HYDROPE PARTICVLARI.

I. DEFINITIO.

Hydrops particularis est tumor tactu mollis, & pallidus, in certa quadam corporis parte contingens: a vitio modo humorum, modo organorum inductus.

II. DIFFERENTIA.

1. Septem species hydropis particularis præcedente Tabula jam indicatæ sunt, & sub signis potissimum repetentur.
2. Hydrocele bene distingui debet a Pneumatocele seu hernia ventrosa, quam differentiam sequentia docent.
 - a) Quando tumor in loco obscuro ad lumen candelæ adspicitur, tum Hydrocele, minorem, Pneumatocele autem majorem offert diaphaneitatem.
 - b) Hydrocele ubi manu tangitur, pondere gravis, Pneumatocele autem longe levior est.
 - c) Hydrocele consistentem, Pneumatocele autem ætatem magis infantilem & puerilem occupat.
 - d) Hydrocele, nisi Ascites concurrat, lento admodum gressu, Pneumatocele autem repente, incrementum sumit.
 - e) Hydrocele sponte suararius imminuitur, & si quid imminuatur, in reliqua parte sensibilis laxitas & inanitio conspicitur; Pneumatocele autem frequentius alternare observatur: modo enim tumor est remissior, modo intensior, nulla tamen partium laxitate, sed æqualitate ubique conspicuus.

III. SIGNA.

A. Hydrocephali.

1. Tota superioris capitis regio, a fronte juxta tempora ad occiput sursum versus, dimenso quasi circuitu, in molem aliquando stupendam extumescit.
2. Quæ inflatio sublucida est, præcipue quando candela retro eandem adhibetur.
3. Aliæ partes, e. g. labia, nasus, præcipue etiam oculi, ordinariam suam servant magnitudinem.

B. *Hydropis pectoris.*

Certiora de hoc signa non prostant, quod enim de fluctuatione sub decubitus mutationem memoratur, aut, quia talis effectus etiam alterutrum saltem latus occupare potest; de gravi impedimento respirationis, quando zger in latus sanum recumbit, allegatur, non sufficit ad diagnolin certiozem.

C. *Hydrocele.*

1. Tumor scroti, tactu ut plurimum mollis, interdum tamen plane rigidus, plerumque sine doloribus.
2. ad anserini ovi magnitudinem, imo majorem aliquando, excedens.
3. Latus illud scroti, quod hac mole diu oneratur, densius redditur.
4. Aliquando jungitur Asciti, aliquando solitarie evenit, & tum lenitius saltem augetur.

D. De reliquis speciebus, e. g. ovarii muliebris, hydatid, certiora signa non prostant.

IV. *SVBJECTA.*

1. *Hydrocephalus* communiter infantibus post laboriosum partum evenit, ubi tumor statim post exclusionem initia sua manifestat.
2. *Hydrocele* familiariter occurrit in Asciticis, & deinde etiam in illis subiectis, quæ externam scroti contusionem, compressionem, vel alium violentum contactum, quod probe notandum, experta sunt.

V. *CAUSÆ.*1. *Hydrocephali.*

- a) Hic affectus vix non semper violentam causam habet externam, nempe si infans, sub partu, capite ex utero promineat, tum spastica uteri contractio massam humorum ad caput violentius restringit.
- b) Et sic causa proxima & continens est infarctus œdematosus a distensione partium non solum exteriorum supra calvariam, sed & ipsius substantiæ cerebri, inductus.

2. *Hydrocelæ.*

- a) Causa continens est dilatatio meatus illius, qui ex abdomine in scrotum tendit.
- b) Causa occasionalis, quæ huic dilatationi viam sternit, est clamosa ejulatio: unde humiditas illa pedetentim in scroti cavitatem, & distensas partes delabitur. VI.

VI. PROGNOISIS.

1. *Hydrocephalus*, quando intra leniorem adhuc gradum subsistit, non ita difficulter iterum tollitur; invalescens autem periculo non caret: nam gravis cerebri perversio non facile ad legitimam structuram reducitur.
2. *Hydrocele*,
 - a) Ab externis violentis causis inducta, facilius dissipatur,
 - b) Ad altiorem autem pueritiam continuata, familiariter Cachexiam conciliat.
 - c) Ipsa autem portio aquosa, in hunc locum collecta, per multos annos sine corruptione, teste experientia, durare potest.
 - d) Quæ vero hydrocele ab interna causa ortum sumit, & cum Ascite complicata est, illa difficillimæ est restitutionis: nisi enim Ascites funditus extirpetur, Hydrocele minime cedit.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. *Hydrocephalus* sequentè ordine tractetur.
 - a) Nutrici, vel, si fieri possit, infanti, per aliquot dies exhibeantur k nia laxantia, inter quæ præstant phlegmagoga.
 - b) Externe foies discutientes applicentur, e radice iridos florentinæ, & reliquis anticatarhalibus, uti & herbis, floribus, ac seminibus coronariis, carminativis. *Janu. antih. du*
 - c) Reliquo tempore emplastrum Saponatum Barbette per aliquot subinde horas imponatur.
2. *Hydrops pectoris* rarior est, & generalem illam exposcit medicationem, quæ præcedente Tabula indicata est; Licet autem Paracentesis hic æque ac in Anasarca locum habeat, ejusdem tamen cum illa est considerationis & difficultatis. *Conf. Cautela Tabula antecedentis.*
3. *Hydrops pericardii* rarissimus affectus, & in artificum magis inventis, quam Naturæ operibus quærendus est.
4. *Hydrocele* sequente ratione tractetur.
 - a) *Incerne* adhibeantur lenes evacuationes cum epicrasii, e.g. rad. irid nostrat. Sem. Carthami cum herbis resolventibus; amaris; ubi autem vires constant & Ascites complicatur, ibi fortiores evacuationes locum habent, nempe illæ, quæ sub Ascite memoratz sunt. *Ex*

b) *Externe.*

1) Discussio promoveatur per nervina carminativa, mediante sacculo, cum vino calido imbuto, per aliquot dies applicanda, e. g.

Recip. Rad. irid. florentin.

Caryophyllat.

Vincetox.

Bryon.

Sigill. Salomon. ana Unc. femis.

Herb. Chzrefol.

Bardan.

Rorismarin.

Geran.

Puleg. ana Man. I.

Flor. Chamomill.

Melilot. ana pug. II.

Sem. Cumin.

Petrofelin.

Ammios. ana Drach. II. M.

2) Ad repulsionem efficax est Sulphur in Lixivio calcis vivæ adhibitum.

VIII. CAUSÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Ubi visceris alicujus lates in hydrope particulari concurrat, ibi eadem difficultas, quæ hydropem universalem premit, in medicatione observatur.
2. Ejusmodi hydropes particulares, quando febribus succedunt, uti febres tractantur: nempe digestivis & aperientibus; quo casu usus Martialium, & Salium volatilium, cautissimus esse debet.
3. Non frivole, sub *methodo* Hydrocephali, emplastri saponati applicatio certis horis, pro una vice, circumscripta est: si enim nimis diu impositum maneat, pustulæ enascuntur.
4. Cavendum etiam est, ne sacculi, calide applicati, diuturniore mora refrigerent.
5. Hydropes particulares, qui in *pectore* conringunt, magis pro congectionibus & stagnationibus sanguinis, serofas secessiones generantibus, quam pro causis vitiosis lymphalibus, reputandi sunt;

sunt ; non aliter ac mors anxia *polypum* generat, qui hinc pro causa ipsius morbi & mortis non ita libere, uti fieri solet, pronuntiandus est.

6. *Hydrocele* saepe discutitur morbo interno manente: unde discussioni simplici tanta opera non erit impendenda, sed lymphæ potius correctio necessaria est; quæ autem sollicitam tractationem requirit, evitando ubique impetus sudoriferos & purgatorios.
7. *Camphorata* sanguineas quidem portiones discutunt, sed tum seroso-mucidæ partes magis inspissantur: hinc nihil præsidii ad Hydrocelem in illis querendum est.
8. Potus calidi sedulo adhibeantur, frigus autem & frigida evitentur, quia magis inspissant,


 TABULA LXVII.
 DE
 ICTERO.

I. DEFINITIO.

Icterus est bilis excrementitiæ per universum habitum corporis diffusio, modo ab obstructione ductus Cholodochi, modo, & frequentius quidem, ab hepatis constrictione, transitum bilis ad folliculum & intestina intercipientem, originem ducens. Derivatur hæc denominatio vel ab *ικτις*, *viverra*, cujus oculi tali colore tincti cernuntur, vel ab *ictero*, ave nempe illa, quæ germ. *Gold*, *Hämmerche* vocatur. Dicitur etiam *Aurigo* ab auri colore; item morbus regius.

II. DIFFERENTIA.

1. Icterus est vel *flavus*, vel *niger*; quam differentiam subsequencia signa, & causæ docebunt. De *flavo* magis valet Definitio.
2. Porro icterus est vel *idiopathicus*, qui sine alio morbi progressu

per se exoritur; vel *symptomaticum*, qui aliis morbis, e. g. febris biliosis, succedit.

3. Differt verus icterus a colore illo icterode, quo infantes statim post partum tincti observantur: hic enim color nullius est considerationis, & post meconii debitam excretionem sponte familiariter evanescit.

III. SIGNA.

1. *Flavi.*

- a) Invadit cum insigni lassitudine, quam interdum aliqualis horror præcedere solet, præcipue, ubi excandescencia animi huic malo ansam dedit.
- b) Hanc lassitudinem excipit specialissimum signum, omnibus ictericis familiare, nempe strictura & compressio sub scrobiculo cordis.
- c) Unde anxietas repentina, & angustia præcordiorum, interdum plane suffocativa, ad minimum cum difficili respiratione.
- d) Imo omnes icterici, quos cito, licet non tanto impetu, affectus obruit, sentiunt etiam pressionem talem sub hypochondriis, ordinarie versus latus dextrum.
- e) Melius habent, si erecto corpore sedeant, quam sub decubitu vel obambulatione.
- f) lungitur interdum febricula quædam, nempe calor solito major, præcipue quando cum aliquo horrore malum invadit, vel post versationem in libero aëre frigus aliquod in partibus externis per sentitur.
- g) *Alvus* modo segnior, modo laxior est, cum pallidis ut plurimum, interdum etiam lientericis, excrementis.
- h) Sub his omnibus *flavedo* in peripheria satis mature sese manifestat; primo quidem in oculis, deinde autem per totum corporis habitum.
- i) *Urina* flavedinem exhibet saturatam, & quando agitur, parietibus vitri hunc flavescensentem colorem affigit; imo si paucæ saltem illius guttæ linteæ vel Chartæ adspersantur, flavedine illa tinguntur *verruca*.
- k) *Appetitus* familiariter est dejectus, & ubi omnino patientes aliquid cibi adsumunt, statim pressionis illius circa scrobiculum per sentiscunt incrementum.

- l) *Somnus est inquietus, interdum multus & profundus.*
 m) *Cum his omnibus conspirat animi languor & fastidium.*
2. *Nigri.*
- a) *Major gradus languoris corpore & animo.*
 b) *Color est nigricans, non solum in oculis, superficie corporis, urina, sed etiam ipsa subinde saliva, quæ ad minimum saturata flavedine rejicitur.*
 c) *Concurrit calor hecticus cum inquietudine, tabescentia, & appetitus majore communiter prostratione.*
 d) *Tensiones & pressionēs, quæ in ictero flavo latus dextrum ordinarie occupant, hic in sinistro sentiuntur.*

IV. SUBJECTA.

1. *In genere omnis ætas, uterque sexus, & quodlibet temperamentum ab ictero corripitur.*
 2. *In specie tamen cholericæ præ aliis huic affectui obnoxii sunt, & ætas præcipue juvenilis ac senilis.*
 3. *Specialissime, qui causas occasionales subsequentes incurrunt.*

V. CAUSÆ.

1. *A vitiosa bilis eccrasi hoc malum provenire, certissimum est, unde autem hoc vitium oriatur, per individua non semper liquet.*
 2. *Negari quidem non potest, quod interdum obstructio ductus cholodochi hoc vitium inducat, frequentius tamen in constrictione hepatis querendum est, quæ strictura transitum bilis ad vesiculam illius & intestina intercipit.*
 3. *Causæ occasionales & præcætericæ sunt:*
- a) *Puerorum Adiphiagia, vel alia crassa ac inordinata dixta.*
 b) *Repentina repressio hæmorrhagarum, e. g. mensium, hæmorrhoidum, quo casu icterus non raro Hepatitem præoccupat, vel interdum hanc ipsam consequitur.*
 c) *Suppressio febrium intermittentium, præcipue quartanarum.*
 d) *Excandescencia animi, inprimis suppressa.*
 e) *Symptomatica interdum icterus febribus biliosis supervenit. Conf. Hippocrar. aphor. ¶. Sect. IV.*
 f) *Emetica fortiora, præcipue in sensibilibus cholericis,*
 g) *Immodestus potus frigidus, corpore calente.*
 h) *Scirrhus hepatis constitutio.*

i) Calculus in cystide fellea.

4. Causa icteri nigri in chronico & contumaci lienis vitio magis

VI. *PROGNOSIS.* (constitit.

1. Icterus in junioribus facilius tollitur, quam in annosis; raro etiam illos cum tanta vehementia invadit.

2. Quando cum magno impetu occupat patientem, periculum subest febris acutæ vel lentæ hæcticæ.

3. Icterus, quando febre acutæ, quarto circiter die, vel ante eundem, & quidem cum magno insultu accedit, ingens vitæ periculum portendit. *vid. Cant. num. 16.*

4. Quo magis viscerum obstipatio, a febris intermittentibus suppressis inducta, prævaleat, eo majoris periculi est affectus, febris autem cohibita quando revocatur, spem facit restitutionis.

5. Quibus vel ter ictero corripuntur, in consuetudinem quasi hujus morbi deducuntur, ut deinde sæpius illi obnoxii fiant.

6. Icterus quando difficilem respirationem, anxietatem, pressionem circa præcordia, phlogosés, oppletionem pectoris quasi asthmaticam dñu & pertinacius fovet, tum sive hæctica, sive ascites, cum vel sine tumore pedum, succedit, & emaciatio atrophica sequitur.

7. Color flavus, si in ictericis repente in album iterum transeat, pessimum est præsagium: scirrhosam enim hepatis constitutionem designat.

8. Fluxus hæmorrhoidalis, ictero superveniens, spem facit felicitis hujus mali solutionis.

9. Sic etiam bonæ notæ sunt largiores illi sudores, qui flavedine sua indusia tingunt.

10. Icterus, qui in adultis a spirituosorum abusu exoritur, ob conjunctam hepatis exarescentiam, indolis est deterioris.

11. Fit interdum, ut febris quartana ictero superveniat, conatu quidem non culpando, effectu tamen insufficiente. Sic etiam icterus interdum succedit quartanæ, per chinam chinæ suppressæ, qui, quo contumacius invadit, eo majorem hepatis obstipationis & præsentis hæcticæ metam infert.

12. Verbo: icterus levior non adeo periculosus, modo caveatur, ne alius pejor affectus concurrat: prævalefcens ut plurimum est lethalis: si non excernatur bilis, degenerat facile in febrem acutam:

tam:

tam: ubi nimium effunditur, abit in febres biliosas: quando ab hepatis constipatione bilis retinetur, transit in hecticam.

13. Icterus niger in specie difficulter curabilis est, præcipue si senes invadat, aut diutius jam patientem occupaverit: hectica tabe ægri tales plerumque moriuntur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis.

1. Mucosum & tenax coagululum, quod vel hepar, vel ductum cholo-
dochum obstruere, & sic bilis ad intestina transitum impedire so-
let, est incidendum & resolvendum; quo scopo commendantur
 - a) Radices catarrhales, e. g. helenii, Vincetox. Pimpinellæ albæ,
Ari, item gentian. rubr. Cichor. Tarax. aristoloch. utriusque,
quinque aperientes.
 - b) Herbe Centaur. min. absinth. card. benedict. Marrub. alb. Ca-
pill. Vener. Cuscut. Epithym. imo Fumaria usum hic ha-
bet abstersivum.
 - c) Semina Dauci, sæniculi & coriandri etiam bene se gerunt.
 - d) Salsa digestiva, e. g. Tartar. Vitriolat. Nitr. Antimoniat. arcan.
duplicat, cum quantitate Nitri, Arcanum tartari recte præ-
paratum, Tartarus tartarifatus recte præparatus; item Salia
Ammoniacalia regenerata, *cineres cavellari.*
 - e) Gummi-resine, e. g. Ammoniac. Galban. Sagapen. Sarcocoll.
 - f) & compositis Tinctura Antimonii tartarifata, Tinct. tartari.
 - g) Specificæ laudantur: rad. curcumæ, chelidon. maius, herb. ab-
rotan. Sem. aquilegiæ, nasturtii, napi, lumbrici terrestres,
millepedes cum croco vel in succo, vel electuario vel Tra-
gea, fel animalium. *Stercus Anterinum selectum in sea*
2. Motus constriCTORII in hepate & ductu biliario sunt leniendi,
emolliendi, & relaxandi, ut bilis legitime e massa sanguinea
possit secerni, & ad intestina deduci. Ad lenem talem relaxa-
tionem & dejectionem expediendam Rhabarbarum præcipue
commendatur vel in forma pulveris, vel, si ardeat, in forma
Infusi, conjunctis foliis Sennæ, rad. Polypodii, & resolventi-
bus modo commendatis.
3. Portio autem illa ad superficiem corporis jam diffusa, est juven-
da, ut excernatur; ubi commode Antimonium diaphoretici-
cum cum Sale quodam digestivo, & absorbente remixtum, ad-
hibetur,

*2. f. bl. umb.
ff. ff. ff.
Sumat aliq.
ad p. d. or
in h. m. ff.*

*Cochineæ
internæ.*

4. Denique tonus partium naturalis est restituendus; in quem finem conducunt Martialia tenuiter resoluta, v. g. Crocus Martis aperitivus Stahlî, & lenia tonica e vegetabilibus, e. g. rad. fragar. rub. tinctor. Caryophyllat. herb. agrimon. Scolopendr. adianth. alb.

B. Methodus specialis.

1. Ubi malum adhuc recens est; ter vel quater per diem exhibeantur Salia digestiva, cum Nitro combinata.
2. In suspitione iracundiæ prægressæ his pulveribus absorbens ali-quod modica portione remisceatur.

3. His digestivis interponantur lenia laxantia, e. g. pulvis Rhabarbari Drach. Semis vel Scrup. II, cui pro lenissimo stimulo Scammonium bene correctum adjiciatur.

4. Vel ex herbis & radicibus resolventibus, ac dictis laxantibus, nempe Rhabarb. Senn. Polypod. fiat nodulus, vino immittendus, de quo expresso mane, item versus prandium & cœnam haustus sumatur, ein Spiß Glas voll & mox deinde Scrup. I, de pulvere digestivo salino singulis vicibus subjungatur. Hac ratione recentior adhuc icterus satis promte expeditur, imo in herba quasi suffocatur.

5. Ad excernendam autem illam portionem, quæ ad superficiem jam diffusa est, pulveri digestivo salino versus somnum Grana VI. Antimonii diaphoretici misceantur.

6. Quando hæc per aliquot dies continuata sunt, & icteri decrementum observatur, facessente nempe sensim colore ex oculis, & reliquis corporis partibus, tum tenuiora Martialia salinis digestivis ad gr. II - IV. pro dosi immisceri, & bis per diem, nempe versus prandium & cœnam, propinari possunt, qua ratione naturalis tonus reducitur, constrictio remittitur, & alvus simul leniter promovetur; repetendo tamen subinde laxans rhabarbarinum; vel si forma liquida pro tono roborando magis placeat, loco pulveris Essentia quædam stomachica amara, e. g. Centaur. min. gentian. rubr. cum Tinct. Martis Ludovici propinetur.

7. Ubi etiam icterus alius jam hæret, ibi eadem blanda valet methodus, quæ autem diutius est continuanda; quo casu inter remedia resolventia præcipue locum habet radix Curcumæ ad Scrup.

Scrup. I. propinata : præmissa, interposita, vel subjuncta, semper leni laxatione.

8. Regimen æquale & leniter diaphoreticum ubique conservetur.
9. Quo magis commotiones febriles cum siticulositate concurrunt, eo magis Nitrum & Antimon. diaphoreticum cum salibus digestivis debent combinari.
10. In junioribus, supra puerilem ætatem, quia icterus facile cedit, vix opus est multis medicamentis, sed sufficiunt leniter discutientia & ad superficiem expellentia; ubi Essent. Alexipharm. bis vel ter per diem exhibita, & versus noctem pulvis salinus absorbens cum Antimon. diaphoret. gr. VI. VIII. sub initium satisfaciunt.
11. Denique, quia icterus facile revertitur, præoccupando inserviunt lenes evacuationes cum epicrasi, aliquoties per annum repetendæ, e. g. fiat vinum medicatum ex herb. rad. resolyntibus, rhabarb. polypod. Senn. & singulis anni quadrantibus per aliquot dies exhibeatur.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ,

1. Icterus non tolerat fortiores commotiones, sed omnium excretionum lenem exposit promotionem.
2. Exulent itaque *Vomitoria*: licet enim per eadem sincera tandem bilis ejiciatur, folliculus tamen fellis sub hisce commotionibus fortius comprimitur, & quia obstructio quædam a mucoso & tenaci coagulo, aut stricturâ intestini duodeni versus ductum cysticum, præsto est, majores effusiones & diffusiones bilis per massam sanguineam contingunt, unde non solum insigniores angustiz & cardialgiz, sed febres plane acutz, aut lentz hecticz inducuntur.
3. Eodem etiam loco collocanda sunt *purgantia* fortiora; imo ipsa *laxantia* paululum efficacia non conducunt, exceptis illis, quæ sub methodo commendata sunt, quibus jure adhuc adnumeramus *Sal Anglicanum*, ob virtutem, quam præstat, leniter resolventem & evacuantem.
4. Sic etiam coactz *sudationes*, per calida diaphoretica & regimina productz, universum malum exacerbant.
5. *Martialia* legitime usurpata, nempe aperientibus & resolventibus subjuncta, uti egregie se gerunt, ita notabiliter malum ex-

asperant, quando pramature adhibentur.

6. In eligendis medicamentis aperientibus & resolventibus temperamenti rationem habere convenit: nam in cholericis salia digestiva, item succus Cichorii, taraxaci, & mitiora antiscorbatica magis conveniunt, prapcipue ubi febris complicatur; in aliis autem fortiora resolventia, e. g. Gentian. rubr. Centaur. min. locum habent.
7. *Sapo purus* tuto interne sumitur, & in resolvendis ac abstergendis mucositatibus non est contemnendus. Dos. Drach. Semis ad Drach. I. impurus autem catharsis, & inprimis nauseam, producit.
8. *Concha usta* in ictero aliquando exhibuerunt effectum, a gran. XXX. ad XL. propinatæ.
9. *Balnea*, ad colorem flavum abluendum, prescribere, Labor est supervacaneus.
10. Ab anicularum frivolis, nauseabundis experimentis, hinc inde celebratis, e. g. stercore gallinaceo, & aliis absurdis, cavendum est.
11. *Lumbrici terrestres* non plane frustra, ad propellendum icterum, a quibusdam specificè laudantur: ubi insuper ustulati, non autem ambugti ad nigricantem colorem, conducere perhibentur. Possunt vel per se, & quidem sine omni periculo, vel cum momento Nitri, propinari; quod tanto commodius est, quia liquorem eorum, cum Nitro imprægnatum, diutius conservatur.
12. Laudant de reliquo Practici remedia acriuscula, & prapcipue illa, quæ flavo simul colore prædita sunt, e. g. rad. Chelidon. major. Curcum. Croc.
13. Paracelsus prapcipue *radicem Carcumæ*, quæ penetrantis est acrimoniæ, tanquam specificum commendat: neque etiam contemnenda est, licet adeo insignis effecta ei non adscribenda sit.
14. Radix *Chelidonis majoris* pro specifico quidem venditari non potest, præmissis tamen abstergentibus, & leniter expedita alvo, quod in omnibus specificis observandum, locum habet.
15. *Sympætheticæ* curæ in ictero rarius effectui respondent: interdum enim nihil, interdum vero contrarium agunt, e. g. O-vum in urina patientis coctum, & acervo formicarum, ad consum-

*Aranea cortice
nit inclusa et
oppensa per 5
dieg. Jonec amonia.*

- sumtionem, impositum. Non temere talia exhibenda sunt, præcipue in sensibilibioribus, qui gravia subinde pericula per illo- rum usum incurrunt, maxime si apospasmata a corpore hu- mano putref. Etioni aut ustioni exponantur,
16. *Crisis icterica*, quæ in febris biliosis interdum apparet, non adeo magnam involvit considerationem, mature enim utplu- rimum iterum cedit. *Conf. Prognosis num. 3.*
17. Quæ subjecta flavedine faciei, & præcipue oculorum, facile sus- funduntur, hepatis debilitate laborant: hinc ad visceris hujus vitium semper respiciendum est, quoties aliis morbis corripi- untur;
18. Maxime si sordes biliosæ ad renes devolvantur, & sabulum ibi generent, vel coagula Lymphalia scabiosa producant, tum sa- ne cautiùs eccrises tales tractandæ sunt, ne regurgitatio versus hepar jam labefactarum incitetur.
19. Icterus, a suppressis febribus, hæmorrhagiis, & doloribus po- dagricis retropulsis exortus, uti semper periculosior est, quam qui a diætæ vitio originem duxit, ita etiam longè cautiùs & moderatius est tractandus.
20. Diætæ crassa viscida fugiatur, eligendæ aromatica illa hortensia, leni diuretica virtute prædita, æ g. petroselin. asparag. Cichor. intyb. nasturt. beccabung. quibus reliqui cibi quasi condian- tur. Vinum rubellum, subadstringentis efficaciz, ubi inte- meratum haberi potest, etiam conducit.
21. Alvus minime obstructa sit, nunquam autem notabili stimulo solvatur.
22. Motus corporis, quantum pro rerum circumstantiis obtineri potest, injungatur,



TABULA LXVIII.

DE

SCABIE.

I. DEFINITIO.

Scabies est affectus cutaneus, e stasi & corruptione materiz seroso-lymphaticæ originem ducens: modo levioribus, modo gravi-oribus corruptelarum effectibus, pro diversa massæ sanguineæ constitutione, stipatus.

II. DIFFERENTIA.

1. Scabies est vel *benigna* vel, *maligna*.
2. *Benigna*, quæ etiam *simplex* dici potest, est
 - a) Vel *humida*, vel *secca*,
 - b) item *chronica*, per multos annos durans, vel *periodica*, modo evanescens, modo recurrens.
 - c) Porro: vel *superficiaria*, a contagio communicata, vel *profunda*, per totam humorum massam intimius diffusa.
3. *Maligna* varias complectitur species, e. g. Scabiem *ferinam* seu *scorbaticam*, *veneream*, *lepram*.
4. Scabies *maligna complicata* dici meretur, v. g. Scabies *Luis venereæ* complicata est cum aliis malis effectibus, & symptoma quoddam, seu schema latioris illorum efficaciz sistit; sic etiam *lepra* & *impetigo*, ubi totius cutis textura una pervertitur.
Conf. Cautela.

III. SIGNA.

1. *Generalia*.
 - a) Pustulæ evidentes, quæ per universum corporis ambitum, excepto fere capite, oriuntur & in corruptelam ulceroso-sanosam transeunt.
 - b) In artubus, qui immediato aëris contactui præ aliis patent, pustulæ tales primoveniunt, & deinde magis magisque ad reliquas corporis partes transferuntur.
 - c) Superficies corporis solito turgidior est, inprimis in illis locis, ubi *copiosius* pustulæ efflorescunt,

d) Pu-

- d) Pustulæ hæc prurimum aut salino rosivum ardorem inferunt, maxime per noctem, ut & quietem turbent.
- e) Intra paucos dies ruptæ, vel scalpendo conceptæ, formant ulcusculum, quod tamen plus minus facile desiccatur, & iterum coalescit, citra omnem cicatricem relictam.
- f) Occupat scabies, imprimis *benigna*, summam saltem cutis superficiem, ita ut materia inter cutem & cuticulam resideat: unde cutis, non altius corrosa, tanto citius cuticulæ consolidationi locum præbet.

2. *Specialia.*a) *Benigne.*1) *Humide.*

- a) Pustulæ multo humore turgidæ, &, ruptæ tandem, copiosam saniem effundentes.
- β) In ambitu harum pustularum rubedo inflammatoria conspicitur, & quo magis illa apparet, eo major suppurationis contingit.
- γ) Dolorem magis & ardorem, quam prurimum, inferunt, profundiores quoque ulcerationes causantur.

2) *Sicca.*

- a) Pustulæ exiguæ molis, paucò mucido, & fere lucido sero refertæ.
- β) Prurimum magis quam ardorem inducentes.
- γ) Non adeo profunde exulcerascetes.

b) *Maligne.*1) *Ferine, seu scorbutica.*

- a) Hæc sicca, squamosa est, & sub hisce squamulis stigmata cruenta exhibet.
- β) Cutis circumjacens modo livido, modo roseo colore, ob sanguinem altius, quam decet, ipsi innidulantem, est conspicua.
- γ) Gravior hic præsto est pruritus, qui, quoties refrigeratio vel calor solito major accedit, intolerabilis fere observatur.
- δ) Ubi autem eschara, & ipsa cuticula, quod facile contingit, scalptione abraditur, cutis subcruenta quidem apparet, vix autem quidquam cruoris, sed lympha

pha saltem ferosa, subflava emanat, quæ vero facile in eandem squamosam escharam coalescit.

2) *Ventree.*

- a) Hæc etiam ordinarie magis sicca, quam humida est, & segnius serpit.
- β) Occupat vel universum corpus, vel particularia saltem loca, e. g. femora, scrotum, faciem.
- γ) Sub initium sui proventus noduli plerumque diu sese manifestant.
- δ) Deinde autem crusta succedit, quæ per multos sæpe dies pertinaciter adhæret, & non facile abscedit.
- ε) Dolor est rodens, corrosivus, maxime si scalptione irriteretur.
- ζ) In reliquis partibus communiter etiam dolores profundi, & quasi infixi, sentiuntur, qui nocturno tempore magis exacerbantur.
- η) Concurrunt familiariter fluor albus, in sæminis. gonorrhœa, in viris, tumores bubonodei, & in infantibus excoriaciones, imo excrementi circa anum verrucosæ, cristatæ.

3) *Lepra.*

- a) Hic ^{capitis} caput præcipue affligitur, dolores sunt acutissimi, & capilli cum cute decidunt.
- β) Sanies alba prorumpit.
- γ) Universa cutis textura est immutata, tenuibus squamis cuticula obfessa, &, elephantorum instar, aspera, unde etiam *elephantiasis* vocatur.
- δ) Præter ea sensus fere expers est.
- ε) Facies est inflata.
- ζ) Dentès nigricant.
- η) Anhelitus est graveolentus, imo fœtidus.
- θ) Tumores bubonodei hinc inde per corpus proveniunt, qui in ulcera fœtida maligna transeunt.
- ι) Tandem frustra de facie cadunt.

IV. *SUBJECTA.*1. *Scabiei benigne.*

- a) *Humida*, sunt homines temperamenti sanguinei, habitus corporis

p adultioris

poris

poris spongiosi, item phlegmatico-sanguinei, quibus facilius non solum evenit, sed etiam pertinacius adhæret.

b) *Sicca* sunt homines temperamenti melancholici, cholericici, vel melancholico-cholericici, habitus corporis ficcioris.

c) Præter ea scabiem facile incurrunt, qui dixta crassâ, aquâ limosâ, falsâ, potu austero, præcipue vino acido copioso utuntur.

d) Item qui inter aërem humido-frigidum & nebulosum diu versantur.

e) Porro qui vitio hepatis laborant, vel febre quartana diu occupati sunt. *Conf. Prognosis Tabula de febre quartana.*

f) Quibus serum falsum per ordinarias vias non excernitur, e. g. in retrocessione & suppressione urinæ.

g) Huc etiam pertinet fonticulorum, & ulcerum manantium re-

pentina suppressio.

h) Scabiem etiam experiuntur, qui scarificationes adsuetas neglexerunt.

i) Denique otiosi, & vitæ sedentariæ addicti.

V. CAUSÆ.

1. Scabiei simplicis & benignæ.

a) Causa proxima & immediata est stasis humorum Lymphatico-ferosorum, in corruptionem abeuntium.

b) Causæ procatartica & occasionales partim ex illis, quæ in descriptione *Subsectorum* diximus, partim e sequentibus colligendæ sunt.

1) Aëris ambientis inusitata temperies, inprimis frigidum-humida, liberam exhalationem impediens, & humoribus, in superficie collectis, ad corruptionem ansam præbens.

2) Ciborum atque potuum mutatio per septimanas & menses.

3) Sed familiarius plethoricis hic eventus contingit.

4) Facillime & frequentissime a contagio initia sui sumit, per mantilia, vestimenta, lectos, cochlearia, pocula, vel alia, quæ scabiosis usui fuerunt.

5) Crisis morborum nonnullorum, e. g. quartanæ intermittentis.

6) Usus largior salforum exasperat quidem scabiem, ad excitandam autem illam exiguum momentum adfert, de se-

Etus potius salis in cibis oleraceis ad scabiei generationem multum contribuit.

2. Scabiei *maligna* seu *complicata*.
 - a) *Ferina* causa est Scorbutus;
 - b) *Venerca* autem a speciali lymphæ corruptione, in malo gallico præfente, originem ducit.

VI. PROGNOISIS.

1. Scabies benigna *humida*, omnium est minimissima, & legitima methode tractata, facile adhuc profligatur; quoniam autem ad insignes ulcerationes tanto pronior est, quo magis humida existit, non raro talis ulcerosa constitutio curam retardat.
2. Benigna *sicca* majorem quidem molestiam in cura facessit, quam humida, convenienter tamen tractata, tempore etiam profligatur.
3. Scabies, præcipue humida, saniosa, suppurascent, quando per remedia incongrua externa, e g. unguenta sulphurata, mercurialia, cingulos mercuriales, adstringentia, refrigerantia, retropellitur, quod hodie usitatissimum est, infausa symptomata inducuntur, nempe angustia præcordiorum, cardialgia, asthmata, catarrhi suffocativi, febres intermittentes, imo acutæ inflammatoriz, utrinque typi ordinarie anomali, cachexia, œdemata, anasarca, &c.
4. Scabies superficialis, recenter per contagium communicata, melioris est curationis, quam *profunda*; quæ, utpote per universam humorum massam dissipata, majorem exposcit circumspersionem.
5. Sic etiam scabies *chronica* difficilioris curæ est, quam *periodica*.
6. Ubi visceris alicujus vitium concurret, ibi tristior est prognosis.
7. Scabies *maligna*, vi ipsius vocis, majorem involvit difficultatem; quod sane experientia confirmatur, & ratione: indolis enim est fermentalis, & ita radices suas ægrius extirpari patitur.
8. Præcipue valde rebellis est scabies *ferina* seu scorbutica; ubi tamen notandum, quod vitæ genus & conditio majorem difficultatem, quam ipsius morbi indoles, curæ adferat: pauperes enim, qui legitima tractatione careant, a scabie mali moris ut plurimum infestantur.
9. *Venerca* omni quidem jure ad scabiem malignam refertur, prognosis

gnosis autem illius multo benignior est : iusta enim methodo tractata certius & citius, quam quæcunque fere alia scabies percuratur, & quando etiam retrocedit, minoris tamen est periculi.

To. Ubi autem intimior ulceratio jam inducta, ibi majores occurrunt difficultates.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis.

1. Corruptio humorum pro differentia specierum est corrigenda.

a) In scabie *benigna* corruptionem seroso-lymphalem corrigunt:

1) Alexipharmaco-diuretica, e. g. Essent. alexipharm. Stablii, pimpinell. alb. fumar. Enulæ.

2) Succinata, v. g. Essent. succini.

3) Tinct. alcalin. e. g. Antimon. Tartari.

4) Decocta lignorum, Essent. lign. sassafras.

5) Absorbentia salina, nempe ocul. Cancr. Conch. preparat. cum acido citri vel tartari saturat.

6) Acrimoniam, scabiosam specificè invertunt: Sulphur cum Nitro, & arcan. duplicat. balsam. sulph. cum oleo amygdalar. dulc. (Tinctur. Sulphur.) Antimon. crud. gr. V. VI.

7) Externe abstergunt & specificè corrigunt,

a) Unguenta Mercurialia, e. g. *Empyric. cyathico* 3.

Recip. Mercur. viv. unc. semis,

Saturni Drach. II. fiat amalgama. Terr. Tripoli

Drach. I. l. a. cum unguent. rosar. subigantur.

β) Lixivia sulphurata.

γ) In sicca scabie magis locum habent balnea abstergentia rad. bardan. oxylapath. fontibus mineralibus, Item, lixiv. Sulphuris cum calce viva parata.

b) In scabie *maligna*, & quidem

1) Ferina.

a) *Suspensio* conducunt succi recentes antiscorbuticorum, quorum usus per aliquod tempus continuandus est; item Essent. scord. fumar. cum spiritu Cochlear. parat.

β) Externe Mercurialia & balnea abstergentia pariter locum habent. Præter ea mundificandi scopo commendatur succus vel decoctum tabaci, ad consolidationem au-

Munia Alexandri LIII. ciner. clavellat. sem. Serravallo. sa. Cochlear. ad emollienda.

tem oleum ovorum, myrrhae per deliquium, hyperic. Ardorem veromittigat Camphora, emplastr. de spermate sanarum.

2) *Venerca.*

a) *Interne* conveniunt Antivenerea illa remedia, quae Tabula de Lue Venerea commendata sunt, conjuncto regimine diaphnetico continuato.

β) *Externe* unguentum Mercuriale modo descriptum.

γ) In malo profundiore *salivatio*.

2. Humores correcti sunt evacuandi; quod obtinetur

a) Per laxantia phlegmagoga, & in specie Mercurium dulcem.

b) Per blanda diaphoretica & diuretica. *Id. infra n. 1*

B. *Methodus specialis.*

1. In scabie *benigna.*

a) Sub initium curae propinetur purgans aliquod mediocri efficitur, ad fordes crassiores, praecipue primarum viarum, eliminandas, e.g.

Recip. Extract. panchymag. Crollii.

Mercur. dulc. ana gr. VIII.

Refin. Jalapp. gr. IV. *ad M.*

Ol. anis. gutt. I. M. F. pilul. pro una dosi adultis exhibendz.

b) Sequentibus diebus ad correctionem humorum exhibeantur

1) Mane, versus prandium & coenam mixtura quaedam, sanguinem mundificans, e.g.

Recip. Essent. pimpinell. alb.

Ex. 29. Frijol. ad 25. 25. Succin.

Scerd. ana dos. pro adult. gutt. 30-40.

2) Versus somnum pulvis quidam *Salm.* absorbens, cum Antimoniato fixo combinatus; cui etiam successive aliquod florum sulphuris addatur.

c) Haec quando per sex circiter dies continuata sunt, superius purgans repetatur, & deinde corrigenia per aliquot dies de novo propinentur &c.

d) Hac medicatione per quatuordecim circiter dies patienter continuata, citra externorum remediorum usum, scabies sepe profigatur.

e) Quan-

- e) Quando autem sola interna non sufficiunt, tum unguentum aliquod mercuriale, vel alia remedia externa, superius descripta, locum habent, e. g. vesperi ad pisi vel fabz magnitudinem juncturis, præcipue carpi, tarfi, tale unguentum tepide illinatur, per 10-12. dies continuetur, & mane semper mediante sapone abluatur, servato ubique regimine temperato; vitando frigus, cibos salfos, & scalpionem, utpote majorem æffluxum & ardorem concitantem.
- f) Sub usu hujus unguenti laxatio per mercurium dulcem aliquoties reassumatur.
- g) De reliquo essentia alexipharmaca, sive sola, sive cum aliis convenientibus remixta, semel; vel, si insignia circa pectus aut abdomen incommoda sentiantur, bis de die propinetur, conjunctis absorbentibus fixis, etiam aliquoties per diem exhibendis, vitando Sulphurea & alia calidiora.
- h) In infantibus autem, quibus unguenta mercurialia, ob illorum incontinentiam, tuto applicari non possunt, remedia interna tanto diutius propinanda sunt: nempe bis per diem Essent. alexipharmaca, subjuncto absorbente aliquo fixo, & interdum laxante conveniente.
- i) Ad pruritus mirigandum serarum modestus usus conceditur.
- k) In retroessione scabiei conveniunt:
- 1) Mercurius dulcis ad gr. IV - VIII. pro adulto, nempe non laxativo, sed alterante scopo exhibendus.
 - 2) Vel si non ad manus sit, flores sulphuris 4 6. gran. pro dosi, ad 8 10. dies continuando, satis faciunt. *Conf. Cantel.*
 - 3) Essentia alexipharmaca, conjuncto pulvere ex arcano duplicato, Antimon. diaphoret. Conchis præparatis. *Q.*
 - 4) Ubi calor febrilis Patientem jam occupavit, ibi loco Sulphuris Nitrum adjiciatur.
2. In Scabie *maligna*, & quidem
- a) *Ferina*: hic remedia interna, sub methodo generali commendata, exhibeantur, & per aliquod tempus illorum usus continuetur; deinde etiam externa, ibidem laudata, in subsidium trahantur; cavendo, ne *folis* externis remediis malum repellatur. In statu autem inveterato, ubi capilli jam excidunt, incurabilis utplurimum est affectus.

b) *Venerca:*

- 1) Interne mundificantiã lignosa præmittantur.
- 2) Externe tandem Mercurialia subjungantur.

c) *Leprosa, furfuracea:* hæc similis indolis est in fundamento generali consalutatis & tractationis.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Scabies, quo magis ab *externa* contagii causa originem duxit, eo citius & tutius specifica Mercurialia & sulphurata possunt applicari.
2. Quando autem *cacochymia* in causis est, tum prius catharsi & mundificationi insistendum.
3. Visceris alicujus, e. g. hepatis, labas *obstructoria*, quando in subiecto quodam, præcipue adultiore, concurrit, tum cura blande & lento gradu instituenda est. Conveniunt in tali casu rad. Cichorii, tarax, herb. hed. terrestr. bellid. min. agrimon. pilul. Beccheri.
4. Methodo superius præscriptæ scabies simplex ordinariè intra duas, tres, aut ad summum, quatuor septimanas cedit; illa autem methodus, quæ in *sulphuris* interno usu consistit, communiter ad 5. 6. septimanas extenditur.
5. Scabies per sulphuris usum *externum*, vel alia adstringentia repellentia, v. g. aquam extinctionis fabrorum, præsentissime quidem retropelli, sed non eadem velocitate iterum expelli potest. Quæ damna ex hac retropulsione resultent, sub *prognosi* indicavimus; in specie sulphurea in scabie venerea pessima symptomata inducunt.
6. Quando autem expulsio illa per medicamina impetum facientia, & regimina sudorifera, tentatur, tum exagitatio humorum inducitur, & gravia facile pericula succedunt: hinc sulphuris usus internus, quam maxime etiam huic expulsioni inservire videatur, admodum tamen modeste adhibendus, & cum pulvere absorbente combinandus est.
7. Scabiei retropulsio non facile timenda est ab aqua extinctionis calcis vivæ, nisi valde frigida corpori calenti adhibeatur. *conf. Dissertat. D. D. Scabiei de adstringentium cauto usu.*
8. Scabies *segnius* retropulsa tumores œdematodes, imo, in seniore præfertim ætate, universales gignit, & quidem sine omni vestigio

stigio acrimoniz falso, rodentis; in quibus tumoribus sulphur cū pulvere absorbente tēt per diem exhibitum, bonum effectum præstat. Mirabilis sane est effectus, quem sulphur exferit; *externe* enim adhibitum scabiem & alia ulcerosa inquinamenta præsentissime repellit, licet in aliis affectibus tam evidentem adstringendi efficaciam non monstrat; imo si per unctiōnem in exiguo saltem loco signum veluti datur, per totum habitum corporis effectus se diffundit; *interne*, quando adhibetur, contrarium quidem præstat, expellendo nempe ad superficiem, proportionem autem non servat, exposcit enim usum continuum, & notabilem insuper quantitatem, non ubique securam.

- Sialia et Galanoni si oibus alijs*
 9. *Sudationes* in scabie minus conveniunt, nisi admodum modeste instituantur, perspirabilitas tamen semper libera conservetur, præsertim sub usu unguentorum mercurialium, alias nodi sub brachiis facile proveniunt.
10. Omnia itaque calida, sudorem fortius concitantia, improban-
 tur: unde etiam *lignosa antivenerea* nihil eximium præstant, quibus potius præferuntur temperata alexipharmaco-diuretica, præcipue rad. pimpinellæ albæ.
11. Maxime omnium scabies in *senioribus* cautissime tractanda est, quia facile febres inflammatoriz, vel tertianæ notæ succedunt; id quod etiam in pueris aut infantibus, febre tertiana notha infectis, quam non raro achores aut scabies præcesserunt, attendendum est.
12. Longa autem evacuatio, præparatio & depuratio humorum, a Veteribus commendata, non necessaria sunt, quamquam ad diapnoën conservandam inserviant.
13. *Essentia Myrrhæ* licet, præmissa diaphoresi leniore, infantibus conveniat, sæminis tamen insignes sanguinis turgesciones facile concitare solet.
14. Acrimonia in ulcusculis scabiosis quidem conceditur, falsum autem est, quod ab illa pruriginosus ille sensus & ardor, unice & absolute dependeat, alias hæc incommoda semper deberent adesse. quæ tamen eo saltem tempore sentiuntur, quo corpus vel a calefactione & expansione humorum turgescit, vel aura frigida cito illi admittitur.

*irritis ul
panda
v. affart
i. d.
ni.*

15. Hæ circumstantiæ satis demonstrant, sensum hunc, revera fremebundum & subtilissime tremulum, a tonico-spastica subtili crispatura, & vibratili motitatione tenerrimarum fibrarum dependere, & acrimoniam esse potius effectum illius causæ antecedentis.
16. Quæ observatio hunc usum exhibet, ne efficaciz *absorbentium* nimium tribuamus: horum enim usu nulla scabiei cura absolvitur, abusu autem primæ vix onerantur, mucus incrassatur, & obstructions augentur.
17. In scabie sicca loco essentiarum in cholericis commendantur succi vel decocta herbarum, cum decocto hordei, vel alia humectantia, gelatinosa, qua ratione debilitati simul occurrunt.
18. Succulenti, scarificationibus adfueti, aut erysipelaceis commotionibus vexati, si in scabiosas impuritates incidant, sublevantur sæpe scarificatione.
19. Materiæ admodum salinæ & fermentescentes scabiem corpori conciliareprehenduntur, e. g. succus betulæ, majore quantitate haustus, quam commode iterum potest evacuari; item thermæ Wolkensteinenses, das Wiesen-Baad corporibus, imprimis floridis, scabiem inducere solent: unde fermentalis scabiei indoles & contagiï promitudo concluditur.
20. Scabies in *Lue Venerea* & *scorbuto* est tantum symptoma quoddam, accidentaliter concitatum: nam mille scorbutici, vel Lue gallica correpti, occurrunt, ubi nullus scabiem universalem experitur, bene vero, si materia illa ad superficiem quidem propulsa, sed non expulsa sit, unde ibi demum ulcerosam talem subit corruptelam.
21. Imo ipsa *lepra* non est ipse morbus, sed effectus ulterior morbi cujusdam; quod monstrat dyscrasia sanguinis leproforum.
22. Vera *Mercurii* indoles parum perspecta est, unde etiam ab ejus efficacia, quam in scabie exferis, nullus aditus patet, ad definiendam materialem crasin scabiosæ corruptelæ.
23. Paucis: Scabies *simplex* constanter tollitur
 - a) transpiratione moderata,
 - b) Mercurio moderate & minore dosi interne & externe adhibito,
 - c) Sulphuris usu interno, vix unquam externo.
24. In scabie autem magis *refractaria* Mercurii dulcis duo grana cum pul-

pulvere absorbente exhibeantur, & per quatuordecim dies continuentur, & quidem cum hac discretione, ut iis, qui domi se continere possunt, mane, aliis autem versus somnum, illa dosis propinetur. Sic sensim evanescit scabies, & hzc methodus etiam in *Veneræ* locum habet.



TABULA LXIX.
DE
SCORBUTO.

I. DEFINITIO.

Scorbutus est corruptio lymphatico-sanguinea, semiputredinosa, a peculiari humorum dyscrasia, sive universali, sive magis particulari, originem ducens; ad quam corrigendam, & impeditum sanguinis cursum facilitandum, varii motus discussorii presforii, spastici a Natura instituantur. Derivatur a Vandalorum Scoorboyck, morbum abdominis significans: qua incongrua sæpe applicatione, infra dicitur,

II. DIFFERENTIA.

Scorbutus differt

I. a malo hypochondriaco & melancholico; ad quam confusionem evitandam sequentia notentur.

a) Dolores spastici utriusque quidem affectui communes sunt, sed in Scorbuto spastici aliquo modo physicam etiam habent rationem, nempe aciores humores; in malo autem hypochondriaco oriuntur illi prorsus a morali intentione, expellendi, discutiendi, humores.

b) In Scorbuto sanguis, stricte dictus, est grumofus, & cum parte seroso-lymphatica non sufficienter subactus; in hypochondriaco autem malo humores simplici magis spissitudine peccant, & gelatinosam facile substantiam subeunt.

- c) Corruptiones e stasi hypochondriaca magis simplices sunt, in scorbutica autem corruptione ulcera maligna & fœtida proveniunt.
- d) Ob hanc putrilaginosam corruptionem Scorbutici defectio- nes virium, horrores, trepidationes Naturæ, ad lipothy- miam usque, experiuntur, quæ omnia in statu hypochon- driaco non æque occurrunt, si hystericas suffocationes ex- cipiamus.
- e) Quando Scorbutus cum malo hypochondriaco omnino con- spirat, tum indolem suam contagiosam non exferit, uti fa- cit sibi soli relictus.
2. a *Lue Venerea*; quæ differentia, non observata, incredibile da- mnum producit, uti sub Cautelis audiemus. Hinc signa Scor- buti cum Signis Luis Venereæ omni attentione sunt conferen- da; quorum evidentissima, quæ pro Cynofura esse possunt, explicabimus.
- a) *Scorbutus* spontaneo proventu sæpius generatur; non tam in- signiter contagiosus est, & contagium ipsius communiter per os, nunquam autem per genitalia, propagatur; *Lues* autem *Venerea* non nisi contagio exoritur, quod contagi- um scorbutico longe ferocius est, & genitalibus potissi- mum in alia subiecta transfertur.
- b) *Scorbutus* gingivas magis occupat, & dentes reddit cariosos; *Lues* autem *Venerea* tonsillas potius, uvulam, infundibu- lum, nares, ossa palati, ulceroso ardore, arrosione, erosione, promte & potenter corripit.
- c) *Scorbutus* ulcera sanguinolenta, ichorosa, leniter manantia, *Lues* autem *Venerea* crustosa, glutinosa, ficcam escharam for- mantia, gignit; illa quidem fœtida, hæc vero nauseosa, & fitulentum nidorem spirantia.
- d) *Scorbutus* maculas, *Lues Venerea* collectiones nodosas producit.
- e) *Scorbutus* dolores habet acutiores, & stuosos, transitorios & re- mittentes, *Lues* autem *Venerea* rodentes, morsicantes, tere- brantes, statarios, nisi quod per diem mitescant, noctu au- tem tanto magis exacerbentur.
- f) *Scorbutici*, lecto succumbentes, sat bene se habent, *Lue* autem *Venerea* correpti incrementum dolorum inde persentiscunt.
- g) *Scor-*

- g) *Scorbutus* conspirat plurimum cum pathematibus viscerum, præcipue abdominalium, *Lues* autem *Veneræa* exteriores corporis partes magis infestat, circa interiores autem vix effatu dignas molestias producit.
- h) *Scorbutics*, in statu mediocri adhuc constituti, motum corporis possunt perferre; *lue veneræa* correpti incommoda inde sentiunt.
- i) *Urina scorbuticorum*, sive tenuis, sive crassa existat, est colorata, in *lue* autem *veneræa* minus colorata, subturbita, sedimento tenace, mucido, & grandinoso quasi, conspicua.
3. *Macule scorbuticæ* differunt a *Maculis* illis latis & diffusis flavofuscis, quas vulgo *Leber* & *Strecken* appellant: hæ enim in partibus magis solidis hærent, & per fluidas non oberrant, & licet prædispositionem ad scorbutum præbere videantur, verus tamen scorbutus hæc maculas non exhibet.
4. Sic etiam *Scorbuticæ maculæ* a *lentiginibus*, *Commer* & *Strecken* facile discerni possunt.
5. Ad differentiam etiam referri potest *Scelotyrbe*, tanquam species Scorbuti, ubi patientes de dolore medullæ ossium conqueruntur, & sensim consumuntur.

III. SIGNA.

1. Cum aliis morbis *communis*.
- a) Insoleta, plane insignis *lassitudo*, & virium prostratio.
- b) *Dolores* modo gravativi & obrusi, modo acutiores, subtiles, æstuosi, transitorii tamen, vagi, volatici, per paroxysmos quasi recurrentes, & in artubus præcipue sese exerentes.
- c) Nonnunquam plane arthriticæ indolis hi dolores reperiuntur, & frictioni per excutiam ad tempus cedunt.
2. *Specialia* & magis *propria*.
- a) Magna propensio ad vertigines syncopicas, & ipsas lipothymias, & hoc quidem, quando erigere sese in lecto, aut locum mutare volunt, parum autem sentientes, si decubitu tranquillum patientes fervent.
- b) Proximum pathema, & essentiale quasi, constituunt *maculæ*, quæ ingravescente morbo, in artubus præcipue, erumpunt: in cholericis rosei, in melancholicis autem livido-fusci coloris.

- c) Hæ maculæ in *sibiis* non solum majores, verum etiam cum duris tumoribus, diu tamen sine spontanea corruptione permanentibus, apparent.
- d) Conjunctis ordinarie anxietatibus præcordiorum, flatulentia, appetitus prostratione.
3. *Specialissima.*
- a) Stomacace, seu gingivarum eximia laxitas, promptissima illarum cruentatio, & successiva ulceroso-faniosa colliquatio, quæ vicinas etiam, præcipue oris intervi partes, tanquam proximas, tentat, sed tantum anteriores; posteriores autem, nempe fauces, tonsillæ, uvula, infundibulum in Lue Venerea, non vero in Scorbuto infestantur.
- b) Stomacace autem est partim *concomitans* scorbuti symptoma, partim *antecedens*, & sic dispositio proxima ad eundem.
- c) Qui stomacace laborant, jejuni sputatores observantur, & intus labiorum ulcuscula ipsis erumpunt.
- d) Dentès denudantur, livescunt, carioli redduntur, cui statui vacillatio & evulsio dentium accedit; imo ipsa sæpe maxilla carie infestatur.
- e) *Lingua & fauces* anginodæ æstu obsidentur.
- f) *Graveolet anhelitus* & fœtet *saliva*.
- g) *Ulcera* aliquando format scorbutus, præcipue circa os externum, fœtida, sanguinolenta, ichorosa, livescentia, nigricantia, tenuiter manantia.
- h) *Urina* est tenuis, simulque colorata; vel, si crassa appareat, fusca magis, nigricans, fortiorem odorem spirans.
- i) *Excrementa alvi* sunt tenuia, tincta, nigricantia, fœtida, interdum autem alvus plane adstricta est.
- k) *Quidquid* interdum *evomunt*, admodum tenax observatur.
- l) *Expunt* aliquando materiam, mediante tussu, viscosam, nigricantem, subcruentam.
- m) *Sanguis*, per Venæ sectionem emissus, de dyscrasia humorum testatur; serum enim superflans, loturæ carniū similis est, & rubicunda portio in fundo coagulata ac viscida apparet.
- n) Concurrunt interdum hypochondriaca pathemata, qui status mixtus curam notabiliter reddit difficiliorem.

- o) Ira & terrore facile Scorbutici percelluntur, imo tam miracas animi & corporis commotiones subinde incurrunt, ut fascinationis suspicio apud imperitos foveatur.
- p) Arthriticæ dolores, quando concurrunt, ambulant hinc inde, per partem in partem.
- q) Motus febriles, si accedant, nullum servant typum.
- r) Paralytes etiam particularæ, spuria, contracturæ, ariduræ, tumores œdematosi, hydropici, affectibus Scorbuticis nonnunquam se jungunt.
- s) Aliquando narium hæmorrhagias experiuntur, quibus per adstringentia sedatis, vehementes spastici dolores succedunt.

IV. SUBJECTA.

1. Scorbutus posterioribus demum seculis ad nos pervenit, ab illo nempe tempore, quo aromata in Germaniam transportata, & ad excessum usurpata sunt.
2. Occupat communiter ætatem juvenilem & senilem, non æque juniorem, nisi a causis externis manifestis.
3. Desidet, torpidos, & vitæ sedentariæ deditos.
4. Præcipue populos septentrionales in maritimis locis, imo etiam meridionales istos, qui maribus, vel ipso Oceano vicini sunt.
5. Aliquando etiam hypochondriacos, inprimis quando sudationibus intempestivis tractantur, item Quartanarios.

V. CAUSÆ.

1. Causa materialis proxima est grumofitas seu coagulatio sanguinis stricte dicti, cum reliquis humoribus non decenter mixti & subagitati.
2. Unde motus sanguinis progressivus per subtiles meatus impeditur, quod animam præbet stagnationibus, fistibus, corruptionibus sanguinearum grumofarum particularum.
3. Causa formalis est conamen Naturæ, per motus varios spasticos, tensorios, pressorios, hanc corruptionem præoccupare: dolores enim illi, qui aliquo modo etiam physice ab acribus humoribus foveantur, tantæ considerationis non sunt, ut hinc ad ætiologiam vulgarem, nempe acrimoniam salinam, scorbuticam, stimulantem, vellicantem, rodentem, urentem, excurrere necesse habeamus; cum primis quia acrimonia & spissitudo humorum non æque in uno subjecto conveniunt; acris enim sunt inci-

incidentia, & hinc scorbutici coaguli remedia observantur.

4. *Causæ occasionales* quæ humores ad hanc coagulationem & spissitudinem disponunt, sunt sequentes:

a) Aër frigidus humidus; rarius calidus humidus, & falsis inquinamentis refertus.

b) Habitatio humido-frigida.

c) Dicitur crassa, salsa, e. g. caseus, pisces, caro fumo indurata; sic etiam dicitur acida, humoribus inspissandis & coagulandis apta, præcipue quando accedit abusus aromatum, & spirituosorum, per quem nimia commotio in spisso tali sanguine excitatur.

d) Defectus motus voluntarii, & inde resultans plethora, prima scorbuti fundamenta ponunt: unde ipsi nautæ longe rarius a scorbuto infestantur, quam reliqui in navibus otiosi.

VI. PROGNOISIS.

1. Scorbutus, quo magis recens est; eo facilius tollitur; & licet Natura subinde satis trepidet, facile tamen iterum se colligit, præcipue si iusta methodo incedatur.

2. Prævalens autem & inveteratus scorbutus est malum admodum contumax & diuturnum.

3. Scorbutus per contagium communicatus, si mature illi occurratur, facilius cedit, quam si e corrupta sanguinis massa propulsetur.

4. Quo magis vitæ genus laboriosum est, eo felicius & citius hoc malum superatur.

5. Ubi viscerum obstipationes concurrunt, ibi restitutio in integrum non ita facile expectanda est.

6. Scorbutus, si cum malo hypochondriaco conspiret, hoc sublato, tollitur.

7. Quando malum ab aëre impuro, humido-frigido, exortum est, & fovetur, tum non ita prompte extirpatur: facile enim a fermentali quasi inquinamento, quod in humoribus remanet, recrudescit. Hinc, nisi per longinquam curam correctoriam, & dicitur mutationem, tota sanguinis massa alteretur, malum difficulter eradicatur.

8. Symptomata tamen ita sæpe tolerabilia sunt, ut, excepta dentium & gingivarum læsione, reliqua vitalitatis munia satis integra persistant.

9. Scorbutici juvenes, quibus maculæ rubentès hinc inde in corpore erumpunt, pulmonum erosionibus facile obnoxii observantur, & ita vix unquam senium attingunt.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. In *dispositione* tantum scorbutica, seu *incipiente* adhuc scorbuto.

1. Resolutio sanguinis per generaliora catarrhalia, quæ humores spissos & viscidos incidunt, intendatur, ac illorum usus per aliquod tempus continuetur. Talia sunt: rad. pimpinell. alb. heleni, ari. dictam. alb. valerian. vincetox. petasitid. imperator. herb. absinth. abrotan. centaur. min. fumar. in forma Essentiz, Extracti, Infusi.

2. Conjugatur potus sufficiens, & assiduus corporis motus.

3. In casu *mixto*, vel adhuc dubio, nempe in concursu Luis Venereæ, tincturæ alcalinæ, item temperata illa radix sarsaparillæ, Essent. pimpinell. alb. succini. in usum trahantur, & omni cautela affectus talis mixtus tractetur, abstrahendo a fortioribus commotionibus & remediis vehementibus.

B. In *vero Scorbuto*.

1. Hic præmittantur generaliora, modo commendata, & lenis transpiratio semper conserveatur.

2. Deinde specialia antiscorbutica, quæ sanguinem grumofum attenuant, & corrigunt, adhibeantur: progrediendo a mitioribus ad acriora, nisi forsitan necessitas cunctare interdicit, v. g.

a) In Sanguineo-cholericis temperatiora & acidula conducunt, nempe acetofa, acetosella, succus citri, ribium, berberum, &c. *Chamaedrys, et squy huius.*

b) In phlegmaticis magis profunt acriora & penetrantiora: cochlear. nasturtiorum genera, raphanacea, raphanus niger, hortensis, armoracia, Sinapi, Cephæ, allium, quod fortius est.

c) Melancholicis, ut & phlegmaticis, conveniunt magis amara, scilicet beccabunga, fumaria, trifolium fibrinum, chelidon. min. flores acaciæ recentes, sedum minus, rad. Cichor. herb. Chærefol. *flor. persivæ.*

d) Ex his omnibus succus recens efficacissimus est, deinde infusa cum recentibus herbis parata, & amara etiam in extractis.

3. Continuentur hæc remedia per aliquod tempus, imo ordinarium

cibum ingredientur, e. g. lactucarum, embammatum, succorum, jusculorum, forma.

4. Alvus per *laxantium* leniorum interpositionem aperta fervetur. Hic convenient laxantia cum epicrasi, nempe cum antiscorbucis convenienter maritata. Paracelsus commendat Saniculam, pyrolam, centaurium minus. Magis autem usum habent laxationes in Scorbuto cum mælo hypochondriaco complicato.

5. Lenia etiam diuretica, quæ humores corrigunt, & serum per urinarias vias eliminant, antiscorbucis conjungantur; quo nomine laudantur Salia media, Tartar. Vitriolat. Arcan. duplicat. arcan. tartari, tartarus tartarificatus, qui simul alvum leniter abstergit, Nitrum antimoniatum, imo Nitrum ipsum egregie conducit, inspissando nempe serum ichorosum, & evacuando illud per urinam. *Anglicæ polyphagæ ab 3. p. ad 3. f. pag.*

6. Ubi æstus febriles concurrunt, ibi Nitrum cum præcipitantibus marinis, Ocul. Cancr. Conch. præparat. Matr. perlar. exhibeatur.

7. In *Stomacace* conducunt

a) *Interne* supra dicta, præcipue succi recenter expressi, cochlear. cum beccabunga, vel nasturt. cum acetos. item lapathum palustre (quod pro Veterum herba Britannica habetur) masticata, imo deglutita. De hac herba Britannica legi meretur curiosus Montingii tractatus.

b) *Externe*: balsamica, mundificantia, subadstringentia & tonica; Essent. succin. Myrrh. item myrrha in substantia, sang. Dracon. cum Tinct. gummi laccæ, spirit. Salis dulcis, mel rosatum, rad. bistort. tormentill. herb. auricul. muris, plantag. cervicar. acidum Citri, alumen usum & crudum cum gargarismatibus, item aqua prunellæ, salviæ, pyrolæ, e. g. *salvia m. d. v.*

Recip. Essent. Myrrh. Drach. III.

Succin. Drach. II.

Tinct. Gummi Laccæ.

Sang. Dracon. ana Drach. I.

Spirit. Cochlear. Unc. semis. M. præ collutione & absterfione gingivarum.

8. *Macha*, si præsto sint, non reprimantur, sed discutiantur

a) *In-*

*p. corruptie
orig.*

- a) *Interne* per lenem transpirationem, essent, alexipharm. catar-
 rhalia lignosa, maxime per essent, ligni assafras, item per
 Nitrosa.
- b) *Externe* per Spiritum Vini camphoratum, spiritum formica-
 rum volatilem.
9. Hæmorrhagiæ narium, quando accidunt, moderantur
- a) per temperantia, Nitrosa, & lubricantia e decocto avenaceo
 cum Nitro, item per emulsiva.
- b) per tonica corallata, gemmata, lenia anodyna, e. g. corall.
 præparat. Spec. de hyacintho, M. P. de cynoglof.
- c) per externa revellentia, nempe clysteres, frictions.
10. Tandem, correctione satis peracta, & consumto maximo mor-
 bi impetu, tonus partium roboretur; in quem finem laudantur
- a) *Martialia*: Tinct. Vitriol. Martis Ludovici, Tinct. Martis cy-
 doniata Zwelferi &c.
- b) *Salia Volatilia* cum alcalibus fixis combinata, e. g. Mixture
 Tonico-Nervina Stahlii, quæ simul resolutorium spisso-
 rum humorum edit effectum, & etiam in aliis cacochymi-
 cis ulcerosis affectibus usum habet; Misceantur autem
 part. II. Tinctur. Alcalinæ cum part. I. Spiritus C. C.
11. Et quoniam Scorbutus natales suos plurimum debet plethoræ,
 necessarium est, ut præservandi scopo Venæ sectiones circa æ-
 quinoctia instituantur.
12. De reliquo autem aër humido-frigidus, fuliginosus, ubi fieri
 potest, in calidum, siccum & purum mutetur: vitando dix-
 tam crassam & salsam, & adhibendo condimenta resolventia,
 nempe Sinap. armorac. cepas, Zingib. pip. allium, sed mode-
 rate.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Antiquorum *Cacochymia*, & Modernorum *scorbutus* æqualia habent
 fata, nam nomen suum in omnibus illis affectibus dare debent,
 ubi causæ morborum & symptomatum nullo alio vocabulo ex-
 primi possunt, & sic tanquam asyllum ignorantiz hæc nomina
 consideranda veniunt.
2. Vandalorum quidem *Scorboyck* habet adhuc denominationem
 alicujus morbi, nempe abdominis, sed nomen latinum, inde
 mutuatum, *Scorbutus* scilicet, nihil aliud quam statum morbo-

Pimpinella

mæ
maliç

sum in genere significat, & idem est, ac si diceret: Det Patienti ista fructus.

3. Confusio *Scorbuti* & *Luis Venerea* quovis modo caveatur: nam error hic ingentia damna inducere valet, e. g.
 - a) *Antiscorbutica acriora* magis adhuc exagitant & corrumpunt salinas feri corruptiones, in malo Venereo presentes.
 - b) *Scorbutus* non admittit fortiora abstergentia & colliquantia, sed temperantia, & leniter refrigerantia exposcit; quorum omnium contrarium in malo gallico observatur: in hoc enim temperantia & refrigerantia actu nocent, & sine acrioribus abstergentibus & colliquantibus nil obtinetur.
 - c) *Mercurialia*, si in scorbuto ad *salvationem* adhibeantur, emergunt inde stases, inflationes, inflammationes, putredinose corrosivæ plane anomalæ ulcerationes; quibus noxiis effectibus vix tempestivum auxilium adhiberi potest, quin os aut reliquum vultum deformatum relinquunt, vel penitus patientem jugulent.
 - d) Imo *Mercurialia*, quæ saltem ad laxandi scopum in Scorbuto propinantur, dentium lapsum tanto citius promovent, & quia totum corporis systema penetrant, nullam autem directam efficaciam in sanguinem congrumatum exerunt, in Scorbuto, tanquam noxia, prorsus rejiciuntur.
4. Ubi autem Lues Venerea actu complicata est cum Scorbuto, hic, nisi summo gradu constitutus, quasi prætermitti, & illa magis in tractatione respici debet; sublevant autem utrumque malum remedia sub methodo litt. A. num. 3. commendata.
5. *Correctio sanguinis congrumati* omnino præmitti debet *evacuacioni*, & sane in Scorbuto methodus placida, successiva, ac continua, quæ magis ad exitum humores disponit, quam stimulat, maxime necessaria est: unde fugiantur in paroxysmo purgantia, Vomitoria, quæ hypercatharses facile inducunt, Sudationes, Venæ sectiones, quæ vagas translationes & plurimas turbas excitant.
6. In specie regimen sudoriferum coactum in scorbuto creat anxietates, palpitationes, cephalalgias exstuosissimas: sudor enim in quibusdam scorbuticis difficulter succedit, & licet in aliis promte & affatim succedere soleat, aquosa tamen hæc excretio nihil utilitatis adfert; utiliores sunt *fomentationes*, balnea ex aqua dulci.

dulci, ad summam autem rei nihil faciunt.

7. Vomitus sponte interdum evenit scorbuticis, qua evacuatione frustra quasi semi-ficci glutinis, quæ vix pedibus conteri possunt, subinde rejiciuntur, arte autem hunc vomitum promoveri non æque integrum est, præstat potius, viscidam illam materiam per salina media præparare, & evacuationem Naturæ commendare.
8. Spontaneæ diarrhææ cauto moderamine indigent; quando enim per adstringentia improvide cohibentur, cardialgia, anxietas, infarctus lienis, tormina, inflatio abdominis, colica convulsiva, succedunt.
9. Sic etiam hæmorrhagia narium, per talia incongrua remedia cohibita, varia incommoda inferunt.
10. Idem sentiendum est de macularum retropulsione; quæ vehementes anxietates tam præsentius inducit, quam eruptio illarum easdem solvere observatur.
11. Calida acria sulphurea non ita efficaciter corrigunt, sed, sulphuream solum sanguinis partem aggrediendo, maculas augent, & hæmorrhagias narium enormes, dolores capitis arthricos, febres, anxietates, inflationes lienis &c. producant.
12. Anodyna vires & appetitum magis prosternunt, vertiginem causant, excretionem supprimunt, & post exiguum saltem levamen dolores graviores invitant.
13. Lipothymia scorbuticæ per aquas cephalicas spirituosas, hißte Schlag-Wasser/ statim occurrere, & hac ratione sanguinem concitare tanto magis improbat, quo minus periculum affectus tales lipothymici involvunt.
14. Uti brevis medicatio scorbutum non facile superat, sic etiam a continuo remediorum usu abstinendum est: facile enim medicamentis adsuescunt Scorbutici, ut nullas amplius ab illis akerationes, sed gravia potius symptomata experiantur.
15. Inter antiscorbutica sedum vermiculare, specificum emeticum prædicatur, de quo notatu digna observatio Actis N. C. inserta est, quod scilicet in expeditione Danica multi per illud, in forma decocti exhibitum, a paralyse scorbutica restituti sint, evacuato per vomitum muco admodum viscido.
16. Cochlearia, in tota substantia assumpta, præsentaneum scorbuticæ

vamen adferet; *Spiritus* autem cochleariz, cum regimine sudorifero usurpatus, concitat facile sanguinem, infert anxietatem, æstuosam cephalalgiam, & maculas nimium expellit: unde sane Syrupus Cochlear. & beccabung. Foresti longè tutior & efficacior est, quam talia spirituosæ. *Syr. S. Cochlearum.*

17. *Trifolium fibrinum*, quod Simon Pauli in scorbuto magnopere commendat, licet in forma decocti multas sanguinis commotiones, & pathemata hypochondriaca torminosa concitet, laude tamen sua non prorsus privandum est, modo provide, moderate, in substantia, succo, aut infuso, adhibeatur.
18. *Aromata*, modice usurpata, plurimum valent ad scorbutum energiam præoccupandam & resolvendam; quo nomine Zingiber & piper pro condimento in cibis bene se gerunt, licet enim acria sint, sanguinem tamen non ita commovere observantur: ab usu autem reliquorum aromatum acriorum, organum facile inducentium, cavendum est.
19. *Armoracia* radix recens, aceto imbuta, coctæ præferenda est: hæc enim omnem fere acrimoniam amittit. Idem contingit in *cepis*, aqua fervida imbutis, aut cum butyro frixis: unde exiguum postea præstant effectum.
20. *Nitrum*, moderate exhibitum, in scorbuto, præcipue recentiore, exitium habet usum, minuit enim acrimoniam humorum.
21. Si vitiosa scorbutica humorum crasis a prægressis morbis residua fuerit, præstat materiz malignæ percuracionem absolvere, e. g. ubi reliquæ a Variolis restant, ibi essentia pimpinellæ albæ magnificanda est, quæ etiam gravia incommoda, ab ejusmodi decubitus jam inducta profigat.
22. In aliis autem febrilibus reliquiis essent, alexiph. Stahlî, per octo circiter dies continuata, certissimum, ad plenariam restitutionem, edere solet effectum.
23. In *Stomacæ* reliquis mundificantibus commode, non tamen perpetuo, admiscetur *aluminis usi* momentum, si nempe ulceratio quædam fungosa subfit; quo casu *oleum* etiam *phosphorum*, & *cere* non inefficax est, modo rectè tractetur.
24. Alumen autem *crudum*, adstringendi scopo, gargarismatibus additur.
25. *Spiritus Vitrioli* non prorsus quidem rejicitur, quia dentibus non adq̄

phlegma & c.

adeo infestus est, quam *Spiritus Nitri & Salis*, tutior tamen est *acetositas Citri*, moderate usurpata.

26. *Tabaci* succus, decoctum, imo, quibus non adversatur, masti-
catio traumaticum exhibet effectum.
27. Robustiores in navigationibus, quamdiu cepis, & imprimis al-
lio potiuntur, ac laborem perferunt, siue prorsus liberi manent
a scorbuto, siue sub ipso a talibus ingens solatium experiuntur.
28. Et sane prudens moderamen & continuatio motuum volunta-
riorum longę efficacius corrigunt, quam quælibet optima me-
dicamenta, excepto saltem illo casu, ubi actualis gingivarum
& aliarum partium ulceratio concurrit. *Conf. dissertat. D. D.*
Stahlii de motu voluntariis uss medico.



TABVLA LXX.
DE
FLUORE ALBO.

I. DEFINITIO.

Fluor albus est excretio materię mucidę, plus minus corruptę,
in sexu sæminino per vaginam uteri contingens, & non raro
certas periodos observans.

II. DIFFERENTIA.

1. Fluor albus dividitur in *benignum & malignum* seu *venereum*; quam
differentiam *Signa* subsequētia accuratius indicabunt.
2. Differt fluor albus a malo illo refractario, nempe *ulceratione* uteri
interna, ubi ichor & purulenta materię excernitur, & quidem
perpetuo, sine periodo, concurrentibus profundis in inguine
ardoribus, totum sæpius crus ejusdem lateris in consensum
trahentibus, accedente etiam febre hectica cum corporis exte-
nuatione; quale quid in fluore albo non observatur: & licet in
Veneræo etiam aliquid ulcerosi sine dubio occurrat, hoc tamen
non in ipso utero, sed illius vagina, circa glandulas prostates,
seu collum vesicę quærendum est,

III.

** aliquid valde
gravidolens*

III. SIGNA.

A. *Benigni.*

1. Excernitur per vaginam uteri materia simpliciter albuginea & quasi limpida. *Subinde effusa coloris lactis*
2. Quæ materia per se nequaquam lædit vel arrodit; quando autem sub labore corporis genitalia atteruntur, fluxus non solum copiosius succedere solet, sed etiam aliquando sub hoc attritu partes læduntur. *mirum*
3. Affligit hæc excretio vel continuo, vel plerumque statis magis temporibus, idque mensium præcipue periodo, ita ut paulo ante, sub, vel post illos erumpat, vel, cessantibus mensibus, eorum tempora occupet. *Subito*
4. Patiuntur ægrotæ, instantibus mensibus, modo circa lumbos & os sacrum, modo circa sinum, dolores urentes, tendentes, & quasi rumpentes, de reliquo autem lassitudinem artuum accusant.
5. Durat sub his circumstantiis mensium fluxus communiter per pauciores dies, cui immediate succedit hic fluor albus, prioribus diebus copiosius, posterioribus autem paulo remissius, donec sensim iterum cesset.

B. *Maligni seu Venerei.*

1. Materia, quæ excernitur, est discolor, flavescens, viridescens, saniosa, acris, arrodens, excorians, inflammans & exulcerans: tum orificium & labia pudendorum, tum contiguas interdum femoris regiones.
2. Quo diutius jam duravit, eo magis discolor & squalidus faciei aspectus, cum livida oculorum circumferentia, apparet.
3. Concurrit perpetua quasi lassitudo, & fatigatio totius corporis, præcipue regionis lumbaris, cum insignibus simul doloribus.
4. Cardialgiæ frequentes, quasi suffocativæ.
5. Difficilis respiratio cum palpitatione cordis.
6. Univerfi habitus corporis Leucophlegmaticus status, aliquando etiam œdemata pedum.
7. Febres lentæ, & plerumque anomalæ.
8. Fluor non periodicus, sed magis continuus, aut valde vagus ac inconstans, justam contagii suspicionem injicit, & hinc pro maligno magis, quam benigno, reputandus est.

De hæc stagnatio q̄ leucop, 6 pp̄ 2 venerei p̄t̄ p̄orbibus reperitur: IV.

IV. SVBJECTA.

A. Benigni.

1. Evenit hic fluor illis familiariter sceminis; quarum menses non legitime & satis ordinate fluunt; familiarissime autem, ubi profusus jam cessarunt, *per 4 menses.*
2. Accidit praeipue viduis, mensium facile turbas incurrentibus.
3. Rarius evenit *Virginibus*, nisi temperamentum eminenter sit phlegmaticum, vel ubi vehementes pruritus veneri in illis observantur. *et si diu inmensa maneat.*
4. In puerperis sub finem fluxus lochialis eadem quidem materia excernitur, quae autem pro negotio uteri depuratorio merito habetur.

B. Maligni.

Hic evenit illis, quae vel ipsae malo venereo infectae sunt, vel per commercium cum maritis suspectis inquinantur.

V. CAUSAE.

1. *Causa proxima Benigni* est specialis congestio humorum mucido-ferosorum ad partes glandulosas uteri: unde tonus in hisce partibus nimium relaxatur.
2. *Causae magis remotae & occasionales* sunt:
 - a) Temperamentum phlegmaticum.
 - b) Status cacochymicus universi sanguinis.
 - c) Dieta crassa, cruda, & appetitus incongruus, ad frigidos cibos magis excedens.
 - d) Diuturna habitatio in loco & aere humido frigido.
 - e) Vita sedentaria.
 - f) Frequens abortus.
3. *Causa Maligni* fluoris est inquinamentum seu infectio Venerea & sic cum Gonorrhoea virulenta multum habet convenientiam. *imo est infectio*

VI. PROGNOISIS.

1. Fluor albus *benignus*, respectu ad curam, minime *benignus* est, sed curatu difficilissimus, & quo diutius invaluit, eo difficilius profligatur; quod adeo verum est, ut, nisi vitae genus mutetur, medicationi vulgo receptae vix unquam constanter cedat. *et si*
2. Quoad reliquam autem sui indolem satis *benigne* se gerit: sunt enim sceminum multae, quae per plures annos, ad senectutem

usque, fluore hoc sine notabili incommodo laborant; rarius etiam ita invalescit, ut insigne corpori detrimentum inferat, præter aspectum pallidum & tumidum, quem phlegmaticis inducit, ac artuum gravitatem.

3. Quando autem fluxus, ita adsuetus, vel sponte subsidet, vel arte imperita cohibetur, gravia ordinariè pathemata succedunt, præcipue dolores arthritici vehementes, anomali.
4. Fluor *malignus* aliquando citius adhuc, quam alter *benignus*, per antiveneræ, mundificantia, & denique sistentia, superatur; quod probe notandum est.
5. *Malignus* tamen totam facile sanguinis massam inquinamento suo occupat, & si e contagio mariti natus sit, prius non tollitur, quam hic restitutus est.
6. Quando per incongrua remedia cohibetur, graviora adhuc symptomata, quam post *benigni* suppressionem, inducuntur: eveniunt enim varii decubitus helcodes, ulcerosi, scabiosi.
7. *Uterque* fluxus, præcipue autem *malignus*, ubi invaluit, fœminas plerumque reddit steriles.
8. *Uterque* fluor, uti refractarius, ita, licet debita medicatione tollatur, sæpe tamen per paroxysmos quasi redit, ut ter vel quater cura repetenda veniat, eoque magis, quo diutius fluxit, & quo seniores subjecta occupavit.
9. *Benignus* ille, qui cum negotio mensium conspirat, non adeo magni momenti est; periculosior autem, si menses jam cessent, ubi affluxus & effluxus materiæ viscosæ, acris, increbescere observatur.
10. Habitualis ejusmodi decubitus impuritatum serosarum ansam etiam subinde præbet, ut uterus, ob nimiam relaxationem, prolabatur.
11. De reliquo in gracilioribus hæticam cum tabescentia corporis, in habitioribus autem cachexiam, œdemata & hydropem, temporis successu inducit.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

Utrique fluori eandem methodum & remedia adhibere velle, absolum est: diversæ enim causæ diversas exposcunt medicationes.

1. Methodus Benigni.

- a) Ubi notabilis plethora concurrat, ibi corpus ad curam disponatur

natur Venæ sectione in pede, ne Natura ansem sumat, sanguinem in serum convertere, & per hæc loca evacuat.

b) Deinde absterfio materiz & successiva evacuatio instituat per remedia uterina temperata, lenia emmenagoga & uterum mundificantia; qualia sunt

- 1) *Succinum*, cujus essentia omnibus aliis præfertur.
- 2) *Myrrha*, quæ moderatius exhibenda est.
- 3) *Terebinthina* five cocta five cum Mastiche sociata. *in part. i. c.*
- 4) *Salina* digestiva, cum ipso adeo Nitro, cujus energia hic non rejicienda est.
- 5) *Radices*: pimpinell. alb. Vincetox. helen. ari. imperat. levisfici.
- 6) *Ex herbis* Melissa & abrotan. utpote notabiliter repurgans ac roborans.
- 7) *Gummi. resine*: Ammoniac. Sagapen. Galban. *E. g. 24 Gum. Galb.*

c) His abstergentibus & præparantibus præmittantur & interponantur lenia laxantia, ubi conveniunt

- 1) *Pilulæ Stahlî* vel *Beccheri*, quibus cum Essentia Succini conjunctis omne illud præstatur, quod vix ab alio medicamento expectandum est.
- 2) *Radix Bryoniæ* præ aliis simplicibus hic usum habet, quando laxationes cum epicrasi instituuntur, ubi cum radicibus rhabarb. hellebor. nigr. & abstergentibus modo commendatis, pro vino medicato commode præscribitur. *aa. Succin. alb. Dos. 2. f. 2.*

d) Denique subjungantur Tonica, quæ partes laxas & enervatas roborent; in hunc finem laudantur

- 1) *Martialia* probatoria, nempe Tinct. Mart. aperit. Ludovici, Crocus Martis antimoniæ. Stahlî.
- 2) *Nervina & aromatica*, e. g. Puleg. Serpill. Rosmarin. Thym. *ab aa.* Origan. rad. Cyper. rotund. Cost. ver. Zedoar. lign. aloës, Cort. Citri, aurant. e quibus infusa vel decocta ad internum usum, externe autem balnea præparari possunt.

2. *Methodus Maligni.*

a) *Primæ* vix repurgentur per Mercur. dulc. cum Ialapp. vel extract. panchymag. Crollii combinatum.

b) *Virus specificum* contagiosum invertatur & expellatur per balsamica, abstergentia, diuretica mitiora, e. g. fiat Mix-

tura ex Essent. Succin. Myrrh. pimpinell. alb. Tinct. Antimonii tartarifat.

c) Moderatum regimen, ad debitam humorum crasin faciens, imponatur.

d) Tandem, correctâ probe materiâ, *os sepia*, ad remanentem fluxum coercendum, in usum vocetur; *Conf. Methodus Tabule de Gonorrhœa maligna*, cum qua fluor malignus, uti in causa ulcerationis, sic etiam medica tractatione prorsus convenit,

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Baglivius libr. II. praxeos medicæ cap. VIII. judicat, quod fluor albus habendus sit *Venereus*, si etiam fluentibus mensibus proveniat, simplicem autem fluorem esse, qui tempore mensium pereat. & his desinentibus revertatur.
2. Morbus hic pertinax, etsi plane superatus videatur, pro genio tamen suo nonnunquam recrudescit; hoc autem Medicum non deterreat, qui potius omni animo eandem medicationis viam iterum ingrediatur, & proffigato malo, etiam præservando interdum Medicamenta exhibeat.
3. Illud autem certum est, quod, sub optima etiam methodo, nihil stabile obtineatur, nisi vita per matrimonium & imprægnationem, vel etiam neglectis libidinosis cogitationibus, in integrum mutetur, aut recens admodum malum sit, aut denique Venerei quidquam sub initium implicitum fuerit, utpote a quo fluore facilius, quam a benigno, liberantur.
4. *Cantharidum* usus longe hic nocentior est, quam in gonorrhœa: unde *provida* etiam illarum applicatio vix non semper gravia mala inducit.
5. *Urtica mortua* seu *galeopsis*, flore albo, à quibusdam pro specifico laudatur, sed ante, quam commendetur, ulterioribus experimentis subjicienda est, quia ab aliis frustra adhibita fuit.
6. Nec *abrotanum* (licet notabiliter ad repurgationem & roborationem faciat) pro specifico, cui fidere liceat, habendum est.
7. Ab *adstringentibus*, nisi præmissis præmittendis, & tandem maxime opportune, imo moderate adhibendis, plane abstinendum, & exoneratio potius adjuvanda est.
8. *Suffitus* ad partem affectam adhibiti, effectum aliquem discussorium præstare subinde observantur, Inserviunt huic scopo gum-

gummata, e. g. Mastich, oliban. Tacamahac. item aromata; in specie autem a quibusdam fumus Antimonii, mediantetubulo ad genitalia admissus, laudatur.

9. Quoad dietam evitare debent cibos nimium aromatizatos, acidos, crassos, aërem humido-frigidum, & animi mœrores.
10. Præ omnibus motum corporis placidum & continuum commendatam sibi habeant: licet enim fluxus sub initium motionis augetere solet, in progressu tamen notabiliter minuitur.
11. *Vene sectio* assuefacta, nunquam prætermittenda est; quo autem in loco instituenda sit, pro ætatis differentia decernitur: quæ enim intra fluxus menstrui periodum adhuc constitutz sunt, illæ Venæ sectionem in pede admittunt; quibus vero menses jam cessarunt, illis Vena in brachio commodius secatur.



TABULA LXXI.

DE

GONORRHOEA.

I. DEFINITIO.

Gonorrhœa est involuntarius & perpetuus fere spermatis per genitalia effluxus, modo ab atonia partium semen continentium, modo a pruriginosa fermenti veneri stimulatione, & subsequente erosione glandularum, originem ducens. Derivatur a γένη, genitura, & ῥέω, fluo.

II. DIFFERENTIA.

1. Gonorrhœa est vel *benigna* vel *maligna* seu *virulenta*.
2. *Benigna* caret exulceratione, *virulenta* autem hanc semper involvit.
3. *Benigna* non confundenda est cum illa excretionis rariore specie, ubi sperma quidem prorumpit, sed nunquam nisi sub membri erectione aut valida sæcum alvi renitentium pressione.

4. Sic etiam *benigna* a *pollutione nocturna*, de qua sub finem hujus Tabulæ pauca dicentur, discernenda est.
5. Dantur casus, ubi per multos menses, jmo, totum annum, hæc excretio leniter procedit, sine ardore urinæ aut alio incommodo sensu, ubi etiam materia colore insigniter non mutata, neque adverso odore prædita est. Hæc quam diu talis indolis existit, medium quasi locum inter benignam & malignam occupat.
6. Ubi autem mox vehementes ardores & rosiones sentiuntur, & materia copioso profluxu excernitur, ibi *virulentia* accusanda est, quamquam materia nondum adeo corrupta appareat.
7. *Virulenta* differt quoad gradus; quam, & reliquam, differentiam subsequenti *Signa* docent.

III. SIGNA.

1. *Benignæ.*

- a) Hæc excretio, quæ tamen admodum rara est, conspirat familiariter cum excretionem urinæ, ubi interdum sub initium emissionis, interdum sub ultima compressionem, vel sæcum alvinarum rejectionem, materia spissa, mucido-alba, spermatica, expers tamen alieni coloris & odoris, excernitur.
- b) Sæpius etiam extra mingendi tempus perpetuus veluti, & exiguus mador, seu substantia submucida, intra & juxta præputium reperiunda, concurrit, quæ pressione aliqua ex urethra tanto magis erumpere solet.

2. *Maligna, seu Virulente.*

- a) Hæc, quando *levioris* adhuc gradus est, profert materiam mucidam, ab albo colore jam notabiliter recedentem.
- b) Concurrat ardor, vel profus inflammatio præputii.
- c) *Qui* ardor præcipue etiam circa radicem penis sub emissionem urinæ sese exerit.
- d) Semper autem contagium Venereum præcessit.
- e) In *graviore* autem malo materia magis magisque corrupta apparet, tetri, flavo-viridescens coloris, & putridi fetoris.
- f) Quo magis in præputio & Scroto crassus tumor, ardor, fissuræ, acre serum plorantes, superveniunt, eo peioris indolis est gonorrhœa.

g) Inter-

- g) Interdum acris illa materia ipsam glandem corrodit, inflammat, & post fissuras in membro ulcera apostematodea inducit.
- h) Non raro superveniunt bubones glandularum inguinalium, maxime si arte incongrua affectus tractetur.
- i) Conqueruntur patientes de lassitudine artuum & virium prostratione.
- k) Aspectus faciei pallidus, & ambitus oculorum livido colore conspicuus est.

IV. SUBJECTA.

1. Gonorrhœæ *virulente* subjecta vix alia sunt, quam quæ cum Venereis inquinamentis turpe commercium habuerunt.
2. *Benigna* ut plurimum etiam illos homines occupat, qui Venere abutuntur, interea tamen innocentibus etiam aliquando evenit, ubi atonia & relaxatio partium aliunde inducta est, *v.g. a Gignere*.

V. CAUSÆ.

1. *Benigna.*

- a) *Causa proxima* est atonia partium semen continentium.
- b) *Causæ antecedentes*, quæ talem atoniam inducere solent, sunt vel Veneris abusus, vel affectus chronici, partium tonum relaxantes.

2. *Maligna seu Virulenta.*

- a) *Causa antecedens* est fermentum Venereum.
- b) *Causa magis proxima* est stasis inflammatoria humoris lymphatici in glandulis, præcipue præstatis.
- c) *Causa proxima & immediata* est erosio & exulceratio harum glandularum, unde materia perpetuo quasi effluit, quæ sub initium tenuiorem, successu autem temporis crassiorem & purulentam consistentiam exhibet.
- d) *Causa occasionalis* vix non unica est, nempe coitus impurus: nam infectio per vestimenta, lectos &c. alias potius inquinaciones scabiosas, ulcerosas, verrucosas, pruriginosas, admodum urentes, & crustaceam excoriationem formantes, in membro virili, præcipue præputio, item in perinæo, & circa femora causantur.

VI. PROGNOISIS.

1. Gonorrhœa *benigna* magnæ non est considerationis, & facile medicata.

dicamentis auscultat: hinc minime convenit cum fluore albo benigno, uti e contra maligna gonorrhœa cum fluore maligno eadem causas & medicationes involvit.

2. Virulenta sub initium levioris periculi existit, & quando mature illi occurritur, patiens etiam ab impuris rebus venereis abstineat, facile adhuc perfanatur.

3. Quando autem diutius hoc malum duravit, & ætatem præcipue senilem occupavit, contumacissimum est.

and qd. p. p. p.
recurrunt

4. Gonorrhœa virulenta, licet primus & lenissimus gradus Luis Venereæ dici mereatur, in hanc tamen per se raro transit.

5. Quando autem per adstringentia hic fluxus præmature cohibetur, tum non solum dolor premens in peetine, æstus & lancinatio profundior circa perinæum, ulcera glandis, scroti, verrucæ ani, Bubones & alia gravia mala subsequuntur, sed etiam corruptela illa per totam sanguinis massam facile diffunditur, & formalem Luem Veneream, imprimis si regimen sudoriferum accedat, introducit.

6. Bubones quando superveniunt, affectus majore difficultate & periculo stipatus est.

7. Extirpatur quidem univèrsum hoc malum, sub justa & conveniente methodo & medicamentis, ob glandularum tamen proflatarum ulcerationem exiguo tempore cura non absolvitur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Methodus benigna.

a) Ad lympham deprimendam præmittantur anticatarthalia, e.g. Essent. Succin. Alexipharm. Pimpinell. alb. &c.

b) Interponantur lenes laxationes per pilulas Beccheri, Stahlîi.

c) Subjungantur lenia tonica, & præcipue temperantia Nitrosa.

d) Commendetur parcior dixta, & placidus corporis motus.

2. Virulenta.

a) Præmittatur, & sub reliqua cura aliquoties adhuc repetatur, evacuatio cathartica per Mercurium dulcem, Jalappam, extract. panchymagog. Crollii, Rhabarb.

b) deinde ad materiæ virulentæ correctionem & mundificationem, respiciatur. Commendantur in hunc finem balsamica temperiora, pro temperamentorum diversitate feligenda, nempe Essent. Succin. Myrrhæ, Alexipharm. Pimpinell.

pinell. alb. lignorum decocta & essentiz, Terebinth. coct.
spiritus Terebinth. balsam. sulphur. terebinthinat. balsam.
peruvian. de Copaiva, gummi lutiperi, Mastich. item
Tinct. Antimonii acris, Salls Tartari. e. g.

Recip. Essent. Succin.

Pimpinell. alb. ana. unc. Semis.

Tinct. Antimon. tartarifat. Drach II.

Balsam. de Copaiv. Drach. Semis. M. dof. 40. gutt.
singulis diebus bis vel ter sumenda & per quatuor-
decim circiter dies, sed sine regimine sudorifero,
continuanda. Conf. Cautelæ, num. 7, ubi spe-
cialissima methodus commendatur.

Vel pro magis phlegmaticis

Recip. Essent. Myrrh.

Succin.

Tinctur. Salis Tartari, ana Unc. Semis.

Spirit. Terebinth. Drach. Semis. M.

c) His ad ardoris inflammatorii mitigationem interponantur
Nitrosa cum Sale digestivo & solutione conchar. maritata.

d) Quando sub hac medicatione fluxus insigniter minuitur, ma-
teria etiam effluens longe purior & feminali proxima ob-
servatur, tum denique specifica reprimentia locum habent,
inter quæ caput effert *os sepiæ*, e. g.

Recip. ossis Sepiæ Scrup. II.

balsam. de Copaiv. Scrup. I. Misc. cum aliquot gra-
nis Corticis aurantiæ & dividatur in duas partes.

e) Sub usu hujus specifici, imo post totius mali sublacionem, per
aliquod tempus adhuc continentur Essentiz balsamicæ,
superius descriptæ.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Est quidem gonorrhœa virulenta, uti sub *Prognosi* paucis jam di-
ximus, primus saltem gradus ad Luem Veneream; interim ta-
men tantæ sæpius pertinaciz, ut medicationem, Luis Venereæ
gravioribus symptomatibus parem, inprimis salivationem, con-
temnat, & hoc quidem ob loci, quem occupat, nempe glan-
dularum, conditionem.

2. Sane qui simplicis ulceris indolem & tractationem perspectam

- habet, facile consentiet, quod absconum fit, repentinas medicaciones polliceri, multo magis in illas incumbere.
3. Licet autem perfecta restitutio aliquot septimanarum tempus exposcat, potest tamen patiens consueta sua negotia commode expedire; modo tranquille & placide omnia instituantur, alias segnius curatio procedit.
 4. Irritum est cœptum illorum, qui *balsamica externe* adhibere commendant: si enim segnia sint, parum efficiunt, quando autem penetrantiora, e. g. balsam. sulphuris, ol. Terebinth. Succin. Junip. in meatum urinæ instillantur, aut per Syringam aliquot guttulæ saltem immittuntur, patiens in ardorem, & anxiam dolorum exacerbationem conjicitur, vehementes etiam inflammationes & tumores penis, brachii infantilis instar, contingunt.
 5. Imo *balsamica interne* non promiscue, sed cum respectu ad temperamentum & tempus adhibenda sunt: quando enim Terebinth. balsam. Peravian. de Copaivâ, Essent. Myrrh. in affectu adhuc recentiore, acriore & ardentiore propinantur, incrementum potius, quam levamen, ardoris reportatur; imo, sub optima etiam methodo adhibita, *peculiaris* efficacia hisce per experientiam adsignari non potest.
 6. Hinc Balsamum *indicum album*, seu de *Copaiva*, licet tanquam specificum ad sistendam gonorrhœam laudetur, & etiam methodice exhibeatur, effectum tamen non respondet; *mundificandi* intentione aliquid præstat.
 7. *Tinctura Antimonii acris*, vel etiam *Salis Tartari*, eximie hic sunt efficaciz, bis vel ter ad 30. 40. guttas exhibendæ. Miscetur, vel, quod melius, interponatur Essentia pimpinellæ albæ, & intra aliquot dies Essentia succini cum Essentia pimpinellæ combinetur, ubi etiam usus essentiz succini sensim augeri, imo illa sola exhiberi potest, ita ut mane & hora tertia post meridiem Tinctura quædam alcalina, versus meridiem vero & vespere Essentia succini, primis diebus cum Essentia pimpinellæ remixta, deinde vero sola, exhibeatur.
 8. Si urens & dolorificus affectus patientem vehementer afficiat, melius est initium facere ab usu Essent. pimpinellæ, sequente die Tincturam alcalinam, & tertio Essentiam succini conjungere. 2

9. In urgente tali ardore *Nitrum* præsentissimæ efficaciz apprehenditur.
10. Bartholinus & Ammannus usum Essentiz Cantharidum magnis eucomiis ornant, & in pertinaci ac inveterata gonorrhœa uno impetu virus expellere dicunt; sed monent, ut sufficienter diluatur, e. g. cum Essent. Cantharidum Drach. I. misceri debet vini Rhenani Unc. III. propinando quotidie mane cochlear I.
11. Sed præstat ab his, minus tutis, prorsus abstinere, quam semel infeliciter applicare, maxime ubi præsidia nempe *lac* & *Nitrosa*, adversus malos effectus per illa inductos, ignorantur: nisi enim admodum circumspicte, & prudente plane subordinatione adhibeantur, Cantharides vehementer, præcipue in sæminis, stimulant, & insignes dolores, imo inflammationes renum, vel mictum cruentum inducunt.
12. Methodus *Sydenhamii* per diurnas *purgantium* continuationes gonorrhœam expugnare docet; sed, licet fluxus interceptio per talia frequentia & valida purgantia obtineri possit, in specie tamen huic affectui non convenit; unde generali huic curæ specialis præferatur.
13. Eodem intuitu *Vena sectio* ad hoc malum, in se consideratum, non necessaria, imo ne utilis quidem est, sed soli plethoræ, ubi concurrat, & insuper gonorrhœæ magis *benigna* & simpliciori, quam *virulenta*, convenit; imo *Venz sectio largior* miasma venereum in humores transfundere potest, maxime si substiterit, vel cohibitus sit fluxus.
14. *Antiverrea calida*, quando cum regimine sudorifero exhibentur, noxium illud virus per universam sanguinis massam diffunditur, præcipue ubi in fluxu nude suppresso propinantur: sufficit lenior diaphoresis per diluta decocta lignorum.
15. Damna, quæ per intempestivam hujus fluxus suppressionem inducuntur, sub *Prognosi* num. 5. indicavimus: hinc maxime cavendum est, ne ante sufficientem specificæ corruptelæ correctionem & mundificationem methodus talis cohibitoria eligatur.
16. Ad hunc errorem evitandum notetur, quod, quamdiu fluxus cum ullo, quantumvis levissimo, sensu & considerabili quantitate

- Rad. Albi*
fl. roſæ alb.
Oliban.
Maffich. r.
Os. Sep.
Bol. armenia. z
Camptor. 3ß
Sped. diab.
ſſig. 3ij.
ſſ. Turc.
29. doſe
in ad. ſol.
har. 5ß
ſuſſ. Benz.
ind. gogin.
ulcer.
non.
in. heſſer.
id. un.
ronu. ſuſſ.
- titate perennat, correctio mundificatoria ſufficienter nondum facta fit, ſed tum demum, ubi materia benignioris coloris, levi quantitate, & leni ſolum madore apparet: quo caſu *os ſepia* ad grana X-XX. per aliquot dies, conjunctis & ſubjunctis leniter abſterſivis, ſecure propinatur.
- Quando autem per os ſepiz fluxus, uti interdum contingit; non poteſt proſigari, tum Pilulæ Blancardi uſu eſſe poſſunt, Recip. Gummi Elemi
- Maſtich. ana Drach. II.
27. Terræ Catechu Scrap. I. f. l. a. cum Balaſmo indicô Pilulæ dof. Scrap. Semis.
18. Rare autem cohibitiô talis directâ neceſſaria eſt, & quando per adſtringentia mineralia & vegetabilia ſegniora tentatur, debitz ſecretiones & excretiones impediuntur, & damna, ſuperius allegata, introducuntur.
19. Fluxus *recens* per incongruam artem ſuppreſſus, & gravioribus ſymptomatibus ſtipatus, commode revocatur per Eſſentiam Alexipharmac. Stahlîi ſaturatam, cum Eſſentia pimpinellæ albæ ſeorſim acuatam, & per 8-14. dies continuatam; præmiſſa vel interpoſita alteratione, aut, ſi mavis, laxatione, per Mercurium dulcem.
20. Ubi autem, contingente tali ſuppreſſione, fermentum venereum per totam humorum maſſam jam diſuſum ſuit, ibi Catarrhalia & lignoſa (cum regimine quæ ac in ipſa Lue Venerea) requiruntur. *è omnium in ipſa venerea.*
21. De *Osſe ſepia*, tanquam ſpecifico cohibente, adhuc notamus, quod a quibusdam, *abſorbendi* ſcopo, adverſus ardorem ventriculi adhibeatur: hoc, ſi præſente gonorrhœa aut fluore albo contingat, gravia ſymptomata inducit.
22. Admiranda eſt indoles ulcerationis in gonorrhœa præſentis: per duos enim vel tres annos durare, & tamen curari poteſt; cum e contra ſimiles ulcerationes, venereæ nempe indolis, alias partes glanduloſas, e. g. oris interni, uvulæ, ſatis prompte erodant & depaſcant; cujus rei nulla alia ratio ſuppetit, quam liber in illis locis eſſluxus, qui impedit, quo minus in præſentibus glandulæ erodantur.
23. Experientia teſtatur, quod inquinamenta hæc Venerea variis ſche-

schematibus per tacita & nihil suspecta commercia & contagia plus disseminentur, quam in suspicionem veniant.

24. Prostant exempla, ubi post annorum etiam decursum non solum patientes notabilia iterum incommoda sentiunt, verum etiam, contrafacto matrimonio, cum uxoribus simile quiddam, nempe fluorem album, communicant. Hinc quivis excessus, in primis autem Venus, ad quam insignes stimulos, durante gonorrhœa virulenta, sentiunt, videntur, alias facile malum re-
 crudefcit.
25. *Botalli* consilium, urinam intra præputium aliquamdiu retinere, & hac ratione partem læsam abstergere, in recentibus adhuc iniquationibus & levioribus glandis erosionibus locum habet.
26. Glandis arrosio usum etiam capit ex applicatione olei ovorum, tanto magis si gutt. I. cum olei Philosophorum gutt. I. miscatur, quod lenissimum septicum est, & fungosas excrescentias, consolidationem impediens, egregie aufert.
27. Inflammatio & inflatio præputii, quando levior adhuc est, præsentissime discutitur per spiritum Vini camphoratum, mediante penicillo pictorio parce adhibitum: cavendo, ne in partem erosam guttula forte incidat.
28. Si vero tumor magis invaluerit, refrigeratio etiam aliqua locum habet; in quem finem unguentum album largiter camphoratum, item oleum ovorum cum Myrrha in ovo ad duritiem cocto colliquata, commendantur.
29. *Caruncule* in urethra tolluntur remediis Venereis absumentibus, quibus, si plurima portio sublata sit, ad fundum extirpandum, aliquid Mercurii præcipitati additur; sed aptum requiritur instrumentum, per quod applicari possit.
30. *Bubones* ulcerascetes, nisi & internis antiveneris, & externo provido Mercurialium usu, tractentur, insignes corruptiones & fistulosas erosiones formant. *Conf. Tabula de Lue Venerea.*
31. Hi, aliquamdiu tolerati, si postea discutiantur, vel introrsum repellantur, intus humoris infectionis periculum certissimum adest, nisi gonorrhœa largiter interea succedat,

Bals. resin.

COROLLARIUM.
DE
POLLUTIONE NOCTURNA.

I. **DEFINITIO.**

Pollutio nocturna est involuntaria feminis excretio, somni tempore contingens.

II. **DIFFERENTIA.**

Differt *gradu*: in nonnullis enim per 7 · 14 · 21 · 28. dies semel saltem contingit, in aliis autem singulis fere noctibus hæc excretio observatur.

III. **SUBJECTA.**

Iuvenes sanguinei, otiosi & lauta dixta utentes huic affectui præ aliis expositi sunt.

IV. **PROGNOSIS.**

1. Ubi rarius hæc excretio contingit, ibi œconomix animali sine damno est.
2. Quando autem singulis fere noctibus hæc pollutiones eveniunt, corpus debilitatur, homines discolors evadunt, quibusdam oculi rubent, aut aliis catarrhalibus affectibus infestantur, ad minimum livore cincti sunt.

V. **METHODUS & REMEDIA.**

Non medicamentis, sed labore, eoque placido perennante, & vicarij parciore curatur hic affectus. Si autem omnino remedia desiderentur, usus *Nitri* largior locum habet, nempe *Scrup. I.* circa vesperam sine multo vehiculo exhibendus. *Saturnina* externe applicata, a quibusdam mirifice laudantur.

VI. **CAUTELÆ.**

1. Omnia reliqua, quæ vulgo commendantur, suspecta sunt: vel enim non juvant, uti rad. *Nymphææ* & semen agni casti: vel, nimium usurpata, œconomiam animale turbant.
2. Caveant sibi ejusmodi subjecta a stimulantibus physicis & moralibus.
3. Labor, vel alius corporis motus immodeste institutus, in minus adfuetis, pollutiones potius excitat, quam aufert: hinc moderate omnia instituenda sunt.

TABULA LXXII.
 DE
 LUE VENEREA
 SEU
 MALO NEAPOLITANO.

I. DEFINITIO.

Lues Venerea est humorum lymphatico-salivarium viscosa corruptio, quæ successive stases, & tandem erosiones partium, maxime exanguium & glandularum inducit, & per contagium communicatur.

II. DIFFERENTIA.

1. Lues venerea differt a *Lepra*.

a) Lepra non ita prompte est contagiosa.

b) Defluvium capillorum & gonorrhœa utrisque quidem affectibus sunt communia, illud autem in Lue gallica longe copiosius contingit, & hæc magis virulenta est.

c) Ulcera in leprosis sunt tantum superficialia, & non æque circa genitalia eveniunt; in lue autem venerea nodosæ & profundæ ulcerationes, imo osium arrosiones observantur.

d) Leprosi, licet acu pungantur, insensibiles tamen existunt.

2. Differentiam Luis venereæ a *Scorbuto* Tabula LXIX, fusius indicavimus.

3. Lues Venerea in se differt gradu.

a) In aliis fermentale inquinamentum adhuc in humoribus solis oberrat, & symptomatibus aliquo modo tolerabilibus stipatum est.

b) In aliis autem partes *solidas* jam occupavit, cum atrocioribus pathematibus; quæ differentia e *signis* illucescet.

III. SIGNA. *— aliam vident*

1. Gonorrhœa adest virulenta aut ulcuscula circa genitalia, pleniusque post impurum congressum, varius per vestimenta, lectos, &c. in Sexu feminino loco gonorrhœæ virulentæ fluor albus malignus occurrit.

2. Hæc

2. Hæc labe per longum tempus has partes privatim quasi obfidere solet, sine ulteriore per reliquum corpus progressu.
3. Quam primum autem gonorrhœa vel fluor albus incondite tractantur, & hac ratione humores impetuosius commoventur, inquinamentum illud satis prompte per reliquum corpus diffusipatur.
4. Quando autem gonorrhœa, citra talem humorum exagitacionem, simplicius saltem supprimitur, tum statim accedunt Bubones venerei, nempe infarctus & intumescencia magna, dura, *inguinalium* glandularum, fungi & excrefcenz verrucosæ, neque raro fistulæ vesicæ *et cetera*.
5. Ubi vero fermentale inquinamentum in humorum massam altius diffunditur, ibi varia pessima symptomata & effectus oriuntur.
6. Afficit nempe noxia talis materia partes exsanguas, glandulosas, membranaceas, imo ipsa ossa.
7. Unde corruptelas gignit non purulentas, nec proinde insigniter inflammatorias, sed ulcerosas, non tam corrodente, quam ardente molestia, in primis nocturna, stipatas.
8. Quo intuitu hæc ulcera ossibus etiam arrosionem seu cariem inducunt.
9. Concurrunt dolores spastici, tensivi, vibratiles, rodentes, terebrantes, falsi, qui nocturno tempore communiter exacerbantur, & in cranio, occipite, femore, lumbis, perinæo, inguinibus, præcipue sese manifestant.
10. Quamdiu inquinamentum solidas partes nondum corripuit, sed per humorum massam adhuc oberrat, conqueruntur saltem de generalioribus incommodis, lassitudine gravativa, torpore, dolore obtuso, valde tamen molesto, & in meditullio quasi partium residente.
11. Ostendunt colorem livido-pallidum, in primis per oculorum orbitam, & ita conspectum referunt quasi squalidum ac pallidum.
12. Manus habent calentes & somnum inquietum.
13. Eveniunt magis magisque pathemata, acrius insistentia, aut ad certum aliquem locum tendentia, cum doloribus constantioribus & acrioribus, donec tandem languidissimo successu, nisi

nisi ars intercedat, transitus fiat in ulcerationem, eamque lentam, viscosam, valde ardentem & rodentem.

14. Hinc crosio, præcipue in collo, uvula, naribus, faucibus, quorum prodromus est raucedo) contingit.
15. Collectiones etiam ulcerosæ, lentissimæ hic illic apparent, quæ variis nominibus veniunt, nempe Steatomata, atheromata, melicerites, gummata gallica, Spect. Beulen / appellantur, prout materiam vel sebi vel mellis instar &c. continent.
16. De quibus anomalis collectionibus ulcerosis, imprimis steatomate & atheromate, notabile est, quod ab exigua magnitudine ad nucis avellanæ molem excrescant, & peculiari tunica inclusæ deprehendantur.
17. Accedit ulcerosis hæc corruptelis factor valde nauseosus, qui in malo, profundius radicato, etiam per halitum diffunditur.
18. Urina minus colorata, subturbida, sedimento mucido, tenace, & grandinoso quasi, conspicua est.
19. Tandem tabidam, phthificam seu hecticam extenuationem hoc malum format, & patientes post longos cruciatus extinguit.
20. Mares hæmorrhoides verrucosas, fissiles, manantes, ulcerascentes, sæpe incurrunt, rarius femina, quibus autem interdum cancrofa uteri arrosio miseram denique mortem arcessit.
21. Sanguis, quando gravius infectis emittitur, refrigerens manifestos lentores, imo grandinosas, albidas, glutinosas concrectiones ostendit.

IV. SUBJECTA.

1. Probabilissimum est, quod Lues venerea, Americanorum morbus endemius, per navigationem ad Europæos transportata sit: abunde enim constat, hoc malum bello Hispanico cum Gallis ad Neapolim primum pervenisse.
2. Omnis quidem ætas & sexus hoc malum, accedentibus causis occasionalibus, incurrere potest, ut plurimum tamen juvenes libidinosi, utriusque sexus, justissimam hanc salacitatis suæ pœnam luere tenentur.
3. Dantur autem & alii, qui innocente modo ab hac lue corripiuntur, nempe contagio per lectos, pocula, halitus inspirationem, fellas, ephippias, &c.
4. Infantibus nonnunquam hæreditate, vel a nutricibus infectis

communicatur; quod tamen rarius contingit.

V. CAUSÆ.

1. *Causa proxima interna* est subtile fermentum venereum, corpori communicatum, quod tenacem humorum inspissationem & corruptionem inducere solet, restante sanguine per Venæ sectionem emisso.
2. *Causæ externæ & occasionales.*
 - a) Nulli homini evenit, nisi absolute per contagium.
 - b) Familiarissime per impurum congressum, a quo primum gonorrhœa, aut ulcuscula in genitalibus oriuntur, & deinde post perversam præcipue tractationem, hoc inquinamentum in totam sanguinis massam diffunditur.
 - c) Infectio quidem per vestimenta, lectos, cucurbitulas, novaculas, &c. etiam contingit, sed benignior observatur.

VI. PROGNOSIS.

1. Lues Venerea est morbus lentæ & diuturnæ indolis, hinc ad plenam ejus eradicationem tempus requiritur.
2. Quando malum humores saltem occupavit, citius adhuc profligatur; ubi autem ossum & glandularum profundæ arrosiones jam præsto sunt, ibi cura tardius & difficilior succedit.
3. Qui curam Mercurialem sine successu adhibuerunt, vel ex alia causa in idem malum relapsi sunt, illi in repetenda cura majori periculo exponuntur.
4. Corpora succulenta, perspirabilia, minore periculo & molestia curam Mercurialem tolerant, quam sicca, tenera, densiora.
5. Quando alii affectus cum Lue Venerea complicantur, e. g. scorbutus, tum difficilior redditur cura.
6. Viscerum autem læsio ubi concurrat, ibi status est conclamatus.
7. Quo profundius ossa jam erosa sunt, eo magis post curam recidiva metuenda est, vel malum plane insuperabile observatur.
8. Infectio per vestimenta, lectos &c. uti benignior est illâ, quæ per impurum congressum inducitur, ita etiam multo facilius extirpatur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. *Methodus generalis.*

1. Fermentum noxium Venereum est expellendum.
2. Effectus ab hoc fermento inducti, nempe lymphæ tenax, viscosa, mucida, sunt corrigendi,
3. Re-

3. Reliqua symptomata, nempe ulcera, Bubones, excrescentiæ, scabies &c. sunt auferenda.

4. Ad hos scopos obtinendos duo prostant subsidia, cura scilicet sudatoria & salivatio, illa in malo adhuc leviore, hæc in proventiore adhibetur.

B. *Methodus specialis.*

1. Corpus ante omnia in utraque cura præparandum, & sordes primarum viarum expurgandæ sunt; in quem finem Mercurius dulcis, cum extracto quodam purgante in Pilulas redactus, optime convenit.

2. In recentiore malo, & primo leviore gradu ad inquinamentum expellendum sufficiunt lenia Catarrhalia Alexipharmaca, e. g. propinetur mane ad 30-40. gutt. Essentia pimpinellæ albæ bene saturatæ, & regimen sudoriferum conjugatur.

3. Quando contagiosum fermentum diutius cum sanguine jam remixtum fuit, partes autem solidæ nondum arrosæ sunt, tum resolventia fortiora, diuretico-diaphoretica adhibeantur. Conducunt hic Tinctura Antimonii acris, decocta e lignis Quaiac. Sassafras, Juniperi, Pini, Fraxin, rad. Sarsaparill. Chin. pimpinell. min. bardan. Vincetox. petasitid. herb. saponar. e. g. Recip. Rasur. Lign. Sassafras Unc. II,

Quaiaci

Rad. Chin.

Sarsaparill. ana Unc. I.

Cinnamom.

Sem. fœnicul. ana Drach. I.

incis. contus. f. species ad decoctum saturatum.

Vel pro pauperibus

Recip. Lign. pini *Buxi*
Juniperi ana Unc. II,

Rad. pimpinell. alb.

bardan. ana Unc. I.

herb. Saponar. man. I.

Sem. anisi Drach. II.

hæc decocta, conjuncta per duas vel tres quotidie horas sudatione in stuphis, mane exhibeantur, & prore nata ad 2-4 septimanas continuentur.

4. In summo hujus Luis gradu, nempe in statu inveterato, symptomatibus fixis, osteocopis, tumoribus duris & ulcerationibus ad osium arrosionem progredientibus, cura sudatoria non sufficit: hinc ad *salivationem* per Mercurialia confugiendum est, ut lymphæ specifico quasi fermento coagulata, & partibus solidis infixa, resolvatur & eliminetur. Instituitur autem Salivatio vel per interna Mercurialia, nempe Mercurium dulcem, vel per unguentum aliquod Mercuriale, externe adhibitum.

*in robatur
a prolixiore
gia & hinc
ossium & hinc
males hinc
medis.*

5. Præmittatur autem salivationi laxatio superius commendata, & deinde, ut corpus reddatur perspirabile, decoctum lignorum per 4-8. dies exhibeatur.

6. Postea successive Mercurius applicetur, e. g. unguentum quoddam Mercuriale, primo die carpis, secundo tarsis, tertio his & simul suris, pro diversis mali gradibus & robore patientis, (quod tamen non e lasitudine, sed ipsius individui tota constitutione metiendum est) tam diu illinatur, donec oris interni & glandularum salivarium intumescencia, dentium vacillatio, tanquam prodromi salivationis, subsequantur.

7. Succedente salivatione non statim ab inunctione absteineatur, sed leniter & circumspecte cum illa paululum continuetur.

*granum
Pinal
omnibus
maiores oves.*

8. Si internis Mercurialibus salivationem suscitare libeat, post corporis per laxans & decoctum lignosum factam præparationem, exhibeatur Mercurius dulcis, incipiendo a gran. 4-6. & sensim usque ad Scrup. semis ascendendo. Vesperi hæc commode propinantur, subjunctis mane diaphoreticis lignosis.

9. Durante salivatione ori & faucibus sollicite succurratur per frequentem usum gargarismatis, e rad. pimpinell. alb. bardan. helen. Vincetox. irid. florentin. Ari. herb. salviz, hyssop. flor. Chamomill. Sem. fœnugræci; quibus, si opus sit, addatur pro emollitione *siccis*, pro ardore temperando *Nitr. & album gracum.*

10. Arrosæ *fauci* sublevantur etiam Essentia Succini, pauca essent. Myrrhæ, & una vel altera gutta essent. ligni Quaiac. cum aqua destill. rosarum: in malo provectiore adduntur olea destillata Caryophyll. Cinnam. cum oleo ovorum, vel ol. amygdal. dulc. temperanda.

additur Sa aloë

11. *Ulcerum* Venereorum tractatio ad chirurgiam spectat, mundificantur autem vel per Essentiam balsamicam, modo dictam, vel per

per decoctum lignorum, cum exigua portione Tincturæ Antimonii remixtum.

12. *Nodi gallici* resolvuntur : *externe* emplastr. ^{de g. g. n. s.} Vigonis, aucta Mercurii dosi in duplo vel triplo, Unguento Mercuriali, item Lamina saturni Mercurio illita : *interne* Mercurio dulci &c.
13. *Excrescentias fungosas* absumit *externe* Mercurius præcipitatus, *interne* illas resolvit Mercurius dulcis.
14. *Scabiæ venerea*, ubi conjuncta est, paret etiam unguento Mercuriali, & mundificationibus internis, *Conf. Tabula de Scabiæ.*
15. In *Bubonibus venericis*, si gonorrhœa suppressa sit, hæc revocanda & corrigenda per Catarrhalia diuætica, e. g. Essent. alexipharm. pimpinell. alb. Succini, pyrolæ, decocta antivenerea, Mercur. dulc. *Externe* discutit Emplastr. diachylon cum gumm. Unguent. Mercuriale. *Admiratio* autem promovetur per emplastr. de Meliloto. *Dolores* stopit emplastr. Vigonis, amalgama Jovis, & denique *apostema* mundificatur per essentiam balsamicam lignorum. *Conf. Tab. de Gonorrhœa.*

16. Finita denique cura alvus laxante quodam repurgetur.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Brevi tempore in hoc morbo nihil obtinetur, sed diuturnior medicationis continuatio necessario requiritur, quod adeo verum est, ut etiam malum adhuc levius, neglecta iusta medicamentorum continuatione, facile recrudescat.
2. Hæc continua medicatio commodè fieri potest cum omnibus remediis, quæ huic malo opponuntur, excepto solo Mercurio, nullam enim insignem alterationem, nedum detrimentum, corpori adferunt, si proportio exhibitionis gradui & decremento morbi respondeat; ubi autem proportio illa non observatur, ibi calidiora, e. g. lign. Quaiaci, Sassafras, nimis diu continuata, incommoda, imo damna, inferre possunt.
3. Temperamentorum distinctio hic omnino usum habet: Subjectis enim frigidis decocta, e *calidioribus* exoticis parata, juncta etiam *essentia* lignorum, egregie conveniunt; siccioribus autem & cholericis hæc dissuadentur, & temperata magis, e. g. rad. Sarsaparillæ, Chinz, cum nostratibus etiam temperatis, quæ virtutes suas tacite quidem, sed satis efficaciter, præstant, commendantur.

4. Diversa tractatio diverso Luis gradui debetur : quamvis enim fortior methodus, quæ gravius malum superat, censeri videatur, ac si leviozem affectum tanto facilius profligatura sit; hic tamen regula illa: *quod potest majus, potest etiam minus*, non absolute vera observatur; neque etiam consultum est, leviori malo operosius, imo non omni periculo carens, remedium opponere.
5. Quemadmodum enim validiora remedia Mercurialia causam morbi, teneriorem adhuc & subtiliorem, non satis adsequi & subigere possunt, sed potius ultimis ipsius corrupti corruptelis & morbi productis magis quadrant: ita leniora & lignosis præsidia, quæ subtilioribus hujus indolis corruptelis efficaciter opponuntur, graviori atque crassiori materiz minus sufficere, non solum experientia, sed & sanz rationis dictamen, confirmat.
6. *Lignosa*, in malo jam magis effero, absolute necessaria sunt, cum moderata, sed assidua, commotione sudatoria; quæ tamen in mitiore morbo sub medicamentis hujus classis penetrantioribus, quibus rad. pimpinell. alb. optimo jure accensetur, non æque requiritur.
7. *Sudatio* sub multis tegumentis non est consultata, cui illa præferenda, quæ sit in lecto libero, mit Spritzeln / Spiritu vini accenso.
8. *Diuresis* sub diaphoresi non negligenda est: materia enim crassa, mucido-salina per sudorem non eliminatur. Unde Tincturæ alcalinæ, e. g. Tinct. Antimonii bene acris, huic scopo egregie fati faciunt.
9. *Amara*, inprimis fumariz, inquinamentum humoribus penitus insinuant, & corruptelas reddunt fervidiores.
10. *Acrida antiscorbutica* majorem acrimoniam corruptelæ Venereæ superaddunt. Hinc in complicatione Luis Venereæ cum scorbutico caute & placide omnia gerantur: in statu dubio profunt decocta temperata lignosa cum Tincturis alcalinis, item catarhalibus, essent. succini &c. donec alterutrius prædominium innotescat.
11. Quando sub salivatione corporis & animi debita continentia prætermittitur, tota laboriosa operatio non solum irrita, sed & periculosa, imo sæpe funesta, observatur.

12. *Vena sectio*, præservative instituta, molestias, in cura subeundas, quodammodo sublevat, præcipue in plethoricis.
13. *Vires patientis* præ omnibus considerandæ, num ad curam Mercurialem (quæ gravia symptomata, v. g. tumores faucium, vacillationem, imo arrosionem & casum dentium, ardores pruriginosos, dolores capitis, agrypniam &c. infert) sufficiant.
14. Differentia autem habeatur inter illum virium defectum, qui ab individui statu, & inter eum, qui a morbi crudiore coagulo, profundius & longius jam inhabitante, dependet. Hic si cuneus mitior adhibeatur, & cura ob virium defectum justo maturius abrumpatur, irritum est negotium universum; præstat potius ibi analepsi gelatinosa vires rescicere, & medicationem legitime continuare.
15. *Diarrhœa sanguinolenta*, sub cura cooriens, non est melioris notæ, & patiens ad curam talem molestam perferendam vix sufficiet. Exposcit autem hæc diarrhœa clysteres lenientes, e decocto hordei & lacte cum oleo amygdal. dulc. & vitellis ovorum paratos.
16. Omnia illa subjecta ad salivationem perferendam inidonea sunt, quæ vitio aliquo viscerum inprimis pectoris laborant.
17. Quando autem dolores sub salivatione mitescunt, imo evanescent, ulcera exsiccantur, & bubones pereunt, tum de felicitate successu non dubitandum est.
18. Salivatio per externa Mercurialia præferenda est illi, quæ per interna excitatur, nisi forte hæc illis succurrere debeant.
19. *Unguenta* Mercurialia præstant emplastris seignioribus e Mercurio & Gummi-resinis præparatis.
20. *Suffumigium* per Mercurium, vel Cinnabarim prunis injectam, penetrans quidem est, sed incertæ efficacitæ; caput etiam, & pectus a fumo tali, nisi in stupha adhibeatur, facile offenduntur; unde præstat inunctio partium exsanguium, tendinosarum; ubi spinæ dorsi parcendum, ne stupores & paralyses introducantur.
21. *Aqua Mercuriali* extrinsecus uti, periculosum est.
22. *Ufus Mercurii corrosivi*, quem Blancardus loco Mercurii dulcis commendat, turpethi mineralis, arcani corallini, cautissimus fit.
23. In *gargarismatibus*, si adstringentia adhibeantur, salivatio impeditur. Sic etiam acida & refrigerantia eandem præpediunt.

24. *Salivatio* ad minimum sufficiens sit, ne repetitio cum majore periculo necessaria evadat; satis est, quando post materiam fluidiorem, mucosam similem, spissa fœtida saburra magis magisque ejicitur: desistendum, si tormina, vomitus, diarrhœæ, spasmi, stupores supervenerint, & diapnoicis insistendum: in primis autem ab usu Mercurii interno tum desistere convenit, quia hæc accidentia hunc magis, quam externum usum comitantur.
25. *Salivatio spuria*, seu *spuatio* per Medicamenta cuprea, ab Helvetio commendata, satis quidem efficax, sed periculo stipata est: graves enim ventriculi & intestinorum perturbationes, nauseam diuturnam & flatulentias generat, imo multi inde in hydropem conjiciuntur.
26. *Ulcerum* externorum venereorum tractatio sine præmissa interna & justa medicatione intuta est, & nullius etiam effectus; in specie gummata adstringentia materiam repellunt, ut deinde ossa arrodere soleat.
27. Si una salivatio malum non penitus extirpetur, tum repeti illa potest, maxime si prior libere successerit, & patiens sit robustus.
28. Quando autem malum quibuscunque methodis non cedit, tum justa suspicio subest, quod in illo loco, ubi profundiores ardores sentiuntur, ossis arrosi corruptio hæreat, & chirurgicam manum expectet, v. g. cranium arrosus dolores capitis continuos per aliquot sæpe annos excitat, & omnem medicationem internam aspernatur.
29. Ubi vires patientis præsto sunt, ibi salivationi laxatio e Mercurio dulci, vel clystere, interponatur, prætermissa illo die inunctione.
30. In *salivatione nimia* Sulphur adhibere, aut regimen sudoriferum, minus convenit, alvus potius leniter laxetur, & inunctio, uti modo dictum, illo die omittatur, ac, quod reliquum est, Naturæ commendetur.
31. *Essentia pimpinelle* albæ optime se gerit in turbis & molestiis a Mercurio subnatis: ejicit quoque, si quid forte Mercurii in corpore adhuc latitet, deglutendo gutt. 12. 15. sine vehiculo, quæ ardorem quidem fremebundum, mox autem sine noxa evanescentem, excitat.

32. *Radicem Chine* Thonerus tanquam specificum commendat, id quod usus docebit.
33. Lenis *diaphoresis* sub ipsa salivatione non solum convenit, sed etiam quadantenus necessaria est, neque facile timendum (uti Auctores quidam, alii ex aliis, mutuo transcribunt) ne ipsa salivatio per eandem sufflaminetur, utpote quod non, nisi *conferri* instituta & continuata, efficere solet.
34. Itaque regimen directe sudatorium, (non autem lenior diaphoresis) uti salivantem Mercurii effectum impedit, ita, quamdiu Mercurius in humoribus oberrat, nudæ evacuationes diaphoreticæ metum faciunt, quod *partibus* altius sese impacturus sit: unde gravissima pathemata, nempe paralyses, tremores, dolores spastici, ariduræ, inducuntur.
35. Majore adhuc circumspeditione indiget enchiresis illa, hodie circumgestata, quæ Mercurium *non salivantem* præparare & exhibere docet: falsissimum enim est, illum non movere salivationem, sed in eo saltem enchiresis consistit, ut cum regimine sudorifero exhibeatur; quo intuitu *quolibet* Mercurius, nisi enormibus plane dosibus ingestus, salivatorium effectum amittit.
36. In malo graviore, maxime sub salivatione, *dieta* fit tenuis, euchyma, non autem aromatica, liquidorum præcipue ciborum, quos dentium, ad masticandum ineptorum, conditio etiam exposcit, cum potu hordeato, diluto lignorum decocto, aut cerevisia optime defæcata: salsa sane & acida assumpta Mercurium deteriorem reddunt, cruda vero & crassiora vias & ipsas excretiones temerant.
37. In primis patiens justam *caloris* conservationem cordi habeat: abstinendo a motu inquieto, in graviore malo positive noxio, item a liberi aëris, maxime frigidi, admissione, quæ salivationem reprimat, & damna fere irreparabilia adfert.
38. Chirurgorum *septica metallica* nocent, & ad malos in ossibus eventus sæpe contribuunt.
39. *Bubones* veneriei non sponte tendunt ad suppurationem, & hinc ad gonorrhœæ revocationem sufficiens tempus concedunt.
40. *Mercurii dulcis* doses ad grana 20. imo 30. augere, uti vulgo commendatur, neque necessarium, neque consultum ducitur.

TABULA LXXIII.
DE
CORYZA ET GRAVEDINE.

I. DEFINITIO.

1. *Coryza* est affectus catarrhalis, excretionem seroso-mucida per fauces & nares conspicuus: ab actuali compressoria restrictione humorum versus caput maximam partem originem ducens. Derivatur *ἰσχυρὰ*, *gravedine* laboro.
2. *Gravedo*, secundum receptam distinctionem, est affectus iridem catarrhalis, nulla actuali perruptione materiz serosæ, sed illius congestione saltem & stagnatione manifesta, atque majoribus hinc incommodis stipata.

II. DIFFERENTIA.

1. Catarrhorum præcipuæ species sunt *coryza*, *gravedo*, *raucedo*, *tussis* & *catarrhus suffocativus*. De *Coryza* & *gravedine* hæc de aliis autem speciebus sequentibus Tabulis agemus.
2. *Vulgus* quidem aliam adhuc speciem accusat, nempe *catarrhi lapsi* in stomachum, *es sey ihnen ein Fluß in den Magen gefallen*; est autem consensualis saltem molestia, a faucium catarrhali incommodo, seu Veteribus dicto *brancho*, circa orificium œsophagi, & ductum illius una eveniens.
3. Liceat hic paucis indicare differentiam *catarrhi a Rheumate*, ad evitandam communem confusionem.
 - a) *Rheuma* plus sanguinis strictè dicti involvit, quam *Catarrhus*, qui seroso-mucidæ magis est crasseos.
 - b) *Rheuma* febriculam qualemcunque semper habet connexam, quæ tanto fortior & acrior est, quanto plus sanguinæ substantiæ altius ad partes seriferas diffunditur; *catarrhus* autem *simplex* nulla febre stipatus est, sed tum demum eandem habet comitem, quando sanguinæ portiones his stibus accedunt, & corruptionis periculum minantur. *Conf. Tab de febre Catarrhali benigna.*

c) *Rheu-*

Demagmucida
 c) Rheuma non ad exitum pervenit, sed dolore premente, tendente, imo interdum lancinante ac fremebundo percellit; in Catarrho autem materia seroso-mucida excernitur. *Conf. etiam differentia Tab. de Arthritide.*

4 Differentia coryzz a gravedine per definitiones jam indicata est.

III. SIGNA.

1. Coryza.

- a) Præcedunt pruritus & sternutationes.
- b) Interdum gravedo ipsa coryzz prodromus est.
- c) Subsequitur actualis excretio materiz seroso-mucidæ per nares, fauces, & subinde etiam oculos.
- d) Quo tenuior & acrior est hæc catarrhalis materia, eo magis afficit illa loca, per quæ excernitur, ita ut sæpius leviter arrodantur, & ardoris sensu infestentur.

2. Gravedinis.

- a) Temulenta & gravativa capitis afflictio.
- b) Dolores prementes, tendentes, imo pungentes & urentes.
- c) Vasa notabiliter turgent.
- d) Concurrit fitis cum oris siccitate.
- e) Somnus est inquietus.
- f) Pectus etiam in consensum trahitur, & oppletionem quadam gravativa occupatur.

IV. SUBJECTA.

1. Ætas infantilis, præcipue post transpirationis suppressionem, vel, secundum Riverii observationem, si urinæ excretio in illis non succedat.
2. Pucillilis ætas, multa lympha salivali abundans.
3. Præcipue etiam provecior ætas, quæ, ob sanguinem inertiozem, sinceris hæmorrhagiis non magis par est.
4. Temperamentum inprimis phlegmaticum, vel sanguineo-phlegmaticum.
5. Homines otiosi, somnolenti, curiosi, et repleti amantibus.

V. CAUSÆ.

1. Quæ scena in hæmorrhagia narium, illa etiam in coryza luditur: hujus enim causa primaria est etiam congestio sanguinis versus caput, hæmorrhagiæ narium destinata.

2. Quoniam autem in talibus subjectis sanguis, stricte dictus, cum

tenui abundante sero sufficienter non subactus est, crassa rubicunda portio ulterius progredi non valet, & sic tenerior saltem pars excernitur, & quidem satis subinde copiose, de qua re notabile exemplum apud Salmuthum reperitur.

3. A restagnatione *passiva*, nempe detentione humorum seroso-lymphalium intra & circa glandulas, tanquam illorum colatoria, aliquando quidem Coryzam provenire posse, non negatur, sed hoc rarissime.
4. *Causæ externa & occasionales.*
 - a) Evacuaciones catharticæ consuetæ naturales suppressæ.
 - b) Artificiales, circa æquinoctia celebrari solitæ, neglectæ.
 - c) Aër humido-frigidus, imo etiam humido-caldus cum repentina refrigeratione permutatus.
 - d) Crebriores crapulæ, secundum proverbium: Güsse machen Stülße.
 - e) Usus herbæ nicotianæ, antea frequens, jam simul & semel abrogatus, & abusus pulveris sternutatorii.
 - f) Omne illud, quod transpirationem naturalem impedire solet.
 - g) Suppressio urinæ, secundum Riverium.

VI. *PROGNOSIS.*

1. Simplex tam Coryza quam gravedo parum in recessu habent periculi.
2. Imo ipsa etiam habitualis horum affectuum innidulatio, ætate & reliqua constitutione adhuc vegetiore, directum non adeo periculum infert.
3. In annosioribus autem & cæcæ aliter se res habet; in illis enim perpetuus talis copiosus impulsus ad caput & fauces vestiginosa, apoplectica, hemiplectica, paralytica, consecraria tandem inducit, vel affectus asthmatici, catarrhi suffocativi oriuntur, si decubitus hujus materiæ acris ad pulmones contingat; quo intuitu etiam in junioribus phthisica exulceratio induci potest.

VII. *METHODUS MEDENDI & REMEDIA.*

Rarissime quidem contingit, ut patientes, Coryza aut gravedine laborantes, Medici consilium querant; quod si tamen omnino hoc fieret, sequente modo incedendum.

1. Iusta & necessaria evacuatio in gravedine promoveatur.

2. Evacuacioni per hæc loca, alia convenientior substituat, & hæc ratione Coryza avertatur & intercipiatur.
3. Primum quod attinet, adhibeantur in *gravedine* vel lenia ptarmico-errhina, e. g. herb. Majoran. Betonic. Thym. flor. lili-or. convall. &c. vel odor Salium volatiliū urinosorum naribus excipiatur: ita enim facile resolvitur, vel ad minimum ad fluxilitatem reducitur, mucida illa substantia, quæ tensionem & infarctum pepererat.
4. Secundæ indicationi ut satis fiat, præscribantur circa æquinoctia Laxantia, Venæ sectiones in pede, & pro re nata Scarificationes.
5. Medicatio *curativa* vix requiritur, conveniunt tamen lenes laxationes & lenia catarrhalia, nominatim M. P. de succino Cratonis, extract. hellebor. nigr. Mercur. dulc. Essent. alexipharmaca, succini, cum leni diaphoresi conjuncta.
6. In nimis copioso autem affluxu catarrhali, præmissis laxantibus & diapnoicis, una vel altera exigua dosis M. P. de Cynoglossa, cum pulvere quodam Cinnabarino remixta, exhibeatur.
7. In Coryza aciore, inprimis cum sensibili dolore capitis junctâ, usus camphoræ externus multum levaminis adfert, vertici & temporibus illam applicando; interne autem Nitrosa cum absorbente quodam & Antimonio diaphoret. mixta.
8. Denique præservative adhuc commendantur

a) Mixtura Tonico-Nervina Stahlî, quæ egregiæ hic est efficacis.

b) Alvi debitus successus.

c) Modestus usus pediluviorum.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRÆCTICÆ.

1. Deckerus in notis ad praxin Barbette insignem efficaciam vaporis thuris, aceti & similium, adscribit; sed cavendum est, ne ad retropellendum potius, aut mucum illum restagnantem altius incarcerandum, talia inserviant; quo casu sonitica & periculosa pathemata induci possunt.
2. Minime omnium nudæ tales retropulsiones in *gravedine* *habitualis*, sæpius recurrente, tolerantur; in qua parum etiam efficiunt ipsa Volatilia & ptarmico-errhina.
3. Imo frequens & quotidianus *ptarmico-errhinorum* usus affluxum

ipsum tanto magis invitat, & homines habitualibus ejusmodi catarrhis obnoxios reddit,

4. Idem præstat *fumus tabaci* multum usurpatus; qui tamen horum utrorumque usui adsueverunt, non possunt, quin eundem denovo, sed intra limites subsistendo, assumant.
5. Sic etiam *Salia volatilia urinosa* in coryza acriore & tenuiore affluxum augent, vel ad minimum rubefactoriam pruriginosam passionem circa radicem narium intendunt, & gravedinosum valde molestum sensum ibidem gignunt; cui potius Nitrosi collutionibus, modeste tamen usurpandis, succurritur. In Coryza autem mucosiore & gravedinosa volatilia urinosa externe non rejicienda sunt. Nimum tamen usurpata caput & memoriam debilitant.
6. A remediis nudis externis *subacidis vel adstringentibus* in coryza abstinendum est.
7. In coryza, præcipue *acriore*, & in specie *contagiosa*, præmissa leni laxatione, usus alexipharmacorum temperaturum & Nitrosorum egregie convenit, in *simpliciore* vero, præsertim ad habitum jam propendente, eximii usus est essentia succini, sive sola, vel cum essentia lignorum, & in specie Essent. ligni Sassafras, combinata.
8. *Appensio succini*, cui unquam vere profuerit, non constat: licet enim globuli pellucidi, ab ejusmodi catarrhosis gestati, obscuritatem, quemadmodum *Corallia* pallorem, aliquando inducant, hoc tamen sine ulla patientis sublevatione utrinque evenire observatur.
9. *Fonticuli & Setacea* possunt quidem fluxus tales catarrhales interdum intercipere, præsertim in junioribus, plura autem incommoda hoc tentamen premunt.
 - a) Sæpius sine ullo effectu adhibentur.
 - b) Raro diu juvant, licet fonticuli continuentur & setacea repetantur.
 - c) Non continuata antiquum incommodum gravius revocant, imo graviora alia pathemata introducunt.
 - d) Ætati juniori debilitationes & enervationes fonticuli familiariter conciliant.
 - e) Quibus pensitatis elucescet, quod remedium gravius & molestius sit ipso morbo,

10. *Therमारु* usus, praegressis debitis evacuationibus, & proportionate institutus, non inefficax est, sed magis in praesens, quam pro universo malo constanter auferendo conducit; nisi mox vitæ genus otiosum in laboriosum mutetur.
11. *Vene sectio* tempestiva & proportionata eximium usum praestat: hinc non audiendi sunt, qui per illam vires exhauriri, & sanguinem magis vappidum, mucidum, vel, Antiquorum vocabulo, frigidum reddi, ex erroneo spirituum principio statuunt; cui commento innumerabilia exempla, hisce ventilationibus adsueta, quantumcunque seniores, alacriter contradicunt; quibus autem sanguinis crasis in genere mucida & phlegmatica est, iis Venæ sectio non æque conducit.
12. *Essentia succini*, praemissa methodo evacuante, in affectibus catarrhalibus eximie est efficacis, & id praestat, quod ab aliis frustra expectatur; modo sine alcali parata sit.
13. *Lignum Sassafras* in decocto aliquem habet usum, essentia autem ejus nimis calida est.
14. *Massa pilularum de Succino Cratonis* revocat quidem decubitum excretionis mucidæ a capite ad intestina, tanquam debita excretoria; corrigenda tamen, ut minus Aloës & plus succini eandem ingrediatur.
15. *Extract. panchymagogum Crotti* satis bene & leniter purgat, nisi in dosi excedatur. *Res Gummi Torisicum*
16. *Essentia hellebori nigri*, bene saturata, cum *Tinctura Jalappe* mixta, egregium etiam praestat effectum, inprimis quando circa æquinoctia & tempus appropinquantis catarrhi propinatur.
17. *Radix Ari* ad evacuandam colluviem serosam in nodulis seu infusis nunquam contemnenda est.
18. *Motus vel exercitia corporis* magis, quam ulla alia remedia adhibenda sunt, cavendo saltem, ne concalescens corpus refrigeretur.
19. In phlegmaticis largus usus *Zingiberis* in cibis egregie conducit.
20. *Pulvis sternutatorius* ad gravedinem expediendam si non sufficiat, grana VI. *euphorbis* pulverisati cum una vel altera uncia vini coquatur, & modicum hujus decocti in nares trahatur, ita satis potenter stimulat nares, & humores discutit,

21. *Cortex Mezerei* aliquo modo lenius operatur. Interim talia non statim, sed post alia convenientiora adhibeantur.
22. *Cucupha*, quas Catarrhosis ex herbis aromaticis parare solent, usum quidem aliquem in pure phlegmaticis exhibent, in sanguineis autem cavendum, ne vertiginosi affectus inde sequantur.
23. *Balsama* apoplectica & cephalica subjectis talibus magis nocent, quam conveniunt: quia caput inde gravatur.
24. In *Coryza acriore*, præmissis per tres circiter dies Nitrosis & temperantibus, M. P. de Cynoglossa usum habet; præterea in omnibus *Coryzae* speciebus, multo magis in hac, *Cinnabaris* convenit. In hac acriore specie Essent. Alexipharm. plus, quam Essent. Succini præstat.
25. Multi catarrhosi, quando aliquid cibi assumerunt, insolitam ad vomitum habent proclivitatem; cujus symptomatis tractatio a reliqua methodo non differt, imprimis si post catarrhosam & cum *Coryza* complicatam capitis oppletionem sequatur.
26. Veteres per Trageas huic rei mederi voluerunt, e rad. helenari, galang. Zedoar. cost. ver. cinnamom. &c. quæ, licet contemni non mereantur, effectum tamen non ita prompte edere solent.
27. *Costus verus*, saltem commasticatus, leviores stases catarrhales satis præsentanee discuit.
28. Melioris adhuc energiz est rad. pimpinell. alb. vel per se, vel in forma essentiz.
29. *Radix Vincetoxici* in affectibus serosis præ reliquis laudabilis est: *radix Bardana* eidem intentioni optime inservit; item *radix Petasididis*, magis tamen in phlegmaticis subjectis.
30. Ex hisce radicibus extracta essentia, si aliquot illius guttæ, cum nullo vel paucissimo vehiculo, deglutiantur, & usus ejusmodi per aliquot dies repetatur, tum Vomitus tali optime consulitur, & fauces a serosa tali oppletionem liberantur.
31. Convenit etiam Cochl. I. spiritus communis ardentis, bonæ nocte post assumptos cibos cum essentia ejusmodi, imprimis pimpinell. sumatur. *per se in nigricantibus*

TABULA LXXIV.
DE
RAUCEDINE.

I. DEFINITIO.

Raucedo est tunicæ glandulosæ & partium glandulosarum, circa superiora asperæ arteriæ sitarum, constrictio, qua debitus proventus lymphæ, asperam arteriam humectantis, intercipitur.

et originem

II. DIFFERENTIA.

- 1. Raucedo est vel lenior, quæ a causis externis inducitur, vel perniciosa, a causis internis originem ducens.
- 2. Raucedo, secundum reliquas diversas causas, diverso modo adhuc differt, uti inferius sub causis dicetur.

differt in gradum

III. SIGNA.

- 1. Raucedo ipsa per se satis constat.
- 2. Cum leniore affectu tussis vel conjuncta est, vel eundem sequitur.
- 3. Cum graviore vero facile conspirant affectus catarrhales, scorbutici, imo subinde Venerei.

IV. SUBJECTA.

- 1. Evenit raucedo ætati communiter juvenili & consistenti.
- 2. Fœminis, obstructione mensium laborantibus, *conf. Cautela.*
- 3. In specie iis subjectis, quæ subsequenter causis exponuntur.

V. CAUSÆ.

- 1. Causa proxima, interna, est interceptio lymphæ, quæ arteriam asperam humectat.
- 2. Causa concomitans, quæ lymphæ proventum impedit, est ut plurimum constrictio partium glandulosarum, circa superiora arteriæ asperæ. In causa vero scorbutica & Venerea erosio epiglottidis præsto est.
- 3. Causæ externæ & occasionales.
 - a) Decubitus rei alicujus extrinsecus delatæ, e. g. particularum pulverulentarum. *ex Tabaco fortissimè.*
 - b) Tussis vehemens.

- c) Frequens diuturna fermocinatio & vociferatio,
- d) Cibi nimium pingues,
- e) Humores acres biliosi, circa hæc loca stagnantes.

VI. *PROGNOSIS.*

1. Raucedo, a causis externis producta, levioris est considerationis.
2. Quæ a causis internis dependet, non, nisi his sublatis, tollitur.
3. Quo graviores sunt morbi complicati, eo difficilius raucedo tollitur: hinc in causa Venerea & Scorbutica fatis pertinax observatur.

VII. *METHODVS MEDENDI & REMEDIA.*


1. Ad structuram partium glandulosarum relaxandam & acrimoniam obtundendam, exhibeantur lubricantia, e.g. oleum amygdalar. dulc. Syrup. liquiritiz, de erysimo Lobelii, capillæ Veneris, Violar. juscula mucilaginosa raparum, avenz, hordei, decocta ex herb. Veronicæ, hyssopi, Salviz, hederæ terrestris, sem. anisi, fœnicul. *nono nichay, pectorata*
2. Ubi autem stasis mucida præsto est, & coryza, tussis &c. concurrat, ibi eadem medicatio locum habet, quæ sub hisce affectibus indicata est. *Conf. Tab. de Coryza & Tab. de Tussi.*
3. Quo magis humores acriores biliosæ in hoc affectu peccant, eo melius conducunt absorbentia cum Nitro & Antimoniato quodam fixo combinata, conjuncto leni regimine diapnoico.
4. In causa scorbutica & Venerea primarij affectus respiciendi sunt.
5. Alvus subinde per lenia laxantia solvenda est.

VIII. *CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.*

1. Relaxatio arteriæ asperæ in raucedine communiter quidem solet accusari, nec proorsus de nihilo, quia in illis locis, ad quæ humores restringuntur, talis relaxatio omnino contingit; qui vero omnes hujus affectus circumstantias, & in specie etiam relaxantia remedia, quæ ipsi salutariter opponuntur, penitus considerat, ille ut plurimum *constrictionem* subesse observabit.
2. Quo magis raucedo chronice & per annos durat, eo magis *constrictio* subesse videtur, & in talibus casibus vox non solum rauca, sed ita suppressa quoque est, ut vix intelligi queant patientes.
3. Ubi autem simplex magis congestio humorum circa hæc loca contingit, ibi *relaxatio* arteriæ asperæ potius supponenda erit, sed

sed tum vox non suppressa, sed profunda raucedine manifesta est.

4. *Helvigium* bene observavit, quod raucedo in sexu fœminino contingens, mensium obstructionem interdum pro fundamento habeat; quo intuitu Venæ sectionem commendat.
5. Notum est tale exemplum, ubi virgini duo de viginti annorum, mensium suppressione & raucedine laboranti, suavis quorundam Bataviz Medicorum brevi tempore Vena septies secabatur: eo ipso dum sanguis fluebat, virgo voce sonora naturali eloquebatur; quam primum autem sanguis, Vena compressa, profluere cessabat, mox aderat vox ægerrime perceptibilis, a-phonía magis quam simplex raucedo dicenda. Menses postea per remedia convenientia aliquo modo revocabantur, manebat aphonía. Tandem sub usu decocti *Veronicæ* naturalis loquela cum constantia redibat.



TABULA LXXV.

DE

CATARRHO SUFFOCATIVO.

I. DEFINITIO.

Catarrhus suffocativus est copiosa materiz seroso-mucosæ intra vesiculas pulmonales irruptio, a repentina congestione humorum versus pectus & paralytode pulmonum ac thoracis flacciditate originem ducens.

II. DIFFERENTIA.

1. Catarrhus suffocativus non confundendus est cum

a) asthmate spastico,

b) tussi humida, medicamentis alibi expectorantibus, alibi narcoticis in anomalias conjecta.

c) præcipiti illa pectoris oppressione, quæ a retropulsione affectuum rheumaticorum, exanthematicorum, tumorum stataro-

riorum, fluxuum ulcerosorum diuturnorum ; quæ omnia a catarrho suffocativo longe distant.

d) Sic etiam differt ab illis anxietatibus asthmaticis, quæ per paroxysmos eveniunt subjectis, Scirrhus pulmonum vel occulta vomica laborantibus, iisque communiter junioribus sanguineis.

2. Bene etiam distinguendus est Catarrhus suffocativus ab *asthmate convulsivo*.

a) E diversitate subjectorum : sinceriores enim sanguinei raro huic catarrho obnoxii sunt, bene vero asthmati convulsivo. *conf. Subjecta.*

b) Ex affluxu materiz perpetuo in catarrho suffocativo presentē, asthmate autem convulsivo absente.

c) In catarrho suffocativo est remissio toni circa pectus, in asthmate autem convulsivo occurrit motus tonici exacerbatio.

d) Hinc activa & positiva cohibitio compressoria magis, quam sola impotentia ad respirandum przsto est.

e) Nec etiam tanta virium iactura, sed potius major anxietas & cordis palpitatio in asthmate convulsivo observanda occurrit.

3. Differentiam Catarrhi suffocativi ab *apoplexia serosa* anxie querere, frustraneum, nec ullius usus est ; sæpe enim concurrunt ; hanc autem sinceram arguunt przgressa solum capitis mala, rubor & lippitudo oculorum, cephalza obtusa, spumescentia ex ore.

III. SIGNA.

1. Occupat hic affectus patientem repentino insultu.

2. Respiratio evadit valde difficilis.

3. Plenitudo pectoris e spumido quasi sono inter respirandum colligenda.

4. Przsto est presentissima virium remissio & debilitas, seu defatigatio, & hæc quidem secundum sensum & denominationem patientis, re ipsa autem adest spasmodica tensio seu renisus, ubi sub illa subtili tractione partium & rigore lassitudo talis interna & sensus tensionis gravativus exoritur.

5. Exferit sese notabilis inquietudo, ita ut membra in uno eodemque situ diu servari nequeant.

6. Concurrit ipsius animi desponsio obliviosa, de vita diffidens.

7. Tussis ordinariè nulla vel tamen non proportionata adest, sed sub coctione pectoris conspicua impotentia, & verus virium defectus ad tussim, & excretionem per eandem, sese manifestant.
8. Urget potissimum hic affectus in pectore non solum interiore, pulmonibus, sed etiam exteriori, motu scilicet ipsarum costarum.
9. Facies est turgida & oculi fulgent.

IV. *SUBJECTA.*

1. Vix unquam alii homines catarrho suffocativo corripiuntur, quam qui, vulgari loquendi sensu, catarrhosi, vel, uti dicunt, delapsi catarrhorum a capite ad fauces & pectus per longum tempus obnoxii fuerunt.
2. Præ aliis *senioribus* phlegmatici, vel phlegmatico-sanguinei, succulenti.
3. Imo universa illa corporis constitutio, quæ alibi paralyti, alibi apoplexiæ obnoxia est.
4. *Graciliores* rarissime hic affectus occupat, nisi tussi diuturniore vexati sint, aut plane phthisica ulceratione jam laborent.
5. *Iuniores* non facile ab hoc morbo infestantur, exceptis admodum phlegmaticis & corpulentis, iisque catarrhalibus congestionibus & excretionibus debilitatis.
6. *Infantes* quidem obesi, ab achoribus retropulsis, & diaphoresi repente suppressa, suffocationis periculum quoque incurrunt, sed non adeo præcipiti & subitaneo effectu.

V. *CAUSÆ.*

1. Ex iis, quæ in descriptione *subjectorum* dicta sunt, verior causarum sedes magis in capite, quam pectore, quaerenda videtur.
2. Origo repentinae hujus & copiosæ congestionis & irruptionis involvit quidem materiam ad talem decubitum formandum aptam quæ in habitu corporis phlegmatico manifesta est, & in ætate senilis minore energia excutiendi, imo temperamento etiam *fig. orz* animi sustentatur; manet tamen ubique quaestio, quomodo præcise hoc die & hac hora flaccescantia & marcor pulmonum, tanquam causa *proxima* hujus irruptionis & affluxus serosomucosæ materiz, eveniat.
3. *Causæ remotæ & occasionales* observantur

- a) In infantibus crustæ lactæ vel sudoris repulsiō. *See supra.*
 b) In annosioribus evacuationum sanguinis adsuatarum neglectio.
 c) Refrigerationes, & aër frigidus-humidus.
 d) Affectuum cutaneorum & rheumaticorum perversa tractatio, in specie lippitudinis oculorum retropulsiō.
 e) Ebrietas.

VI. PROGNOSIS.

1. Catarrhus suffocativus est brevioris eventus: nisi enim repentino & decente auxilio succurratur, patientes intra 24. horas syncoptici ut plurimum moriuntur.
2. Nonnunquam in febriculam resolvitur, quo intuitu presentaneum quidem mortis periculum aufertur, febris tamen mali & vagabundi moris, plerumque hecticodes, ac, durante anxia respiratione, non minus lethalis observatur.
3. Vel laxitas pectoris asthmatica, tussiculosa, diuturna succedit cum multa mucosæ materis eruptione, intercurrentibus etiam quasi paroxysmis asthmaticis, spasticis, maxime si externæ causæ accedant.
4. Vel etiam Cachectica corporis flacciditas insequitur.
5. Certe, nisi debitis analepticis, tonicis, abstergentibus mature succurratur, vel dicta jam pericula, vel tantam patientis debilitatem post se relinquit, ut ille abhinc, velut alius factus, vacillantem admodum valetudinem experiatur.
6. Annosiores citius ab hoc affectu jugulantur, quam infantes, in quibus per 8 - 14. dies mors sæpe differtur.
7. Præcipue annosiores, fortiore hujus mali insultu correpti, tam repente solent expirare, ut, apoplexia an catarrho interierint, merito dubitetur. Multos interim pro apoplecticis efferri certum est, quos suffocatio potius ejusmodi catarrhalis spastica, vel sincera paralytica costarum motus abolitio extinxit.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. In paroxysmo.

1. Ad infarctum oppletivum in pectore derivandum, & affluxum interceptivum applicetur Clyster stimulanse e Centaur. min. Majoran. colocynth. addito in nonnullis euphorbio ad gr. II.
2. Ubi qualiscunque plethora apparet, subjungatur (imo urgente neces.

necessitate præmittatur) clysteri Venæ sectio in brachio ad VI VIII uncias. *Conf. Cautele.*

3. Peracta, aut, si non necessaria fuerit, prætermittitur Venæ sectione, ventriculi constitutio respiciatur, & si vomitus indicetur, usque veniat Sal Vitrioli ad Drach. I. cum largo vehiculo, cui in phlegmaticis laxans, e. g. gummi gutta, addi potest; vel exhibeatur decoctum rad. asari, imo, festinante casu, tabaci, cuius anxios effectus vinum calidum aromatizatum tollit. *Conf. Cautele.*
 4. Sub his omnibus frictions, ligaturæ & sinapismi in partibus remotis non negligantur.
 5. Denique ad itam mucosam discutiendam & resolvendam exhibeantur alexipharmaca & succinata, e. g. Essent. alexipharm. Stahlii, speciatim essentia pimpinell. albæ, porro Essentia succini, Tinct. salis Tartari, Tinct. Antimon. tartarifata, cum spiritu salis Armoniaci anisato, & regimine fudorifero juncto. Conveniunt etiam Nitrosa, quæ irritationes & illarum causas partim mitigant, partim ad evacuationem præparant, Tandem lenit, sedat, simulque discutit Cort. Calcarilla, *ep 193*
- B. *Extra paroxysmum.*
1. Quam primum affectus remittit, propinentur Tonica, e. g. Mixtura Tonico-Nervina Stahlii, Tinct. Vitrioli Martis Ludovici.
 2. Ad vires rescindendas interponantur Analeptica ex emulsionibus cum aquis diapnoicis, item aq. Cinnamom. Naph. lilior. convall. flor. tiliz, cerasor. nigror. &c. Conducit etiam vinum generosum exoticum, maxime in adsuctis, & dicta aromatica.
 3. Febris si succedere videatur, dicta alexipharmaca locum habent, cum pulveribus antifebrilibus Nitroso-temperantibus.
 4. Chronicam autem indolem quando affectus inducit, laudata discutientia & resolventia cum Gummi. resinis & regimine calido continuentur.
 5. Ad novum insultum præoccupandum Venæ sectio æquinoctialis in pede instituat, subjunctis interdum purgantibus phlegmagogis.
 6. Somnus diuturnus, aer humido-frigidus, & commotiones animi fugiantur,

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Licet patientes de virium prostratione conquerantur, *Vena sectio* tamen non reformidanda est, si patientes rubicundum in facie colorem exhibeant: in hoc enim affectu periculum suffocationis, uti cito fit, ita etiam cito sæpe tollitur, ut in futurum vires non adeo requirat. Idem de Vomitorio valet iudicium: si modo præsens & præceps periculum sublatum sit, tum vires facile refarciuntur.
2. In pure phlegmaticis autem *Vena sectio* minus convenit, bene vero *Vomitus*, si inordinata dixta præcesserit, per Sal Vitrioli, quod non solum vomitum, verum etiam affluxus ad alias partes disputationem promovet.
3. Christianus Langius in Miscellan. hoc Vomitorium adeo extollit, ut etiam apoplecticos per illud restitutos esse asseveret.
4. *Radix Asari* non modo effectu vomitorio, sed etiam discussorio & alterante prodest.
5. In casu necessitatis locum habet herba tabaci in cerevisia vel aqua leviter cocta, quæ non modo vomitorium, sed & alterantem effectum habet; anxietates autem, quas circa pectus movet, aromatica, carminativa, haustus vini calidi tollere possunt.
6. Quando autem infarctus non adeo enormis est, ita ut liberum aërem patiens respirare queat, fortis commotio in senibus debilibus non admittatur, sed potius resolventia cum Tinctura Tonica parvis & repetitis dosibus exhibeantur.
7. Cautissime distinguatur catarrhus suffocativus ab *asthmate convulsivo*, in quo affectu Salia Volatilia in habitu corporis *εὐσπαρῶ* minime omnium conducunt.
8. *Febris* succedens, uti raro salutis spem ostendit; quando nempe virium defectus, inquietudo, torpor, magna pectoris angustia, & respirandi difficultas perseverant; ita eo cautius tractanda est cum solis alexipharmacis diaphoretico-diureticis, & pulveribus ex Antimonio diaphoretico, Nitro & absorbente quodam paratis: abstinendo a catarrhalibus calidis & salibus volatilibus.
9. Nocet *alvis* obstipatio, licet directâ, forti, & profusa exoneratione non referenda sit.
10. In consistente & senescente ætate omnes tum ordinariæ excre-

- cretionēs, e. g. fluxus mēstruum, hzmorrhoidum, Venæ sectiones, scarificationes, fonticuli, &c. sollicitè conservandæ sunt, ne illarum neglectiones huic malo ansam præbeant.
11. Inprimis catarrhosi tales circa æquinoctia moderate se gerant, tempestates frigidò-humidas evitent, & maxime nimio somno se opponant.
 12. In senibus phlegmatico-sanguineis, tussis humida & coryza sæpe laborantibus, totius temperamenti correctio intendatur per motum corporis laboriosum, dietam moderate aromaticam, purgantia phlegmagoga, balsamico-amara, gummi-resinosa, muciditatem sanguinis corrigentia: alias catarrhus suffocativus, apoplexia, lethargus &c. metuenda sunt.
 13. Præterea omnia quæ in apoplexia, illa etiam hic observanda veniunt, maxime temperamentorum diversitas sub medicatione: ubique notando, quod tempestivæ *evacuaciones* omnes humorum *alteraciones* longissime superent.
 14. Non opus est, multum inquirere, num lassitudo illa & defatigatio, de qua patientes conqueruntur, dependeat a relaxatione Toni universali, (cujus tamen contrarium multæ circumstantiæ docent) an vero a spasmodica tensione: tempus enim hic non vacat, Tonum roborare, vel spasmos demulcere, sed præstat, expediatur angustia respirationis, & via liberior fiat.
 15. Affectus paralytodes, & partium fibrosarum resolutivi, licet alias facile recrudescant, e. g. apoplexia, paralytis, non iam promptè tamen catarrhus suffocativus recurrit.
 16. Cadavera sæcra docuerunt, quod vesiculæ pulmonales materia mucida repletæ fuerint.
 17. *Vesicatoria*, capiti vel nuchæ applicata, præsentaneum subinde effectum exhibuerunt.
 18. Sic etiam *epithemata* e fermento panario, succino præparato & aceto squillitico, capiti imposita.

TABULA LXXVI.

DE

TUSSI.

I. DEFINITIO.

Tussis est discussorio-elisorius pectoris motus, mediante quo Principium vitale materiam aliquam molestam evacuare intendit.

II. DIFFERENTIA.

1. Tussis est vel *humida*, vel *sicca*.
2. Utraque vel vere *pectoralis* existit, vel per *consensum* saltem pectus afficit; illa *idiopathica*, hæc autem *symptomatica* seu *consensualis* dici meretur.
3. *Consensualis* hæc ipsæ tandem pectori innidulari solet, ut complacatus demique affectus inde oriatur.
4. Tussis *symptomatica*, seu *consensualis*, est
 - a) vel *catarrhalis*, quæ coryzam habet sociam, strictiore sensu gravedinem, maxime branchum, imo raucedinem & aliquando tonsillarum tumores.
 - b) vel *hypochondriaca*, quæ exoritur
 - 1) Aliquando a stomachi vitio: unde tussis *stomachalis sicca* vocatur.
 - 2) Aliquando ab *hepatis* scirrhotate, unde tam heceticis, quam hydropticis familiariter evenit.
5. Tussis ab *internis* causis pendens plurimum contradistinguenda est illi, quæ ab *externis* concitatur. *vid. Cause.*
6. Tussis *humida* & *sicca* differunt:
 - a) Subjectorum & causarum diversitate. *conf. Subjecta & Causæ.*
 - b) *Sicca* diuturnior est, & facilius recurrit.
 - c) Nulla humiditate conspicua est, nisi vel incalescentia febrilis, vel saniosa materia, vel aëris constitutio catarrhalis concurrat.
7. Tussis *stomachalis*, per consensum orta, dignoscitur e copioso lento sputo, post pastum sese exlerente, & vomituritionem provocan-

vocante. Hæc stomachalis *humida* differt a stomachali *ficca*, de qua superius jam dictum est.

8. Tussis reliqua *hypochondriaca* ab aliis discernitur
 - a) siccitate efferâ & vehemente, vocem satis illibatam relinquente, vel ad summum siccâ quadam raucedine afficiente.
 - b) Increbescencia post pastum & motum, præcipue ascensorium, item post potum largiorem vel frigidum.
 - c) Majore tolerantia æris frigidi, per quem non ita, uti pectoralis, exacerbatur.
 - d) Sensu concussionis hypochondriorum sub tussi hac vehemente.
9. Tussis *habitualis* diagnosi a *phthifica sicca* patet
 - a) ex insigni humiditate.
 - b) E materia non saniosa, nec sanguineis striis mixta, sed pulposa, viridescente, & per plures interdum dies prodeunte.
 - c) In *habituali* nulla tabida consumtio occurrit;
 - d) Neque tam insignis exacerbatio ab opiatis, phthificæ tussi inimicissimis.
 - e) *Habitualis* notabile levamen a mediocriter purgantibus nanciscitur, phthifica nullo modo.
10. Denique tussis plurimum etiam differt ratione ætatis & temperamentî.

III. SIGNA.

1. Signa tussis generaliora satis sunt manifesta.
2. Iungitur plerumque raucedo, & occurrit vel cum vel sine copiosa mucii excretionè.
3. Signa specialia diagnostica sub differentia jam indicata sunt.

IV. SUBJECTA.

1. Tussis simplex, idiopathica, ab internis & quasi domesticis causis exorta, non solum humida, sed etiam sicca, ætati juvenili, & constitutioni plethoricæ propria est.
2. Tussis catarrhalis symptomatica, & ab externis occasionalibus causis orta, omnibus fere ætatibus, maxime tamen senili, impendit.
3. In specie tussi *ficca* succumbunt:
 - a) Juvenes floridæ constitutionis, habitus corporis ficcioris & strictæ texturæ.
 - b) Ætas virilis & senilis e prægressa assuefacta dispositione, item

ex hæmorrhoidum vel mensium regeſtione & ventilatio-
num sanguinis adſuetarum neglectu.

c) Male conformati, gibboſi, ſtrophuloſi.

d) Calculis bronchialibus vel nodis pulmonum ſcirrhoſis obſeſſi.

e) Quibus ſcabies repulſa vel variolæ male tractatæ fuerunt.

4. *Humida* autem tuſſi magis obnoxii ſunt homines

a) Habitus corporis ſucculenti, catarrhoſi.

b) Qui ſub aëre humido-frigido autumnali refrigerationem col-
li & peſtoris incurſunt,

c) Qui conſuetas Venæ ſectiõnea vel ſcarificationes neglexerunt,

d) Qui ſpiritu Vini vel acidis abutuntur.

V. CAUſÆ.

1. Cauſa tuſſis *peſtoralis idiopathica* eſt ſtagnatoria congeſtio humo-
rum circa peſtus, modo hæmoptycam excretionem reſpici-
ens, modo actualibus ſcirrhoſis collectionibus veſtigia legens:
Prior ſpecies, quia ſanguis ad exitum non pervenit, ſimplici
oppletione anguſtiam inducit, & per vices patientes exercet;
poſterior magis continuo affligit, ad inſarctum, intra veſiculas
pulmonales collectum, reſolvendum, & diſcutiendum.

2. Cauſæ *concurrẽtes exierne*, quæ in deſcriptione *ſubjectorum* nomi-
natæ ſunt, ſymbolum ſuum etiam contribuunt, allapſu irrita-
tivo ultericrem appuſum verſus peſtus provocando.

3. His concurrentibus cauſis omni jure etiam accenſentur *expecto-
rantia* propinata, præcipue jujubæ & Sebeſten, quæ humores
verſus peſtus inclinant.

4. Cauſa tuſſis *hypochondriaca* eſt vel ſcirrhoſitas hepatis, vel vitium
ſtomachi.

VI. PROGNOſIS.

1. Tuſſis idiopathica peſtoralis, quando adhuc *recens* eſt, frequen-
tiſſime ſine medicamentis, ſolo motu diſcuſſorio vel ventilati-
onibus ſanguinis, perite inſtitutis, proſtigatur.

2. Quando autem jam *habitualis* facta eſt, pertinaciſſime ſe gerit: li-
cet enim imperitum ſit, illam pro phthiſica ſtatim tuſſi pronun-
ciare, periculum tamen ſubeſt, ne tandem eroſionem pulmonum
inducat.

3. Tuſſis ficca juvenum diuturna merito ſuſpecta eſt, ſomenta enim
hæmoptycos & phthiſeos involvit, & in hæc etiam non raro ter-
minat.

4. Abit

4. Abit interdum sicca hæc in tussim *ferinam*, ubi vix ad se redire, vel spiritum recipere possunt patientes.
5. Tussis vernalis mitior est, alius etiam tollitur, quam autumnalis.
6. Tussis *periodica*, quæ stasis temporum mutationibus repullulare consuevit, quando jam emanet, nec alia evacuatio siue a Natura, siue ab arte substituitur, varia incommoda patientes incurunt, e. g. appetitus & digestionis vitia, catarrhos suffocativos, paralyticos affectus.
7. Tussis antea humida, quando in siccam repente commutatur, nihil boni portendit.
8. Tussis *hypochondriaca sicca* vehemens, frequenter de- et recurrens, aut noctu exacerbari solita, merito suspecta est de scirrhusa, in primis in hepate, sicciscente constitutione; & quo magis certis horis sese exferit, eo magis obfirmatam visceris alicujus obstructionem reddit suspectam. Hinc prognosis ipsius non est dissimulanda.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. Tussis pectoralis.

1. Humida.

- a) Ad affluxum humorum a pectore derivandum exhibeatur purgans aliquod, fatis quidem sensibile, a vehementia tamen alienum: in hunc finem laudantur M. P. de Succino Cratonis, de Ammon. Quercetani, Extractum panchymægeg. Crolii, Mercur. dulc. resina Jalappæ, Trochisc. Alhandal.
- b) Deinde materia catarrhalis ad evacuationem præparetur.
 - 1) Quando simpliciter est mucosa, tum exhibeantur resolutiva & discutientia catarrhalia, e. g.
 - a) Radices Vincetox. pipinell. alb. helen. ari. irid. florentin. aristoloch. utriusque gentian. rubr.
 - β) Herbe hyssop. marrub. alb. Centaur. min. capill. Ven. epithym. cuscut. tussilag. Scabios. roris solis, Veronicæ.
 - γ) Gummi-resina, e. g. Ammoniac. Galban. Sagapen. Benz.
 - δ) Semina anisi, fœniculi, cumin.
 - e) E compositis huc faciunt Essent. alexipharmac. Stahlii, Syrup. de erysimo Lobelii, de Prasio, Capilli veneris, Tincturæ alcalinæ, Antim. Tartari,

- 2) Ubi autem viscida tenacitate nimium peccat materia, ibi in-
crassetur potius, & in pulposam volubilem consistentiam
redigatur; quod præstat rad. liquiritiz & illius succus,
gumm. arabic. tragacanth. cerasor. passulz, ficus, amy-
lum, flor. sulphur. balsam. sulphur. cum oleo amygd.
dulc. parat. *Symel. Equil.*
- 3) Si vero materia tenuis & acrimonia irritativa prædita sit, ob-
tundentia & demulcentia usu veniant, e. g. emulsiones,
decocta hordei, avenz, cum rad. polypod. vel althzz pa-
rata, item Mucilag. Semin. psyllii, cydoniorum, gelati-
nz, pinguis & oleosa, oleum amygdalar. dulc. sperma
Ceti, absorbentia marina. *pinguis. canis recens*
- 4) Usui horum resolventium & præparantium laxantia subinde
interponantur, vel in tussi præcipue habituali, iisdem con-
jungantur. *vg. M. (Bacher)*
- 5) Motus consuetudinalis si, sublata materia, saltem restitet, so-
piatur anodynis correctis, præcipue M. P. de Cynoglossa.
- 6) Denique ad Tonum in pulmonibus restaurandum propinetur
Mixture Tonico - Nervina Stahlî: conducit etiam Essentia
succini, & spicifice aqua Veronicz Vinosa.

2. Sicca.

- a) Hic lenissima saltem laxationes, præcipue rhabarbarinz, præ-
mittantur.
- b) Deinde ad sanguinem stagnantem a pectore discutiendum pro-
pinentur infusa seu decocta ex herbis Veronic. Tussilag. he-
der. terrestr. Scabios. succis betonic. capill. Vener. consolid.
faracen.
- c) Sub horum internorum usu pediluvia subinde adhibeantur.
- d) Denique Mixture Tonico - Nervina Stahlî, & aqua Veronicz
vinosa continuata egregium usum præstant.
3. Tussis *phthisica* quomodo tractanda sit, videatur Tabula de *phthisi*.
B. Tussis *Hypochondriaca*.
1. Quando vitium *hepatis* subest, nisi illi consulatur, tussis nunquam
tollitur: hinc affectum primarium, non vero adeo symptoma-
ticum, respicere convenit: Methodum & remedia exhibet Ta-
bula de infarctu hepatis, ubi simul difficultates, quæ hoc nego-
tium circumstant, adnotatz sunt.

2. Ubi autem tussis hypochondriaca a vitio *Ventriculi* dependet, ibi consideretur, num *sicca* vel *humida* existat.

a) *Sicca* quando apparet, non tam in *ventriculo*, quam *circa* eundem vitium hæret, & hinc motus sanguinis congestorii in *Vena Portæ* respiciantur, & conveniente methodo tractentur. *Conf. Tab. de Malo hypochondriaco.*

b) *Stomachalis humida* pectus per consensum afficit, & hinc stomachico-pectoralis dici meretur: mucositas enim, quæ in faucibus hæret, & screatu magis quam tussi per diem excutitur, probabiliter ex ipso œsophago ascendit, levem talem tussim suscitatur; nocturno autem tempore, ubi talis excretio cessat, facile aliquid ad asperam arteriam defluit, quod mane iterum eliditur. Hæc sequente methodo tractetur.

1) Laxationes leniores præmittantur, & interponantur.

2) Deinde adhibeantur remedia, quæ viscositates a prima coctione pullulantes resolvant; quo intuitu egregie se gerit essent. pimpinellæ albæ, vel in phlegmaticis essent. helenii, item costus verus parva quantitate saltem masticatus & deglutitus: in cibis conducunt piper, Zingiber, Sinapi, Coriandrum, armoracia, haustus spiritus vini, cubitum eundo. *vid. Castel.*

3) Mitefcente notabiliter affectu essentia Succini, vel in feminis Liquor C. C. succinatus propinetur: commodum etiam effectum exserit Mixtura polychresta Stahlii.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Vene sectiones* in plethorica corporis constitutione, quando tempestive instituantur, impetum morbi magnopere frangunt; imo ipsam plethorin arcere, & corruptorium illius ulcerosum effectum diu sane retardare valent: largius autem instituendæ sunt, ne parcius emissio, inprimis in brachio celebrata, majorem sanguinis appulsam & oppressionem pectoris invitet.

2. Magis autem necessaria est *Venæ sectio* in tussi *siccioris*, quam *humidæ*, nisi hanc suppressiones hæmorrhagarum naturalium vel artificialium præcesserint.

3. Tanto certius requiruntur in tussi *Venæ sectiones*, ubi recursus post aliqualem remissionem cum impetu quodam pectus & pulmones obsuit.

4. *Scarificationes* antea adfuefactæ, postea autem neglectæ, reassumantur.
5. *Purgantia*, uti in tussi *humida* præsentioris sunt effectus, ita in *siccâ* minus tuto adhibentur: materia enim, fortiter educenda, in illa non reperitur; sufficiunt lenes laxationes.
6. *Sudationes* & regimina sudorifera in tussi nullum habent usum, nisi ultimo loco, sublata nempe materia & placato motu, ubi ad humores per universum corpus æqualiter distribuendos, & materiæ ferossæ ventilationem, adhiberi possunt.
7. In simpliciore tussi paucis medicamentis opus est: incidentia enim & materiam ad evacuationem præparantia, Laxationi subjuncta, universum sæpe negotium absolvunt.
8. Neque convenit commotiones tussi humidæ, non adeo vehementes, sopire, quia non sunt periculosæ: ubi autem motus tales contumaces sunt, affluxus vel nimius, vel paucior *acris* adest, ibi sopientia, præmissis præmittendis, locum habent, e. g. M. P. de Cynoglossa, Diacodium Montani recte præparatum, quod vehementius est, quam M. P. de Cynoglossa.
9. Ad discussionem expediendam minime conveniunt elixiria calidâ, olea destillata, balsam. sulphur. anisat. succinat. aloëtica, myrrhata, spiritus salis ammoniac. anisat. Salia volatilia oleosa, Tincturæ bezoardicæ, infusum Joëlis & Zedoar. Sale ammoniac. flor. sulphuris, croco. &c.
10. In chronicis pectoris affectibus simplicia *absorbentia* & terrea tenacem mucum magis augent; marina autem, cum acido saturata, usum præstant.
11. *Squilla*, prudenter & modeste usurpata, in chronicis mucosis affectibus humores ad evacuationem egregie præparat. *Conf. D. D. Stahlî dissertat. de pectoris affectibus.*
12. *Expectorantia*, vulgato abusu obnoxia, affluxum humorum ad locum affectum augent, congestionem seu decubitum majorem reddunt, & potius per pectus, quam e pectore (non secus ac purgantia per intestina) evacuunt: hinc in tussi humidâ, præcipue habituali, nisi usus illorum brevi abrumpatur, & resolventia vel interponantur, vel statim subjungantur, phthisicos periculum faciunt; in *siccâ* autem tussi certius & citius ætuallyter eandem inducunt. De *glycyrrhizâ* in specie notandum; quod

quod spissitudinem non tenacem, sed mollem & pulposam faciat, & hinc præ aliis dulcibus expectorantibus eligenda sit, abstinendum tamen a nimio & diuturno illius usu, alias materia augetur: in præsens tantum usurpanda, & tunc discussio juvanda est.

13. *Nitri* moderatus usus ad expectorationem illius portionis, quæ in pulmonibus jam hæret, plus sane valet, quam vulgus crediderit: unde salutariter admodum junioribus calidis, imprimis tussi sicca laborantibus, ad eundem scopum, & organum sanguinis contemperandum, exhibetur.
14. *Febricula* quando tussi accedit, vel qualiscunque inquietudo, appetitus prostratio, absorbentia cum acido subtili saturata & cum Nitro remixta usum habent.
15. Ubi tussis a scabie retropulsa dependet, ibi interne Sulphur & Mercurius dulcis, moderato usu, laudari merentur.
16. *Aqua Veronice* vinosæ, post macerationem per 8 - 10 - 12. dies cum vino parata, ita, ut spiritum Vini dilutissimum exhibeat, egregiam habet efficaciam discutientem, & in recentiori tum hæctica, hypochondriaca, tum pectorali, phthisica tussi mirificas subinde virtutes exserit, si mane & versus somnum ad uncias II. sumatur, & usus illius per aliquod tempus continuetur.
17. Ad irritationes complacandas *Opium* merito damnatur: *Cortex* autem *cascailla* ut egregium pectorale discutiens pariter ac sedativum se commendat, si reliquis iusto tempore subordinetur. *conf. num. 8.*
18. *Extractum tabaci*, legitime præparatum, tussim pectoralem, non æque autem hypochondriacam, citius sæpe, quam expedit, sedat: hinc circumspecte exhibendum est: materiam quidem circa pulmones hærentem resolvit, & motum corrigit, affluxum autem humorum non cohibet, unde periculum suffocationis in insigni pectoris infarctu adfert; dextre autem propinatæ unica sæpe dosis ad grana circiter tria vel quatuor exhibita admirandum edit effectum.
19. *Sulphuris* usus in affectibus pectoris catarrhalibus, aliis præmissis, non rejiciendus est: interne satis efficaciter exhibetur in forma pulveris, florum, aut in oleo amygdalarum dulcium solutum;

in forma autem balsami dicti, cum quocunque oleo destillato, ambiguus est effectus. *vid. num. 9.*

20. *Externe* vapor florum sulphuris halitu attrahi solet, sed longe commodior, & satis evidente efficacia huic par est *sumus Antimonii* in crucibulo, sufficiente ignis impetu, fusi; cujus effectus in cohibenda non solum simpliciore, verum etiam suspecta ulcerosa pectoris tussi, plus semel confirmatus est.
21. *Humida* tusses non promiscue & æqualiter totos pulmones occupant, sed satis frequenter & sensibilibiter ex uno saltem latere ascendunt: in tali tussi intemperantia conatus excussorii ab ipsis patientibus male sæpius sovetur, & hac ratione tussis magis introducitur: hinc a voluntaria tali intemperante tussi serio dehortandi sunt.
22. Tussis *stomachalis*, imo *stomachico-pectoralis humida*, licet vehemens sit, non raro tamen feliciter intra aliquot dies prostrigata est per usum spiritus vini mediocrem, propinando versus somnum 2-3. cochlearia: tanto certior autem est effectus, si homines tales potui spirituum ardentium non sint addicti, & tussis pure stomachica existat.
23. *Oleum anisi*, licet ad pectoris affectus multis elogiis commendetur, referendum tamen est ad calida illa, quorum num. 9. mentio facta est: hinc, nisi summa circumspectione adhibeatur, phthisicis, hæcticis febrilibus accidentibus viam sternere potest.
24. *Incrassantium* usus in hisce affectibus semper sit moderatus & rationalis: ante omnia distinguatur incrassatio volubilis, pulposa ab altera tenaci mucosa, hæc mucositatem auget & excretionem impedit; qualem effectum edunt Saccharata, imo etiam *mellita*, illa autem mobiliorem consistentiam conciliat, & interdum necessario requiritur; remedia, quæ hoc præstant, præcipue sunt *emulsiones*, sufficienter saccharatz, & præ omnibus aliis glycyrrhiza, cui sicus subjungere convenit. *Conf. num. 12. & Methodus.*
25. *Essentia alexipharmaca* Stahlit' successum expectorationis admodum præstantaneum communissime exhibet; quam proinde & *Nitrum*, una vel altera vice moderate adhibitum, pro optimis & securis expectorantibus dijudicamus. *vid. num. 12. & 13.*

26. Pectus externe cum *unguinosis* illinere, non omni quidem caret efficacia, præcipue in teneris & succulentis; ubi tamen febrile quid concurrat, minus secure id peragitur, ob pororum obstructionem, & inflammatorio-suppuratorias congestiones hinc metuendas.
27. In tussi *habituali* minime omnium expectorantia conducunt; ibi enim sana ratio dicitur, quod tantum materię, quantum quotidie excernitur, diu in pulmonibus hæreere non potuerit: conuenit potius Ventilationes sanguinis iusto tempore instituire, evacuationes seroso-mucidas catharticas tolerabili quantitate & motu administrare, & pro circumstantiarum ratione repetere; tandem vero alexipharmaca, diaphoretico-diuretica subungere, & de reliquo tempus aliquod respirandi Naturę subinde concedere, ne medicationibus adsuescat.
28. Ante omnia ex usu erit, in eiusmodi casibus habitualibus patientem admonere, ut notabili subleuatione contentus sit, nec plenam restitutionem impatienter affectet.
29. Tusses etiam *infantum* & *puerorum* evacuantibus catharticis expugnare, non sine fundamento Sydenham commendauit; melius autem est, aliquoties saltem evacuationem instituire, quam in crebrioribus purgationibus curationis nervum collocare.
30. *Traumatica*, qualitercunque adstringentia, viscera & pulmones magis constringunt, materiam profundius infarciunt, & hinc malum notabiliter augent.
31. *Frigida* & potus frigidus materiam inspissant & illius excretionem opprimunt: potus vero calidi ad materię resolutionem & discussionem commode adhibentur.
32. Cibi condiantur antiscorbuticis, armoracia, nasturtio, sinapi; acida fugiantur, & in pectoris affectibus cautus sit Salium usus, tam Medicus, quam dieteticus.

TABULA LXXVII.

DE

ASTHMAE *implicata & defectiva*

I. DEFINITIO.

Asthma est liberæ respirationis præclusio, modo ab atonia partium, & humorum tenacium concursu, modo a spastica, rigida & activa contentione originem ducens. Derivatur ab ἀσπνάζω, anhelō.

II. DIFFERENTIA.

1. Asthma est

- a) vel *defectivum*, quod a nervorum labefactionibus dependet, & multum cognationis habet cum affectu illo catarrhali seniorum, circa caput & fauces obtingente, cum rauedine ac difficili respiratione conjuncto, & in habitum deducto.
- b) Vel *activum* seu *spasticum*, hodie *convulsivum* dictum, ubi rigida & spastica contentione libera respiratio impeditur.
- c) De asthma *defectivo* hac Tabula, de *activo* infra agemus.

2. Asthma *defectivum* est

- a) vel *humidum*, quod cum humorum tenacium notabili concursu sese manifestat.
- b) Vel *siccum*, ubi nulla excretio mucosa contingit.

3. Asthma in genere non est affectus soli *pectoris* proprius, sed etiam aliquando in *hypochondriis* sedem suam habet, & dyspnœa hypochondriaca vocari solet; effectus tamen ipse in partes pectoris redundat, ob nervorum *recurrentium* cum negotio respirationis connexionem, de qua re notabile est Galeni de cane, his nervis interceptis, asthmatico factō, experimentum per Lovverum in actis Anglicanis repetitum.

4. Asthma raro *idiopathicum*, sed plerumque *symptomaticum*, nempe tussi valde humidæ, scirrhosis collectionibus, & actuali pulmonum læsioni accedens, reperitur.

5. Differt tamen asthma a *tussi*: datur enim asthmatica affectio sine notabili tussi, præcipue in statu *siccō*.

6. De asthma *spastico* seu *convulsivo* adhuc notandum, quod quidem symptoma interdum reperiatur asthmatis *defectivi*, ab hoc tamen differat

- a) repentina invasione,
- b) frequenti paroxyzante recurſu,
- c) exitu breviorē, ſæpius funeſto.

7. Asthma differt etiam *gradu*: Summus gradus dicitur *Orthopnoea*, ubi patientes non nisi in lecto erecti succumbunt.

III. SIGNA.

1. Humidi.

- a) Sibilus vehementior, & sonus spumidæ quasi ebullitionis,
- b) Laboriosa & brevis respiratio.
- c) Inſignis raucedo, vel ad minimum asperitas vocis.
- d) Concurrit ut plurimum tussis, aliquid mucī excutiens, sed sine levamine, nisi asthma plane temporarium & ipsius tussis symptoma existat.
- e) Tempore autumnali hæc respirandi difficultas augetur.

2. Sicci.

- a) Respiratio est quidem difficilis, sed non brevis; aerem enim haustum diutius communiter retinent.
- b) Sibilus & sonus acutus. *Sp. est y. aut. sibil. m. d.*
- c) Tussis non jugiter conjuncta est, bene vero in affectu inveterato.
- d) Matutino & vespertino tempore magis affligit.
- e) Ab alterationibus aëris frigidi, & vaporibus acris facile irritatur.

IV. SVBJECTA.

1. Humidi.

- a) Senili ætati plus quam omnibus reliquis obtingere solet.
- b) Juniori admodum ætati minus familiare est, nisi ab extraneis causis inducatur, e, g. scabiei, imprimis siccz, ferinz, vel aliorum capitis impetiginosorum inquinamentorum retropulsione; item a Variolarum aut morbillorum reliquiis, in actualem phthisin facile abeuntibus, &c.
- c) Neque ætati juvenili, extra causas externas violentas, adeo familiaris est affectus.

2. *Sicci.*

- a) Juvenes floridæ & plethoricæ constitutionis. *desz. c.*
- b) Vitæ generis otiosi.
- c) Præcipue, qui ab evacuationum sanguinis consuetarum intermissione prægravati sunt.

V. CAUSÆ.

1. Causæ asthmatis *defectivi* cum tussis causa plurimum conveniunt, & ex iis, quæ sub *Differentia* diximus, illustrantur.
2. Nempe asthmatis causa *continens* est materia mucido-viscosa circa pectus copiosius collecta.
3. Causa *antecedens & concomitans* est flacciditas nervulorum, non tam intercostalium, quam pulmonalium: unde paucis momentis talis humorum affluxus contingit; quod fieri non posset, si nervi illi in debito tono fervarentur.
4. In graviore tamen & insolito asthmate nervi etiam intercostales, pulmonibus propinquiores, in consensum trahuntur.
5. Cum his omnibus, in asthmate præcipue *sicco*, tanquam causâ *primariâ* conspirat ut plurimum activa humorum versus pectus congestio, evacuationi hæmoptycæ destinata.
6. Causæ *occasionales & adventitiæ* sunt:
 - a) Evacuaciones sanguinis naturales suppressæ, vel artificiales neglectæ.
 - b) Mutatio vitæ generis laboriosi in otiosum.
 - c) Mala pectoris conformatio.
 - d) Pulverulenta per respirationem intra pulmones hausta, a quibus collectio scirrhusa, imo tophacea induci potest.
 - e) Diuturnæ refrigerationes.
 - f) Abusus opiatorum in tussu præmature consopita.
 - g) Abusus spirituosorum.

VI. PROGNOISIS.

1. Asthma in genere est affectus valde pertinax, præcipue in annosis, ubi immedicabilem sæpe contumaciam induit.
2. Invalescens junioribus minatur phthisin, imo ne seniores quidem a phthisica hac ulceratione liberi sunt.
3. Difficilius curatur asthma absente, quam concurrente tussi: hæc enim, modo non adeo enormis sit, excretionem materiz aliquo modo promovet.

4. Ubi materia valde tenax & pauca existit, ibi pertinacissimum est asthma cum concurrente phthisi.
5. Juniores asthmatici, a retropulsione scabiei, impetiginis, vel variolarum reliquii in hoc malum coniecti, certo tandem in phthisin transmigrant.
6. Asthmaticus status, febribus acutis superveniens, omnino suspectus est.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. Humidi.

1. Hujus medicatio partim coincidit cum tussi humida, partim ab illa differt.

a) Coincidit

1) Cum materia copiosa vappida, hic etiam presente.

2) Cum resolutione materiz.

3) Cum discussione materiz, seu potius motus illius, ne decubitus ad locum affectum perpetuo contingat.

b) Differt aliquo modo *evacuatione*: materia enim non solum resolvenda, sed & evacuanda atque excutienda est.

2. Hinc, præmissa laxatione, ad infarctus mucosi resolutionem exhibeantur remedia illa resolventia, quæ præcedente Tabula indicata sunt.

3. His per aliquod tempus continuatis, ad materiz præparatæ evacuationem respiciatur.

a) In robustis ac bene dispositis Natura ipsa huic excussioni sufficit.

b) In aliis pulvis Nitrosus, versus somnum exhibitus, tussim vehementem excitat, mediante qua materia soluta intra aliquot dies feliciter evacuat, quo factò tussis sponte iterum evanescit.

c) In aliis materia resoluta per laxantia commodius eliminatur.
Conf. ubique methodus Tabule præcedentis.

4. Denique, mitescente affectu, Tonica propinentur.

B. Sicci.

Hujus tractatio cum tussis siccæ methodo prorsus convenit, modo per plures dies medicatio continuetur, & Venæ sectio æquinoctialis instituat.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quæ cautelæ præcedente Tabula traditæ sunt, illæ etiam in affectibus asthmaticis observandæ commendantur.
2. In specie *expectorantia* in asthma, præcipue sicco, quovis modo fugiantur, quia appulsus humorum, qui per illa ad pectus ducitur, nihil certius quam ulceroso-saniosam corruptionem ejusmodi scirrhis collectionibus inducit.
3. Quo magis affectus est *chronicus*, eo magis potentiora resolventia requiruntur, e. g.
 - a) *Radices* Imperæ. Angelicæ, Petasitid. Aristoloch. utriusque, Zedoar. Levist. Bardan. Apii, Dracunculi. *pot.*
 - b) *Herba* antiscorbuticæ, trifol. fibr. fumar. nasturt. beccab. *coch.*
 - c) *Ligna* antivenerea; quajac. Sassafr. juniper. *Sassa.*
 - d) Sem. ammeos, dauci.
 - e) Baccæ juniperi. *in pra. d. o. h. J. v.*
 - f) Gummata penetrantiora, in specie gummi ammoniacum, quod non solum resolvit, sed etiam per pulmones & alvum materiz evacuationem quodam modo promovet.
 - g) *Compositis* Spiritus Salis ammoniac. urinof. liquor C. C. succinatus in phlegmaticis; potiuncula Brunneri e gum. ammoniac. unc. semis in aceti squillitici unc. I. solut. add. aquæ Veronicæ unc. II. ol. Tartar. per deliq. gutt. X-XII. Sacchar. unc. semis. *v. s.*
4. In asthma senili & flacciditate præsertim paralytode, & aliis humidis pectoris constitutionibus chronicis egregie convenit diuturnior usus aquæ Veronicæ vinofæ destillatæ, item aquæ hyssopi; porro dicta vinosa, leniter aromatizata resolventibus & balsamicis jungenda.
5. *Cinnabaris* Antimonii, in aqua quadam asthmatica propinata, ab Osvaldo Krembsio admodum extollitur, & mediante illa patientem talem intra mensis spatium restitutum esse asseverat.
6. Baglivius particulas Nitrosas, inter arandum respiratione attrahendas, asthmaticis commendat; quod remedium politicum, ad placidum & continuum motum corporis impetrandum, non rejiciendum est.
7. Dantur exempla asthmatica, in quibus constrictionis humorum non solum versus pulmones, sed totum etiam caput contingit,

ubi tabaci usus mediocris, & quidem mane, jejuno stomacho, adhibitus, sublevationem adfert.

8. *Segmenta pinea*, fornaci calefacta imposita, fundunt resinam, cujus vapor naribus attractus, in affectibus asthmaticis tussiculosis sensibile levamen aliquando attulit.
9. Conferatur Horlacheri scriptum germanicum de Catarrhis, ubi fabulis anilibus contradicit, ac si in asthmaticis talibus catarrhis aliquid e capite in cavitatem arteriarum asperz defluat.
10. Quo magis asthma *siccum* existit, eo consultius curz initium cum Venz sectione in pede faciendum est.

TABULA LXXVIII.

DE

STRANGURIA, DYSURIA,

ET

ISCHVRIA.

I. DEFINITIO.

1. *Stranguria* est difficilis urinz excretio, guttatim saltem contingens, & cum dolore spasmodico circa sphincterem & collum vesicz stipata. Derivatur a *σπράγγε*, gutta, & *ὑρον*, urina.
2. *Dysuria* est difficultas mingendi, cum ingente nisu & pressione conjuncta, aliquando a renum, aliquando a vesicz vitiiis originem ducens. Derivatur a *δυσ*, xgre, & *ὑρον*, urina.
3. *Ischuria* est urinz per aliquot subinde dies suppressio, ita ut ne quidem stimulus ad eam excernendam a patiente sentiat. Derivatur ab *ἰσχος*, validus, & *ὑρον*, urina.

II. DIFFERENTIA.

1. Hzc urinz vitia non nisi *gradu* differunt:

- a) In *Stranguria* mingendi difficultas tolerabilior est, & sensum magis frigoris, quam ardoris involvit, & licet guttatim sal-

tem procedat, ratione tamen temporis & quantitatis celeberrime ac copiosius excernitur, quam in *Dysuria*.

b) Stranguria est quasi medium quid, & affectus ex *Ischuria* & *Dysuria* compositus. De reliquo est vel transitoria, vel durabilis; Item vel idiopathica, vel symptomatica nephriticorum.

c) *Ischuriz* divisio in *propriam*, in qua urina ob vesicam nimium repletam & accedentem spasmodicam tensionem suppressa dicitur, & *impropriam*, ubi nulla talis urinz abundantia, sed alia impedimenta subesse putantur, in praxi habet utilitatem.

2. Cum hisce affectibus non debet confundi simplex urinz immixtio, quæ vel post largos sudores, vel diarrhæas, vel exiguum potum contingit, & sine doloribus ordinarie manifesta est.

III. SIGNA,

1. *Stranguria*.

a) Frequens irritatio ad mingendum.

b) Excretio urinz modo guttatim, modo paululum notabilius procedit.

c) Inter mingendum sensus magis frigescens, post mictum vero ardor sentitur.

d) Succedunt reliqui corporis frequentes horripilationes.

2. *Dysuria*.

a) Difficultas mingendi, ita ut patiens cum ingente nisu & pressione urinam exprimere teneatur.

b) Dolores summe æstuantis, non solum sub urinz excretionem affligentes, sed etiam post eandem aliquamdiu perseverantes.

3. *Ischuria*.

a) Urinz excretio per aliquot dies plane cessans, vix accedente aliqua ad eandem inclinatione.

b) Ubi a vitio vesicæ affectus dependet, ibi patiens de sensu pressionis & tensionis in regione pubis conqueritur.

c) Quando autem renes vel ureteres in culpa sunt, tum dolores lumbares, ischiadici, interdum cardialgici, imo actualis vomitus, junguntur.

d) Si tumori inflammatorio originem debet, dolores sunt lancinantes, æstuoosi, & calor corporis præternaturalis.

IV. SUBJECTA.

1. *Stranguria.*

- a) Hanc plerumque incurrunt homines, qui uno eodemque tempore potum variant, vel talem sæculentum & fermentescentem bibunt; quo etiam mustum referendum est.
- b) Qui abdominis refrigerationem immodestam admittunt,

2. *Dysuria.*

- a) Hæc corripit ordinarie nephriticos vel calculosos, nonnunquam etiam illos, qui sub stranguria nominati sunt, vel cantharides adhibuerunt, unde erosio colli vesicæ exorta fuit.
- b) Conspirat etiam subinde cum motibus spasticis, in statu hysterico occurrentibus.

3. *Ischuria.*

- a) Huic obnoxii sunt homines potissimum plethorici, sanguinei, ætatis maxime juvenilis & virilis.
- b) Qui calidis, spirituosis, & diureticis abutuntur.
- c) Qui subsequenter causis adventitiis obnoxii fiunt,

V. CAUSÆ.

1. *Stranguria.*

- a) Causa proxima est spasmodica colli & sphincteris vesicæ contractio, ad excutiendum aliquid circa hæc loca molestum.
- b) Hinc fermentativa urinæ acrimonia, quæ communiter hinc allegatur, hoc negotium non exhaurit.
- c) Causæ occasionales & procatartice in descriptione subjectorum jam indicatæ sunt; quibus in symptomata Stranguria adhuc accedunt nephritica pathemata.

2. *Dysuria.*

- a) Dysuria interdum a renum, interdum a vesicæ vitiis dependet, & pariter pro causa proxima spasmodicam colli & sphincteris vesicæ contractionem agnoscit.
- b) Causæ vero occasionales & procatartice in subjectis denominatæ sunt, quibus adnumeranda est dixta salsa, acris, cruda, aromatica.

3. *Ischuria.*

- a) Hippocrates jam observavit, ischuriam seu urinæ suppressionem sæpius a plethora provenire; cujus rei Riverius duo habet exempla.
- b) Fa-

- b) Facta scilicet undecunque turgescencia sanguinis, congestio fit ad renes, hinc oppletio meatuum exoritur, cui facile accedit spastica sphincteris vesicæ contractio.
- c) Causæ *procatartice* & adventitiæ sunt:
- 1) Calculus, sabulum vermis, grumus sanguinis, vel purulenta quædam materia collum vesicæ obstruens.
 - 2) Caruncula venerea, tumor inflammatorius.
 - 3) Graviditas tempori partus appropinquans.
 - 4) Tenesmus ob connexionem intestini recti.
 - 5) Copiosus potus, neglecta dehinc mictione.
 - 6) Violentia externæ.

VI. PROGNOSIS.

1. *Stranguria* simplex & idiopathica plus incommodi, quam periculi, involvit.
2. Quo sæpius autem recurrit, eo certius nephritidem calculosam prænunciat.
3. Senibus periculosior est, quam junioribus. Conferatur etiam Hippocrat. aphor. 44. sect. VI.
4. *Dysuria* ejusdem fere cum *Stranguria* est prognoseos.
5. Quo diutius dolores infestant, eo magis febris vel convulsio per timescenda est.
6. *Ischuria* autem longe periculosior existit, maxime si jam per aliquot dies duraverit: ante septimum enim diem nisi tollatur, febris inflammatoria succedit, quam præceps sæpe sphacelus & mors cum singultu & convulsionibus excipiunt.
7. Disponit etiam *ischuria* ad hydropem, sicut vicissim hydropici hoc symptomate anguntur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. *Stranguria* & *Dysuria* una eademque methodo tractantur, nempe
 - a) Acrimonia materis fermentatitæ in sanguine oberrans, & novos ardores, facta circa renes congestione, inducere valens, est obtundenda.
 - b) Motus spastici sunt demulcendi.
 - c) Utrque hæc indicationes nullo remedio præsentius & tutius expediri possunt, quam Nitro, sive solo, sive cum sale absorsivo, vel absorbente acido semifaturato, & portuicula cinnabaris, remixto, ac sæpius per diem ad Scrup. I. exhibito.
 - d) Con-

Antispasmodicis

d) Conducunt etiam Emulfiones e semin. Card. Mariz, bardan. papav. alb. ol. amygdal. dulc. cum Sacharo cancr. Item pilulz e terebinth. coct. gummi arabico. Decoct. hordei cum rad. glycyrrhizz, Syrup. althzz, potus calidus dilutus: Subjunctis tandem roborantibus e Cortice aurant. Nuc. moschat. gemmat.

e) Externe conducunt

1) Sevum hircinum, umbilico calide illitum.

2) Cepz tostz, cum butyro frizz, & regioni pubis applicatz.

2. *Ischuria*, pro diversitate causarum, diversas requirit medicationes.

a) Ante omnia alvus aperiatur per Clysterem emollientem e Veronica paratum: hac enim soluta spes major est ad urinaz provocationem.

b) Deinde, ad stasin inflammatoriam in abdomine preoccupandam, & materiam peccantem contemperandam, exhibentur Nitrosa, absorbentia & Cinnabarina.

c) His przmissis respiciantur causz specialiores.

d) Ubi plethora, orgasmus sanguinis, & illius ad renes congestio peccat, ibi, nisi przdicta sufficient, Venz sectio in pede instituatur, externe autem unguentum Comitissz camphoratum applicetur.

e) Quando spastica renum, & ureterum constrictio hoc malum fovet, relaxantia usu veniant, e. g.

1) Interne pulvis antispasticus saepe repetitus, laxantia sennata, passulata, cum semin. carminat.

2) Externe balnea, linimenta oleosa paregorica ex unguento Comitissz, refrigerante Galeni, Cataplasmat. emollient. focus carminativi lumborum.

f) Si calculus, mucus tenax, grumus sanguinis, vermis, urinaz proventum impediatur, przter Clysterem & pulverem antispasmodicum, Catheter adhibeatur; vel, calculo urethriz impaeto, injectione oleorum in eandem aliquid tentetur.

g) Nephritis quando in causis est, hzc primatio respiciatur, & secundum methodum, Tabula de Nephritide commendatam, tractetur.

h) Caruncula venerea, si obstat, methodo chirurgica septicis absumatur, & ut graviore malo cura venerea conjungatur.

- i) Tumor inflammatorius, si collum vesicæ obfideat, discutientibus & resolventibus internis ac externis solvatur.
- k) Erosione aut ulceratione præsentē, balsamica usu veniant, præcipue pilulæ e Terebinthina cocta paratæ.
- l) In infantibus ischuriam expediunt: Lapis percar. præparat. Solutio conchar. & catarrhalia, nutritibus propinanda.
- m) Denique quando urina aliquo modo iterum succedit, lenia diuretica subjungantur, e. g. Sem. dauci, bardanæ, violarum, bacc. alkermes, succ. raphani; interpositis subinde laxantibus.

VIII. CAUSÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. In omnibus urinæ vitiis *causæ antecedentes* probe explorentur, quia peritæ prognosi & securæ tractationi inserviunt.
2. Si uspiam alibi, certe in hoc lumborum & renum affectu ab *Opio* abstinendum est. Calculo autem in vesica hærente & gravius urgente, M. P. de Cynoglossa locum habet, conjuncto usu Clysterum & pulveris antispasmodici.
3. *Diuretica*, positive stimulantia, præcipue ante materialis causæ & spasmodum remotionem usurpata, augent affluxum humorum, dolores & anxietates.
4. *Emulsiones* ex aquis diapnoicis, discutientibus, amygdal. & sem. Card. Mariz, Lappæ major. usum habent, quando per ipsa initia malum pertinacius se gerit, & aliis medicamentis non statim obsequitur.
5. *Clystera* emollientes, ex herbis & radicibus leniter lubricantibus & carminativis, cum multo sale & oleo anethi, Chamomill. parati, ad urinam leniter expediendam non contemnendi sunt. Pro uno Clystere Salis communis uncia semis sumatur; si vero sal gemmæ magis placeat, Drachmæ II. sufficiunt.
6. *Nitrum* tantum hic præstat, quantum ab ullo alio medicamento expectari potest, modo in substantia exhibeatur: acidum enim illius spiritum intra corpus sumere, non adeo consultum est, siquidem in majore copia corrosivus, in minore vero inefficax deprehenditur. Sic etiam dulcis Nitri spiritus est satis potens diureticum, & ad urinam excernendam, multum stimulat.
7. In affectibus viarum urinariarum, uti & pectoris chronicis path.

thematibus *urina* tempore exacerbationis est tenuis, clara & sanis sæpe simillima, extra paroxysmum autem turbida apparet.

8. *Virga aurea* Gesneri, & *hedera terrestris*, tanquam specifica passim quidem commendantur, sed conspicuam efficaciam non exhibent; quod si tamen ex herbarum talium traumaticarum censu aliquid tentare placeat, viz prius & excretiones expeditantur, alias, si speratum specialem effectum non exhibeant, generalem adstrictorium tanto certius exferunt, & hac ratione incommoda augent.
9. Semen *violarum* Crato & Hoffmannus singulari encomio efferrunt.
10. Syrupus *altheæ*, cum cochlear. vini sumtus, præsentem opem ferre laudatur: quod remedium Argentorati usitatissimum est.
11. *Talis leporum*, forma pulveris adhibiti, in spasmodica renum contractione specificè laudatur.
12. *Teste ovorum* calcinatæ in vino Rhenano exhibitæ, eximie virtutis deprecantur, vid. *praxis Barbette*, alvus autem semper prius solvatur.
13. *Stranguria* auscultat sæpissime solis diluentibus calidis, e. g. Théè, Coffèe, tanta copia adhibitis, donec lenis diaphoresis succedat. conjunctis, si necessarium videatur, temperantibus, Nitrosis.
14. In *Dysuria*, a cantharidum usu induceta, lac calidum copiosum bibatur. Illustris Boyle saponem Venetum in hoc casu maxime extollit. *in Linnæi - of Sp - of 3. i. stem in V. & Lankar ad*
15. *Vena sectiones* tempestivæ frequentes commotiones præoccupant.

Syr. althæe
Linnæi. C. 10.
in Symp. vel
et V. j. n.



TABULA LXXIX.

DE

INCONTINENTIA URINAE.

I. DEFINITIO.

Incontinentia urinæ est involuntaria hujus liquoris excretio, sive continuo, sive per intervalla contingens.

II. DIFFERENTIA.

1. Incontinentia urinæ duplici modo consideranda est.

a) Alia enim in dormientibus saltem e perversa consuetudine contingit.

b) Alia vero a paralytica sphincteris vesicæ læsione dependet: hæc continuo quidem, sed guttatim saltem procedit, & hinc *stillicidium* vocatur.

2. Dividitur etiam in

a) *Idiopathicam*, a modo dictis causis dependentem, &

b) *Symptomaticam*, moribundis aut prægnantibus, subussi, ærenutatione aut cachinno, evenientem.

III. SIGNA.

1. Hæc per se satis sunt manifesta, & ex iis, quæ sub *differentia* dicta sunt, magis elucescunt, nempe

2. In aliis urina nocturno tempore præter voluntatem notabili quantitate excernitur.

3. In aliis autem, qui paralyti sphincteris vesicæ laborant, urina dies noctesque per stillicidium procedit.

IV. SUBJECTA.

1. Infantes quando dormiendo urinam emittunt, pro morbo illis non reputatur.

2. Ubi autem hæc actio ex immorigera consuetudine in ætatem puerilem & ulterius transit, ibi demum in considerationem venire solet.

3. Stillicidio urinæ laborare observantur

a) Puerperæ, ruditer in partu tractatæ, in primis primiparæ *seniores* post dystociam,

b) Paralytici annosiores. *Subinde herney.*

c) Calculosi, præcipue post imperitam lithotomiam.

d) Hæc.

d) Hæmorrhoidarii, vel a suppressione fluxus hujus consueti, vel e fistulis hæmorrhoidalibus, ad vesicæ collum usque serpentibus.

e) In apostemata vesicæ, lapsus, contusiones externas circa hæc loca devoluti.

V. CAUSÆ.

1. Causa mictionis sub somno in mala saltem consuetudine querenda est, accedente dormientibus istis phantastico mingendi desiderio.
2. Causa vero stillicidii urinæ est vel paralyticus sphincteris vesicæ, vel violenta partium continentium læsio, dissectio, laceratio, ruptura.
3. Causæ occasionales & violente externæ in descriptione subjectorum denominatæ sunt.

VI. PROGNOISIS.

1. Mictio nocturna, quæ dormientibus e perversa saltem consuetudine evenit, nec adeo inveterata est, sæpius admittit curationem.
2. In febre acuta involuntaria talis mictio signum est agonizantium; facta autem in statu deliro exceptionem admittit.
3. Stillicidium urinæ, a paralytica sphincteris vesicæ desertione, sive spontanea sive violenta, dependens, quo diutius duravit, eo insanabiliter judicatur.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

1. Mictio involuntaria nocturna juniorum optime tractatur
 - a) Minis & virgis, ad negligentiam coercendam.
 - b) Provida dicta, denegando eis post meridiem potum copiosum, injungendo versus ingressum lecti urinæ mictionem, & detinendo illos a diureticis.
 - c) Ubi autem atonia tandem in culpa esse deprehenditur, ibi roborantia & specifica, inferius denominata, adhibeantur.
2. Stillicidium urinæ, a paralytica sphincteris vesicæ desertione dependens, exposcit
 - a) *Roborantia nervina.*

1) *Interna*, qualia sunt sic dicta antepileptica, Cinnabarina, corallata, gemmata, item Gummi Juniperi, Mastich, Succin, Essent, Cortic, aurant, Nucis moschat, *Guibul*

Yyy

Ex-

Smaragd.
Hyacinth

2) *Externa*, e. g. herb. serpill. rorismarin. salv. puleg. majoran. betonic. organ. item Castor. Lumbric. terrestr. in sacco cum vino cocta & calide applicata. *Balsam.* ex oleo nucis moschat. express. cum oleis destillatis serpilli & Succini mixt. & perinzo applicat. item *therma, fomenta* e succino, thure, mastiche, accensis.

b) *Specifica* prædicantur:

- 1) Guttur galli, caponis, tostum & in vino rubro propinatum: Tunicæ interiores ventriculi gallinarum combustæ.
- 2) Testiculi leporis combusti.
- 3) Cinis murium.
- 4) Vesica apri cum lotio combusta: Vulva suis quocunque modo usurpata.
- 5) Piscis a Lucio pisce deglutitus.
- 6) Hæc omnia, vel per se, vel cum nuce moschata remixta exhibeantur.

3. Quando affectus ab apostemate vel ulcere colli vesicæ dependet, balsamica locum habent, e. g. Mastice, Terebinth. coct. gummi Juniperi.
4. Ubi vero incontinentia urinæ originem sumit a violenta partium continentium læsione, ruptura, dissectione, &c. ibi congrua chirurgorum instrumenta plus valent, quam pharmaceutica curatio; commendatur tamen amuletice *bubo* exsiccatas, sub axillis gestatus, *conf. Henrici ab Heer observat. medicas.*

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Astringentia* ubique cautissime in usum vocari debent, præcipue in senibus calculosis, & puerperis, quibus lochiorum fluxus facile inde supprimitur.
2. *Diuretica* pharmaceutica & dietetica prudentem subordinationem postulant.
3. *Laxantia* majorem usum præstant. *maxi Kabarb.*
4. In puerperio, si uterus prolabatur, relaxato simul sphinctere vesicæ, globulus cereus, croco martis vel terra vitrioli dulci leviter conspersus, immittatur.
5. Præservative puerpera a præmaturo parturienti labore, item ru-di partus per obstetricem promotione, & refrigeratione muniatu-
atur:

atur : Calor autem, ligatura abdominis, & nervina externe imposita, adhibeantur.

6. Infantibus calculosis & stillicidio urinæ laborantibus, absorbentia, lapis percarum, & externe cataplasmata solatium præbent.
- sem in melleo ramonek. par. est. r. ad an. in lade fruid.*

TABVLA LXXX.
DE
DIABETE.

I. DEFINITIO.

Diabetes est copiosa, cruda, & velox urinæ excretio, potulentorum assumptorum proportionem longe superans. Derivatur a διαβαίνω, pervado.

II. DIFFERENTIA.

Differt gradu : in aliis enim per annum fere hæc copiosa excretio contingit, & tamen notabilis hæctica accedere non observatur : in aliis autem cum intensa siti, febre hæctica & corporis extenuatione manifesta est.

III. SIGNA.


1. Urina tenuis & cruda, nullo sedimento, sed subdulci sapore prædita.
2. Quantitate extraordinaria proveniens.
3. Hanc si retinere velint patientes, lumbi intumescunt, & hypochondria intus gravantur.
4. Egri de siti immodica, & interno calore æstuate, conquerrantur; febris autem acuta typica non concurrat.

IV. SUBJECTA.

1. Diabetes est rarissimus affectus, quem bis saltem se vidisse Galenus scriptis suis testatur.
2. Reperitur autem in ejusmodi subjectis, quibus reliqua viscera colatoria læsione aliqua occupata sunt.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Adstringentia, si in Diabete ad fluxum cohibendum adhibeantur, viscera vehementius constringunt, tumores lumborum, imo ascitem & mortem accelerant.
2. Diabetici a calida dixta, motu corporis & animi pathematibus sibi temperent: dixta autem gelatinosa emulsiva consumptionem corporis, & virium defectum, paululum resarciant.



TABULA LXXXI.

DE

VITIIS SUDORIS.

I. DIFFERENTIA.

Vitia sudoris triplici respectu consideranda veniunt.

- 1) Vel enim sudores sunt nimii, qui matutino præcipue tempore post horam tertiam, in aliis periodice, in aliis magis continuo, erumpere solent.
- 2) Vel adsueta sudores sunt suppressi, unde varia pathemata succedunt.
- 3) Vel dantur subjecta, in quibus singularis plane ad sudandum difficultas observatur.

II. SUBJECTA.

1. Nisus sudoris.

- a) Homines plethorici, temperamentis sanguineo-phlegmatici, spongiosi, qui, quando leviter saltem corpus movent, sudorem copiosum statim experiuntur.
- b) Talia subjecta ad sudores etiam nocturnos, præcipue circa æquinoctia inclinant.
- c) Hæctici, quando ad mortem properant, etiam copiosos tales sudores incurunt.

2. *Suppressi sudoris.*

- a) *Infantes*, quando, sudore madentes, per imprudentiam matrum vel aliarum aëri exponuntur.
- b) *Adultiores*, qui consueta hujus excretionis tempora negligunt, vel corpus in sudore constitutum immodestius refrigerant.

3. *Difficilis sudoris.*

- a) Difficultas sudandi in illis præcipue corporibus deprehenditur, quæ dyscrasia humorum lenta, mucida, spissa, laborant.
- b) Non minus etiam in subiectis teneris, sensibilibus, macilentis, ebullitioni sanguinis obnoxiiis.

III. CAUSÆ.

1. *Nimis sudoris.*

Hæcticos sudores, in quibus *passivus* magis fluxus occurrit, si excipiamus, reliquæ sudoris copiosæ excretiones pro causa *formali* agnoscunt Principium *activum* vitale, quod plethoram, tanquam causam *materialem*, facta sanguinis in serum resolutione, imminuere intendit.

2. Causæ sudoris *suppressi* & *difficilis* ex iis elucescunt, quæ præcedente membro de subiectis dicta sunt.

IV. PROGNOSIS.

1. Sudor nimius, sibi relictus, licet vires aliquo modo exhauriat, tanti tamen non est periculi, quam si positive cohibeatur.
2. Quando autem talis sudor copiosus cum hæctica conjunctus est, statum conclamatum designat.
3. Sudores suppressi pro ætatis & subiectorum diversitate modo affectus cutaneos, scabiem, crustam lacteam; modo catarrhales, coryzam, gravedinem; modo congestiones, febres, inflammationes, imo convulsiones, inducunt. *involuntaria*

V. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Quam diu sudores tolerabiliter adhuc procedunt, licet nimii videantur, leniter potius promovendi quam suppressendi sunt: hinc tranquilla corporis continentia, moderatus calor, & sufficiens dilutus potus, ne sanguis multa sudatione spissescat, commendantur.
2. Quando autem sub hisce sudoribus vires nimium præsternuntur, temperantia Nitrosa per diem, & gemmata cum leni ano-
- dyno

dyno versus somnum locum habent, e. g. exhibeatur ter vel quater pulvis antispasmodicus cum absorbente quodam citrato remixtus, & versus noctem huic pulveri grana IV. specierum de hyacintho cum gran. I. M. P. de Cynoglossa adjiciantur.

3. Sudores hectici tractentur secundum methodum, quæ Tabula de febre hectica indicata est.

4. In sudoribus suppressis, & pathematibus anxietatis, imo febrilium commotionum succedentibus, sequens medicatio instituat.

a) Ante omnia Nitrum cum absorbente quodam & Antimonio diaphoretico singulis ternis horis exhibeatur, in primis si Medicus mature vocatus sit, ad summum post duodecim horas: hac enim ratione deterior successus sæpius præoccupatur.

b) Quæta corporis continentia injungatur, quæ quantum ad sudoris revocationem contribuat, experientia confirmabitur.

c) Potus calidus Théæ, Coffeæ, vel infusum herb. scordii, præcipue illis, qui huic rei adsueti sunt, propinetur, interposita subinde refracta, sed repetita dosi essentia alexipharmacæ Stahlianæ.

d) Alvus, si nulla adsit febris maligna, exanthematica, vel leni clystere, vel alio laxante balsamico remedio aperiatur.

e) Ubi autem per ejusmodi suppressionem sudoris verus jam morbus inductus est, ibi ad hunc potissimum in medicatione respiciatur.

5. Qui difficulter vel plane non sudant, iis radix aricum vino, vel etiam Cochlear. I. aceti exhibeatur, & calidus haustus ei superingeratur; sub quo remedio, si saltem in lecto vel alia quietam continentiam servant, eximio communiter sudore afficiuntur. Reliqua cum sudorum suppressorum tractatione conveniunt.

VI. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Sudores copiosi, licet per aliquot menses continuent, nunquam tamen Medicum eo perducant, ut per adstringentia positive hanc excretionem cohibeat: gravia enim symptomata, quæ presso pede sequuntur, longe majoris sunt considerationis, quam virium æqualis prostratio, per illos sudores inducta.

2. Ad Sudores suppressos. revocandos remedia calida, sanguinem exagitantia, & regimen calidum, minime conveniunt, e. g. Alexipharmaca acria, olea destillata sive volatilia, sive empyreumatica. *vy. mixt. simpl. & Bezoard.*
3. Tanto magis autem positiva illa diaphoretica ejusmodi subjectis nocent, quæ ad sudandum difficilia sunt: sudor enim non procedit, hinc turgescencia sanguinis augetur.
4. Ad hoc incommodum evitandum eximie inservit, remedia talia refracta & repetita dosi exhibere, e. g. essent. alexipharm. ad gutt. XX. post 4-6. horas repetendo: interposito pulvere ex Antimon. diaphoret. cum absorbente, & si lentor humorum præsto sit, Sale digestivo; præstante autem sanguinis organo Nitrum conjungendum est.
5. *Vena sectio* temperativa & opportuna multum prodest ad promovendos sudores, de qua re videatur Dissertatio D. D. Stahlî de *Vena sectione in acutis.*
6. In chronicis affectibus *Balnea* egregie conducunt ad sudorem elicendum: humidus enim illorum vapor, corpori allabens, aperit poros; quando autem caput a calore in balneis affligitur, & hinc majores versus caput congestiones & sanguinis turgescencie oriuntur, *Stupha sicca* seu *balneum Læconicum* locum habet, sed neque ibi nimio sicco calore corpus calcificandum est, effectus enim non semper obtinetur, & sic, commotis humoribus, pathemata exacerbantur.
7. Præstat autem puram aquam dulcem ad balnea adhibere, quam vinum, quod tonico potius scopo inservit; ab aceti vero adstringentibus caloribus & vaporibus cavendum est.
8. *Frictiones*, tum in balneis, tum in stupha sicca, a patiente sive manibus sive pannis mollioribus peractæ, poros relaxant, & hinc sudorem egregie promovent; quæ frictiones in ipsis etiam lætis, apparente aliquo madore, locum habent, quando exanthemata non bene procedunt; cavendum tamen, ne sub hoc actu frigore corpus percellatur.
9. Sic etiam in promovenda sudatione ab omnibus *adstringentibus* abstinendum est, e. g. rad. bistortæ, tormentillæ, imo in sensibilibus ab ipsis Coralliis, multo magis a terris figillatis in febribus, quo nomine etiam pulvis *pannonicus ruber* suspectus est.

10. In talibus casibus, inprimis febribus, *Theriaca* a gran. XX. XXX. versus noctem dari potest, nisi paroxysmus in illud tempus incidat, quo casu aliquot horas ante vel post precipuum ejus impetum exhibenda erit; *extractum autem theriacale* moderatissime sumendum est, plurimum enim de *Opio* participat. *Dem De sib. m.*
11. Ad promovendam sudationem multum etiam conferunt *Vesica* aqua calida repletz, & pedibus, axillis, scrobiculo cordis, inguinibus, alligatz. Sic etiam positiva pedum calefactio mediante lagena usum suum prestat.
12. Si sudores in *infantibus* repellantur, mox male se habent, & zstu febrili, imo convulsionibus subinde funestis, corripiuntur; quo casu in moderato calore servantur, absorbentia fixa ipsi propinentur, nutriti vero essentia alexipharm. ad gutt. 30. 35. exhibeatur. Conducit quoque frustulum camphoræ de collo appendere.

* * * * *

TABULA LXXXII.

D E

VOMITU.

I. DEFINITIO.

Vomitus est inversus motus peristalticus ventriculi & intestinorum, mediante quo Natura noxiam aliquam materiam, sive actu existentem, sive imaginariam, proxima hacce via eliminare intendit.

II. DIFFERENTIA.

Differt vomitus secundum varias suas species, quarum sequentes adnotamus.

1. Vomitus *simplex* cruditarum primarum viarum, sive mucosarum, sive biliosarum. Huc etiam spectat vomitus in febre tertiana sub paroxysmo frigoris contingens.

2. Vomitus *periodicus*, qui certo anni tempore, mane vel circa prandium, quibusdam fanis familiaris est.
3. Vomitus *nephriticorum & calculosorum*, ante novi paroxysmi recursum eveniens.
4. Vomitus *hypochondriacorum & hysteriarum*, sub commotione sanguinis in Vena portæ contingens.
5. Vomitus *vermium*, non tantum infantili, sed etiam adultiore ætate reperiendus.
6. Vomitus *vulneratorum* profundius in cerebrum, ob consensum paris octavi nervorum. *idem à visceribus stomachi et intestinis*
7. Vomitus *gravidarum*, satis familiaris.
8. Vomitus vel *criticus* in acutis, vel *symptomaticus* in iisdem a rebus externis, e. g. potu frigidulo, excratus.
9. Vomitus *niger*, instar Roob Sambuci, in chronicis & acutis. *idem hyssop.*
10. Vomitus *ilsacus*, ubi excrementa, imo clysteres *αἴμα* excerni solent.
11. Vomitus *imaginarius*, quando sensibilia subiecta ob visum saltem vel auditum rerum nauseosarum seu adversarum vomitu corripuntur; quo etiam spectat, quod quidam homines sine vomitu non possint audire cantilenas de morte agentes, item nec navi nec curru vehi, præcipue retrorsum sedendo.
12. Vomitus *cruentus* ad hæmorrhagias spectat.

III. SIGNA.

Signa, quæ vomitum partim præcedunt, partim comitantur, sunt sequentia.

1. Nauseabunda ad vomitum conamina.
2. Cardialgia, & angustia præcordiorum.
3. Crebræ horripilationes.
4. Salivæ in os effusio.
5. Afflictio capitis vertiginosa & temulenta.
6. Lassitudo per corpus universum.
7. Hæc signa omnibus vomitibus sunt communia, peculiariora autem & certis speciebus, e. g. iliaco vomitui, propria, per se satis sunt manifesta.

IV. SVBIECTA.

1. Vomitus *mucosus* temperamento sanguineo - phlegmatico est familiaris.

2. Vomitus *bilius* cholericis præ aliis proprius est.
3. Vomitus *gravidarum* ordinariè in ejusmodi sanguineis observatur, quæ reliquo tempore cupedias solent amare.
4. Reliquarum specierum subjecta sub *differentia* jam denominata sunt.

V. CAUSÆ.

1. Causæ vomitus *mucofi* sunt:
 - a) Cibi dyspepti, & ab his relictæ in primis viis mucositates & visciditates.
 - b) Cibi cum nausea assumti.
 - c) Vermes.
 - d) Refrigerationes ventriculi.
 - e) Mutatio dietæ & vitæ reliqui generis.
2. Causæ vomitus *biliosi* sunt.
 - a) Iracundia, maxime tacita & suppressa.
 - b) Sensibilitas subjecti.
3. Causa vomitus nephriticorum, calculosorum, item hypochondriacorum & hysteriarum est saburra in primis viis, quam Natura, seu rudiora impedimenta, ante novum paroxysmum remove intendit.
4. Causa vomitus *vulneratorum* in caput est consensus paris octavi nervorum cum ventriculo.
5. Causa vomitus *iliaci* videatur Tabula de passione iliaca.

*cephalæ quæ in plerumque vomitu
spontaneo sunt.*

*N. novi
p. p. nam, qd
post mult
pathemat
cardialgia
indm vomit
rejeit glo
et quædam, qd
in vestibu
gestatur a
lanament
post asit
therm. vis*

VI. PROGNOISIS.

1. Vomitus *simplex*, in primis *periodicus*, & qui in febribus intermittentibus sub frigore, & in acutis critiche contingit, salutaris est, licet in genere optandum sit, ut violentus & inversus talis motus peristalticus justo ordine administretur, & ita materia peccans per inferiora educatur.
2. Vomitus hypochondriacorum & hysteriarum metum incutit vomitus cruenti successuri; tanto magis, si a suppressis hæmorrhæiis foveatur.
3. Vomitus *gravidarum* nimis violentus & perennans, abortum minatur.
4. Vomitus *niger* in acutis signum est lethale, in chronicis vero post quartanas, aut passiones hypochondriacas, diutius toleratas, melioris est eventus, *Conf. Tabula de febre quartana intermittente.*

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Materia ad evacuationem præparanda, & si opus sit, eliminanda est.

a) Materiam *mucosam*, viscidam & tenacem incidunt & abstergunt

1) *Salia* digestiva: Tartarus vitriolatus, tartarus tartarificatus, arcanum duplicatum, nitrum antimoniatum, cremor tartari, Sal tartari, liquor terræ foliatæ tartari, item salia fixa: abfinthii, card. benedict. centaur min. Sal digestivum Sylvii, Sal ammoniacum depuratum.

2) *Radices*: ari, gentian, rubr. helenii, pimpinell. alb. &c.

3) *Gummi-resine*: ammoniac. galban. Sagapen.

b) Materiam nimis tenacem & viscidam reddunt pulposam & volubilem omnia præcipitantia: Conch. præparat. oculi cancri, mater perlarum, crystallus montana.

c) Materiam *biliosam*, acidam & nidorosam obtundunt & incrassant modo dicta præcipitantia, item limatura Martis, gummi arab. tragacanth.

2. Materia subacta & eliminata, motus, si sponte non cesset, sopiendus est.

a) *Interne* conducunt anodyna correcta, gemmata, Cinnabarina, e. g.

Recip. Spec. de Hyacinth.

Conch. præparat. ana gr. VI.

Coralliorum gr. IV.

Cinnabar. antimôn.

M. P. de Cynoglossa ana gr. II. M. pro dosi.

Conducunt etiam in hunc finem: Theriaca a Scrup. I. ad Drach. I. mediante vino calido exhibita, item Theriaca celestis, Tinct. anodyna Langelotti ex opio, cum succo cydoniorum fermentato.

b) *Externe* locum habent

1) *Emplastra*, e. g. Recip. emplastr. de crusta panis & tacamahacæ ana Unc. semis, camphoræ gran. V. olei cujusdam carminativi, anethi, cumini, q. s. ad malaxationem.

2) *Epithemata* e caryophyllis, mastiche, ligno aloës & herbis aromaticis.

3) *Balsama* stomachica scrobiculo cordis calide illinenda.

ex o. Caryophyllomastich. cinnamon. g. 4) Im-
nem. Balf. jervac. folg. v. C. hys. all. h. m. 201

- 4) Immerfio manuum in aquam calidam revulforio scopo laudatur.
- 3) Tonus denique Ventriculi roborandus est. Huc pertinent
- a) *Interne* Nervina, Tonica, Martialia teneriora, & stomachica, e. g. Mixture Tonico-Nervina Stahlii, essent. absinth. compos. Citri, aurant. gentian. rubr. Centaur. min. galang. Zedoar. Tin&. Martis aperitiva Ludovici, &c.
 - b) *Externe* locum habent stomachica emplastr. balsama & epithemata superius jam indicata; quo nomine vulgare illud fane non contemnendum est, quando crusta panis tosta, aromatibus & vino generoso imbuta, calide applicatur.
4. Vomitus *gravidarum* sequente methodo tractetur.
- a) Aromatica carminativa aliquoties per diem exhibeantur, e. g. essent. galang. Zedoar. Citri, aurant. Egregie etiam conducunt rad. Cyperi, irid. florentin. helen. rosmarinum, ladanum vino immissa, & versus prandium ac cœnam adhibita. Confert etiam hic & alibi Essent. millefol. & Tin&. coraliorum. *sem quinq. essent. menth.*
 - b) Nonnunquam lene aliquod laxans interponatur, e. g. pilul. Stahlii, Beccheri, vel Clysteres.
 - c) Præservative ante conceptionem Venæ sectio instituat, quæ vomitus gravidarum impedit. *Conf. Tabula de affectibus gravidarum.*
5. Vomitus Nephriticorum exposcit
- a) alvi solutionem per clysteres temperantes & acrimoniam infringentes.
 - b) Nitrofa cum sale quodam digestivo, pauca portione cinnabaris, &, inprimis si etiam circa umbilicum incommoda sentiantur, gutta I. olei vel cinnamomi, vel cardamomi, vel caryophyllorum. *= pericamof. aurant. & mac.*
 - c) His præmissis essentia millefolii usu veniat.
 - d) Ardor febrilis si non adfit, Salia volatilia urinosa, cum Tinctura alcalina remixta, in temperamento præcipue phlegmatico, locum habeant. *Confer. Tabula de Nephritide.*
6. Vomitus *hypochondriacorum* & *hystericarum* eadem methodo ac nephriticorum, inprimis autem per Nitrofa & essentiam millefolii. tractatur,

*Extract.
rad. et herb.
aromat. c.
pauca cinn
in con. pite
Stibila Ther
id. left.*

7. Vomitus *cholericus*, seu cholera simplex, tractatur ut febris chole-rica, *conf. Tabula de febris biliosis*,
 8. Vomitus propter vermes, his extirpatis cessat. *vid. Tab. de Vermibus.*

VIII. CAUSE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Cum grano salis accipiendum est axioma illud: *Vomitus per vomitum curatur*, error enim gravissimus committi potest in subjectis, quæ ad vomitum cruentum vel hæmopyrin habent dispositionem. *et per hæmopyrin. Item vomitus.*
 2. Non minore periculo *hypochondriacis & hysteriis* nauseosis, vomituribundis, & de Ventriculi debilitate conquerentibus, vomitus provocatur; prostant enim exempla quam plurima, quæ inter vomendum deliriosa, imo maniacæ facta sunt. Ubi vermes in suspectu sunt, vomitus etiam vitandus est.
 3. Quando autem Vomitus a cibis apeptis, pinguibus, ira vel nausea assumtis, exortus est, tum emeticum aliquod, e. g. tartarus emeticus, præmissio, si opus sit, digestivo, locum habet.
 4. Radix *Ipecacuanhæ* præ cæteris emeticis hoc præcipuum habet, quod præter virtutem emeticam, ventriculum etiam roborat: unde in hoc casu tanto magis commendatur, e. g. Recip. rad. Ipecacuan. gr. XV. Salis abfinthii gr. V. misce pro dosi.
 5. Vomitus quando in *febris* contingit, bene observandum est, num ætialis ille sit, an vero laboriosum saltem vomendi conamen, ein blosses Würgen: hoc enim frustraneum, ac proinde vel sedandum vel promovendum est; illud obrinetur per remedia sub *Methodo* commendata, hoc autem per materiarum præparationem mediamentibus digestivis, singulis horis ad Scrup. I. propinandis.
 6. Vomitus in *acutis* symptomaticus, quia sæpius a cibo vel potu frigido dependet, præcavetur, si sub initium parum, sæpe, & calide bibatur, & deficiente appetitu, nihil cibi assumatur. Præter ea tali vomitui & simul causæ generali optime per pulveres Bezoardicos occurritur. *et Drogas*
 7. *Mentha* in vomitu simplice specificum pro sæminis habetur.
 8. Ad *analepsin* externe commendatur acetum rutaceum, rosatum, flor. calendulæ, pro sæminis autem acetum castoreum.
 9. Pro *dieta* nihil melius conducit, quam quies & calor,

TABVLA LXXXIII.
DE
DIARRHOEA.

I. DEFINITIO.

Diarrhœa est intensior motus peristalticus intestinorum, mediante quo principium vitale materiam aliquam sive mucosam, sive biliosam e primis viis eliminare intendit. Derivatur a *dià*, *per*, & *ρῆω*, fluo.

II. DIFFERENTIA.

Diarrhœæ differunt secundum species.

1. Diarrhœa *simplex* dicitur, quando materia seroso-mucosa dejicitur.
2. Diarrhœa *cholericæ*, in qua biliosa saburra eliminatur,
3. Diarrhœa *lienterica*, ubi cibi ita crudi excernuntur, ut ne exiguum quidem coctionis signum appareat.
4. Diarrhœa *coliacæ*, in qua excrementa per coctionem paululum alterata, & in chymum mutata rejiciuntur.
5. Diarrhœæ *dysentericæ* & *hepaticæ* peculiaribus Tabulis exhibitæ sunt.
6. Diarrhœæ *criticæ* sunt, quæ die critico, e. g. in febribus quotidianis continuis, item (quod tamen rarius evenit) in tertianis sub paroxysmo, proveniunt.
7. *Semi-criticæ* sunt, quæ in febribus catarrhalibus, petechizantibus, contingunt.
8. *Symptomaticæ* sunt, quæ e. g. in variolis, morbillis, purpura, accedunt.
9. *Ictericæ* sunt, quando alba excrementa dejiciuntur. *De coloribus*
10. *Periodicæ* sunt, quæ certis anni temporibus, & præcipue circa æquinoctia, observantur.
11. *Colligativæ* dicuntur, quæ in hæctica consummata, sub excretionem materis seroso-lymphalis, eveniunt; de quibus autem, tanquam *passivis* magis fluxionibus, non profus valet definitio.

III. SIGNA.

Diarrhœarum signa satis quidem sunt manifesta, symptomata autem,

tem, quæ easdem plerumque vel præcedunt vel concomitantur, sunt sequentia.

1. Præcedunt *motus sensivi* & borborygmi in abdomine, cum doloribus lancinantibus & pungentibus, præcipue in regione umbilici.
2. *Appetitus* ut plurimum statim sub initium est dejectus.
3. *Vires* autem tum demum prosternuntur, quando excretio illa per aliquot dies largiter procedit.
4. Quo diutius continuat, eo facilius *tenesmus* accedit, *caput* debilitatur, & *calor internus*, majora incommoda minitans, augetur.

IV. SUBJECTA.

1. Diarrhœis *simplicibus*, mucoso-ferosis, temperamentum maxime phlegmaticum subjacet: in talibus enim subjectis excrementa semper fere sunt tenuia.
2. Quo magis autem simplices hæc diarrhœæ certam *periodum* observant, eo magis temperamento sanguineo sunt propriæ.
3. Diarrhœis *biliosis* cholericis potissimum expositi sunt.
4. Diarrhœæ *criticæ*, quæ in febribus aliquando proveniunt, in sanguineis communiter observantur.
5. Homines sensibiles & delicatuli, si, corpore calente, nudis pedibus incedant, facile diarrhœas simplices incurrunt.

V. CAUSÆ.

1. *Causa materialis* in diarrhœis simplicibus est ordinarie materia lenta, tenax, viscida, in primis viis.
2. Aliquando præsto est materia semi-corrupta, putredinosa, cum vermibus, non solum in ætate infantili & puerili, sed etiam annosiore: prostant enim exempla, in quibus ascarides singulis mensibus per diarrhœam excernuntur, concurrente in intestino recto pruritu, valde molesto.
3. *Causa formalis* seu *efficiens* est Principium vitale, quod motum peristalticum intendit, & simul copiosos humores e massa sanguinea appellit, ad materiam talem resolvendam & abstergendam.
4. *Causæ externæ & occasionales* sunt:
 - a) Sudores, in primis matutini, cohibiti.
 - b) Cibi crudi & dyspepti, imo etiam pingues, si subjecta sensibilia statim bibant; præcipue autem intemperans fructuum horzorum ingestio, maxime si mox etiam potus accedat.
 - c) Pq-

c) Potus feulentus, & actu fermentescens, e.g. mustum, frigidus etiam potus, vel actuale refrigerium, quo vero casu sensibilitas subjecti magis, quam materia, peccat.

5. Causa diarrhoeæ *lienterica* est communissime cicatrificatio intestinorum, antea erosorum, e progressa dysenteria, qua officia vasorum lacteorum simul læsa sunt. *non enim in ventriculo imbecillitas*

6. Pro causa diarrhoeæ *colica* non tam imbecillitas ventriculi, quam vasorum lacteorum obstructio accusanda est. *et motus peritæ salicæ exan-*

7. Diarrhoeæ *Cholerica* causam esse effusorem bilis in intestinum *denum-* *etiam*, sub animi excandescencia contingentem, per vulgus constat. *Conf. Tabul. de febribus biliosis.*

8. Causæ reliquarum specierum suo loco allegatz sunt.

VI. PROGNOISIS.

1. Omnes diarrhoeæ, maximæ etiam malignitatis, si per adstringentia vel opiata positive sistantur, graviora damna inducunt, quam si sui juris maneant: tota enim familia simplicium diarrhoearum nihil periculosum minatur.

2. Hinc *simplex* saltem diarrhoea, imprudente tali ratione tractata, successores habet dolores colicos acutissimos, translationes materiz, præcipue in senioribus, ad caput vel pectus: unde affectus vertiginosi, catarrhales, catarrhi suffocativi &c. oriuntur.

3. Majora autem & præsentiora damna succedunt, si diarrhoeæ *bili-* *ose* supprimantur: facile enim febris caufodesq; indeoritur.

4. Omnium maxima pericula inducuntur per diarrhoearum *criticarum* suppressionem.

5. Diarrhoeæ *semi-critica* ita salutariter quidem non procedunt, nullum tamen conspicuum detrimentum morbo adferre observantur.

6. Diarrhoeæ *symptomatica* in variolis, morbillis, purpura, &c. infelicitè sæpius exeunt.

7. *Periodica*, nisi turbentur, sunt salutares.

8. Simples *lienterica* & *colica* diarrhoeæ etiam fatis sunt benignæ, & medicamentis facile cedunt.

9. *Cholerica*, nisi febris accedat, mediocriter se habent.

10. Denique quævis diarrhoea, copiose & diu procedens, vires exhaurit, & patientem in febrem lentam aut atrophiam conjicere observatur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. In diarrhœa *simplice*, ad materiam mucosam & tenacem incidendam & abstergendam exhibeantur remedia digestiva, resolventia, coll. quantia, e. g.

a) *Vegetabilia* amara, resolventia, acriuscula, aromatica: rad. gent. rubr. ar. helen. Zedoar. herb. absinth. centaur. min. herbz capillares, piper, zingiber, galang. acor. & costus verus. Item semina aromatica: anisi, fœniculi, cumini, dauci, ammeos, amomi, quz singula & composita rancositatem illam tenaciorem resolvere, abstergere & fluxilem reddere possunt.

b) *Salia media*: arcan. duplicat. Nitrum Antimoniat. Tartarus vi-triolat. it. Sal tartari, cremor tartari, liquor terrz foliat, tartari, Sal digestivum Sylvii, Sal ammoniac. depurat. ☉

c) *Salia fixa*: abkin:h. centaur. min. card. benedict. &c.

d) *Gummi-resine*: ammoniac. galban. sagapen.

e) Convenit etiam aliquando materiam nimis tenacem & viscidam in pulposam & volubilem consistentiam redigere per præcipitantia, e. g. matr. perlar. conch. præparat ocul. can-cr. crysfall. montan.

f) Quo magis autem biliosa subest materia, eo magis Nitrosa cum dictis præcipitantibus necessaria sunt. Huc pertinet methodus Tabula de febribus biliosis commendata.

2. Præparata materia per lenia laxantia evacuetur, & sic labori Naturæ succurratur; id quod commodissime peragitur pilulis Beccherianis veris, vel Stahlianis, quarum aliquot doses, etiam sine præmissis præparantibus, solz sæpius sufficiunt, ad diarrhœam simplicem feliciter tollendam. Conducit etiam rhabarb. item usum habent clysteres carminativi, abstergentes.

Deinde motus pertinax, si, eliminatâ materia, sponte non cesset, sopiatur per

a) *Tonica subadstringentia*: nira exsiccata, cydonia, & ex illis parata, nempe diacydonium tabulatum cum & sine aromatibus. Vin. rubrum cum ulmo succotata.

b) *Gemmata*, lapides quinque pretiosos, spec. de hyacinth. corallata.

c) *Lenia anodyna*, M. P. de Cynoglossa, Theriac, Essent. Opii Lan-

- Langelotti, item nucem moschatam, quæ simplex magis sopiens est, quam adstringens.
- d) Sequentia composita: Syrupum de agresta, trageam granorum actes, myrtillos exsiccatos, electuar. diaphœniconis, spec. dia mosch. in senibus electuar. diascord. Fracastorii.
- e) Externa etiam non prorsus rejicienda sunt, sed vix, nisi in pertinaci diarrhœa, locum habent, e. g. inunctiones umbilici & Scrobiculi cordis, in specie per oleum carvi: effectum etiam aliqualem præstant lapides serpentini, calide imposti, emplastr. de crusta panis vel Stomachale Cratonis, cum emplastro de tacamahac. remixtum, additis oleis destillat. nervinis.
4. Denique ad tonum intestinorum in naturalem ordinem restituendum respiciatur. Præstant hoc
- a) plurima eorum, quæ ad motum sopiendum jam modo commendata sunt. *conditum latere præparantur*
- b) Martialia: v. g. Tinct. mart. aperit. Ludovici, cum essent. lign. aloës, vel spiritu salis dulci, remixta, Tinct. Tonico-Nervina Stahlî, conserva visceralis & elixir viscerale Bæcleri Tinctur. aurant. essent. cinnamom.
5. Diarrhœæ *lienterica & colica* eandem exposcunt methodum, nisi quod in *Lienteria*, si nihil contraindicet, vomitorium propinari possit; *colica* autem passio, quia obstructione vasorum lacteorum fovetur, a vomitu nullum usum habet, sed resolventia, aperientia & laxantia, superius nominata, postulat.
6. Sic etiam diarrhœæ *periodica*, uti simplices, tractantur, & quando emanent, potius promovendæ, quam alienis cohibendæ sunt, e. g. f. l. a. vinum medicatum e rad. helen. gentian. rubr. ari, Zedoar. galang. gramin. herb. centa. min. absinth. rorismarin. tanacet. rhabarb. fibr. hellebor. nigr. fol. fennæ.
7. Quando vermes in suspectu sunt, anthelmintica superius commendatis jungantur.
8. Diarrhœæ *critica, semicritica & symptomatica* in febribus quomodo tractandæ sint, videatur Tabulis de febre catarrhali benigna, maligna, variolis, intermittente tertiana.
9. *Ictericæ* tractantur secundum methodum, Tabula de Ictero commendatam.

10. Diarrhœæ *hepatica & dysenterica* medicationes quærantur Tab. de fluxu hepatico & dysenteria.

11. Diarrhœæ *colligativa* hæcticorum quomodo tractandæ sint, Tabulæ de phthisi & febre hæctica docent.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ,

1. Uti in genere cavendum est, ne diarrhœæ qualescunque simpliciter cohibeantur, ita minime omnium convenit, illas diarrhœas suppressere, quæ jam adsuefactæ sunt, per vices recurrunt, & cum euphoria patientis decurrere observantur: materia enim hac ratione suppressa viscerum obstructions, hydro-

pem, vel ad minimum affectus flatulentos & colicos inducit.

2. Ad præoccupandum autem hoc evacuationis genus, vel potius tanto commodius expediendum, lenes *laxationes* vere & autumno eximium usum præstant.

3. *Digestiva*, præparantia, melius & convenientius laxantibus præmittuntur, quam iisdem conjunguntur.

4. Diarrhœa si, præmissis resolventibus, abstergentibus & laxantibus, nihilominus contumax esse appareat, tum *Nux moschata* egregie se gerit: excretiones enim tales non solum temperat, imo auctiore dosi sistit, sed etiam tonum intestinorum restau-

rat.

5. Sic etiam *gentiana rubra*, moderate adhibita, diarrhœas sensim iterum in ordinem redigit, & tonum egregie roborat.

6. Ad tonum naturalem in hoc genere in ordinem revocandum, in diuturnis etiam diarrhœis non contemnendæ efficaciz sunt esculentula quædam placidâ, & leni adstringendi virtute prædita.

7. Inter hæc primo loco numerari potest fructus *forbis* *piriformis*, germ. Spür. *Äpfel*: tam peculiarem enim in alvo nimis laxa hæc *pirula* habent efficaciam, ut plura eorum sine alvi subsequente obstipatione edere liceat, in ipsis vero diarrhœis & dysenteria, facta jam sufficiente & diuturna exoneratione, 2-3. notabiliter sistant. De *forbis* *exsuccatis* & *mespila* *exsuccata* per vulgus notum est, quod in talibus circumstantiis egregie se gerant; modo præmittenda præmittantur.

8. Boyle ubique fere in diarrhœis commendat gummi *arabicum*, & *tragacanthum*; Helmontius autem *vitellum ovi*, ad duritiem coctum, & si opus sit, repetendum.

9. Licet quilibet *potus* copiosus diarrhœas magis foveat, *calidus* tamen magis prodest, quam nocet, & hinc audacter porrigendus. Conducit panis bis coctus, vino rubro immerfus, nux moschata in cibus, juscula, quies corporis & animi, calor moderatus.

TABULA LXXXIV.
DE
VERMIBUS.

I. DEFINITIO.

Vermes sunt animalcula in corpore humano producta, & in primis viis maxime reperiunda.

II. DIFFERENTIA.

I. Vermes differunt secundum species, quarum Auctores alii quinque, alii quatuor, alii plures, alii pauciores recensent; satis commode tamen in tres classes dividuntur.

a) Sunt alii *teretes longi*, qui ob similitudinem, quam cum lumbricis terrestribus habent, *lumbrici* vocantur.

b) Alii sunt *lati*, & vel solitarii sese volutant, ad quorum classem *cucurbitini*, semini cucurbitæ similes, referuntur, vel catenatim subinde coherent, & e latitudine sua in longitudinem decem, imo plurimum, ulnarum diducuntur.

c) Alii sunt *teretes breves*, qui *ascarides* vocantur, & vermiculis casei similes sunt, qui saltum facere solent, sed talis motus in hisce ascaridibus non ita deprehenditur, licet denominationem inde, nempe ab ἀσκήω, moveo, accepisse videantur. Hi in intestino recto ut plurimum stabulantur, ubi sensibilem molestiam, titillationem, pruritum & tenesmum inferunt.

2. Occurrunt interdum vermes insoliti, aculeati; imo plane monstrosum figuræ, præcipue in infantibus, qui ab illis plane confu-

muntur. Hic incantatio communiter accusatur, germ. Das Rind ist beruffen: unde etiam similia fascinatoria medicamenta accersere solent. Sed & hic, uti in aliis incantationis suspitionibus, sæpius errare contingit.

III. SIGNA.

1. Frequens sputatio, vel ad minimum salivæ in os effusio, & nauseabunda affectio, tempore præsertim matutino.
2. Narium pruritus, frictio, imo scalptio.
3. Livescentia albuminis, & concavitas universi, oculorum.
4. Abdominis intumescencia & induratio cum doloribus torminosis.
5. Alvus modo obstructa, modo laxans est.
6. Appetitus vagus, modo nimius, modo prostratus.
7. Siticulositas, præcipue jejuna, imo subinde nocturna.
8. Capitis temulenta afflictio.
9. Genæ modo rubent, modo pallent.
10. Alii pavores sub somno cum dentium stridore incurrunt.
11. Alii delirii evigilant.
12. Alii convulsionibus epilepticis, vel plane singularibus symptomatibus corripiuntur, ut pro incantatis ab imperitis habeantur.

IV. SUBJECTA.

1. Infantes & pueri ob addephagiam vermibus potissimum sunt obnoxii, adeo, ut in illis nonnunquam globi conglomerati, tunica inclusi, excernantur, germ. Worme Stöcke.
2. Adultiores temperamenti corporis cachectici, mucosi, flatulenti, item sæminæ mensium obstructione laborantes.

V. CAUSÆ.

1. De causis vermium Auctores nondum conveniunt, probabilissimum tamen est, quod a putredine quadam, in corpore humano, præcipue primis viis, contingente, originem ducant: experientia enim docet, animalcula talia e rebus putrefactis provenire, e. g. caseo, carne &c.
2. Huic sententiæ lucem affundit vitium digestionis, quod in subjectis, vermibus obsessis, ordinariè observatur: unde cibi, non legitime cocti, in putredinem abeunt, & nativitati vermium anam præbent.

3. *Causæ externæ sunt:*

a) Cibi crudi, mucidi, dyspepti, quantitate deglutiti: hinc in pueris edacibus vermes adeo familiares sunt.

b) Dulcia saccharata, nimium usurpata.

4. Recentiorum opinionem, quasi e seminio insectorum in corpore vermes producantur, multæ premunt difficultates; præcipue vero quod vermes quoad figuram prorsus non conveniant cum insectis illis, quorum seminio productio illorum adscribitur.

7. Vermium in infantibus proventum ab ipso lactis vitio aliqui accessunt, vero autem magis simile videtur, semina ex uno corpore in alterum transmitti, e. g. quando nutrices vel vetulæ, dentium impuritate vel alia oris labe adfectæ, cibos infantum prius masticant, aut per anhelitum sædum turpia semina illis ingerunt.

VI. *PROGNOSIS.*

1. Non leve malum est verminosa colluvies, & gravia sæpius symptomata, tam in junioribus quam adultis, inducit.

2. Et licet vermes per se alia damna inferre nequeant, quam, hirudinum more, intestina sugendo lædere, & in globum complicati, ipsa sui mole obstructions intestinorum causare, ad ingentes tamen motuum spasticorum, imò convulsivorum exacerbationes Naturam stimulant.

3. Extra complicationem cum aliis morbis introducunt vitia appetitûs, concoctionis, diarrhæas, vomitus, cardialgias, dolores colicos: non parum etiam ad fluxus & mensium obstructionem contribuunt.

4. Cum *chronicis* affectibus conjuncti, e. g. malo hypochondriaco-hysterico, moribus hæmorrhoidalibus &c. his non leve pondus addunt, & motus pertinacissimos ad exprimendum & excutiendum causantur.

5. Acutis morbis vermes sociati maximorum damnorum auctores sunt, e. g. si in acutis anorexia occurrat, & vermes, nutrimento destituti, moriantur, atque in intestinis putrescant, lethales sæpe motus & irritationes succedunt, nempe convulsivi affectus, deliria, diarrhææ, quæ omnia in acutis periculo abundant.

6. Idem damnus inducitur, si vermes per remedia amara, e. g.

Myr.

Myrrham, enecati in intestinis computrescant: febres sæpius malignæ inde producuntur.

7. In acutis pro malo omine & signo malignitatis habetur, si in statu, vel etiam incremento morbi vermes excernantur; quo casu Antiqui putabant, tantam adfuisse putredinem, ut etiam statim vermes ex illa producti sint.
8. Vermes rubri, sanguine per fuctionem repleti, febres facile malignas inducunt.
9. Ascarides, præter pruritus in intestino recto & tensesum, nullas quidem adeo molestias inferunt, multo difficilium tamen lumbricis expelluntur.
10. Sic etiam lati illi cucurbitini, quia universum intestinorum systema communiter occupant, expulsionioni pertinacissimè resistunt.

novi mellam II. Lumbrici quando in ventriculum transferuntur, plus negotii
 na sæpius nos
 p vs strudat. VII. *Methodus medendi & remedia.*

1. Ad vermes enecandos exhibeantur specifica amara, interpositis salibus abstergentibus & digestivis: in hunc finem laudantur
 - a) Radices graminis, Zedoariz, gentianæ utriusque & aristolochiæ rotundæ, quæ amaritie nullis facile simplicibus cedit.
 - b) Herba absinth. centaur. min. card. bened. hyperici, tanaceti, abrotan. marrub. alb. Succus scordii, millefolii.
 - c) Flores persicorum.
 - d) Semen Santonici, & quæ illius species est, tanaceti.
 - e) Myrrha, corallina, elixir proprietatis, vitriolum Martis, amygdalæ amaræ, tartarus vitriolatus, arcanum duplicatum.
2. His per aliquot dies exhibitis Vermes enecati, aut ad minimum commoti & proturbati e corpore mature excernantur. Præstat hoc, præter reliqua purgantia aloëtica, colocynthiaca, in specie Mercurius dulcis, qui etiam vermes, adhuc vivos, enecat; de quo legatur exiguus tractatus Boyle de Specificis.
3. Externe abdomini applicare solent amara, in specie bilem tauri umbilico illinunt, item unguent. de arthanita seu cyclamine, quod externa unctiōne non tantum pueros, sed etiam adultiores laxat.

4. Ad dolores colicos mitigandos clysteres dulcificati conducunt, qui parantur e lacte, oleo quodam, melle vel sacharo. *Thom.*
 5. In cibis fugiantur lactinia, dulcia Sacharata, & dyspepta.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quæ insolita plane symptomata a vermibus inducantur, in Maronii directorio medico sub titulo vermium & febrium evolvi possunt.
2. Erasmus epistol. in laud. Medicinæ exemplum refert cujusdam pueri, qui in delirio a vermibus lingua germanica, ab illo nunquam audita, locutus fuerit.
3. Et sane non solum in infantum, sed etiam adultiorum chronicis affectibus, præcipue abdominis pathematibus, vermes semper suspecti esse debent, e. g. in appetitu vago, nausea, cardialgia, saliva, jejuno ventriculo, in os effluente, tenesmo, convulsionibus.
4. Notatu digna est observatio D. D. Stahlii dissertatione de affectibus oculorum pag. 20., quod in *canibus*, præ aliis animalibus, sæpius in ipso fundo ventriculi, unus aut alter nodus, (addo: sive introrsum sive extrorsum in tunica exporrectus) sabæ quantitatem circiter referens, reperiatur, cum foramine in cavitate ventriculi exeunte, & capace intus cavitate, quam interdum unus major, sæpius vero numero plures mediocres lumbrici inhabitent.
5. Quæ cardialgiæ & conatus vomendi perennes inde resultare debeant, & quam difficillimum sit, lumbricos, tali domicilio peculiari circumvallatos, expugnare, ipsa sana ratio dicitur; & licet in corpore humano hæc vermium munimenta nondum adeo detecta sint, plures tamen circumstantiæ eadem reddunt suspecta.
6. In exercitationibus Francisci Rubei de febre tertiana continua memoratur, quod patiens quidam diu & graviter illa adfectus fuerit, & multa remedia frustra sint adhibita, donec vermes quosdam majores per vices excerneret.
7. Non quævis amara vermes enecare, nec alimentum eorum amaritæ inficere, e bile satis manifestum est: hæc enim amarore non caret, & tamen vermibus adversari non observatur: hinc specifica amara ad id negotium requiruntur.

8. *Myrrhe rubra* efficacia in vermibus enecandis satis quidem probata, in eo tamen ridicula est, quod vermes, in toto corpore luxuriantes, interimere fingatur. *U. S. q. u. p. p. e. i. p. i. d. h. v. e. r. m. i.*

Solum modig. 9. *Species diatribis*, cum *rhabarbaro* vermes quidem expellunt, sed admodum vehementer & incommode, vomitum enim ut plurimum caufantur.

10. *Amygdale amare* non rejiculæ sunt: de illis enim notum est, quod animalia quadrupedia (nonnulli addunt: quæ cæca nascuntur) interficiant, & volatilia convulsionibus inde moriantur: hinc probabile, illas etiam vermibus esse adversas.

11. Sic etiam *Nux vomica* pari effectu, animalia necandi, nota est, licet hoc remedium infantibus minus, bene vero adultis, experientia teste, conveniat.

12. *Cornu Cervi* ustum a multis laudatur, quod experientia relinquendum: de spiritu autem illius notum est, quod, nisi notabilibus dosibus a Scrup. I. ad Drach. semis exhibeatur, nihil magno opere præstet.

13. De *Musco corallino* una vel altera observatio apud Schenckium legi meretur.

14. Herba *Salvia* specialiter a quibusdam laudatur; quid efficiat, experimentetur.



TABVLA LXXXV.

DE

COLICA.

I. DEFINITIO.

Colica est dolor acutus sensibilissimus in abdomine, a spasmodica intestinorum laxatorum, præcipue intestini *Coli*, contractione originem ducens.

II. DIFFERENTIA.

1. Colica differt secundum species,

a) Fla-

- a) *Flatulenta* seu *pituitosa* dignoscitur e majori distensione & inflatione abdominis, ructibus, flatulentia, borborygmis, causis antecedentibus.
- b) *Biliofa* ex acri torsione dolorosissima & scindente quasi manifesta, concurrente post iracundiam, capitis dolore, & non raro diarrhœa.
- c) *Hæmorrhoidalis*, & *nephritica*, dijudicatur e spastica contentione & compressione abdominis, alvo communiter adstricta, ad minimum in principio; cephalalgia, lassitudine, intercurrentibus horrore, æstu &c. *Conf. Tabula de Malo hypochondriaco-hysterico & Tab. de Ileo hæmatur.*
- d) *Hysterica* in specie dicitur, ubi dolores tensivi, alvus pertinaciter stricta, retractio umbilici, volutationes in abdomine &c. occurrunt, & circa intestina magis tenuiora ac ventricululum sentiuntur, sicut ordinaria colica intestina crassa potissimum infestat.
- e) *Convulsiva* nihil aliud est, quam insignis gradus hystericæ passionis, ubi pathemata, a torsione intestini coli excitata, usque ad scrobiculum cordis extenduntur. Quando in infantibus occurrit, vocatur die *Innerliche Noth* oder *Jammer*.
- f) De colica *iliaca* sequente Tabula agemus.

2. Non omnia tamen tormina pro colica, strictiore sensu sumta, haberi debent; quamvis illa quoque interdum satis patientes adfigant: sunt enim aliqui ita sensibiles, ut etiam e levibus dicitur vitiis sensibilia tormina incurrant, e. g. ex ingestione flatulentorum, cerevisia nondum bene defæcata, insueta, ex esu carnis pinguioris, si mox frigidum haustum sumant.

III. SIGNA.

1. Tormina satis vehementia & durabilia: non raro enim ultra unum diem patientem exercent & paroxyzant.
2. Occupant locum circa & supra umbilicum.
3. Sensum referunt modo torsionis, modo gravissimæ tensionis, rupturam veluti minantis, modo fremitus cujusdam & tremoris.
4. Accedunt symptomata maximæ anxietatis, angustiz internæ, borborygmorem.
5. Intercurrit exterioris corporis vaga alteratio & refrigeratio cum sudoribus frigescentibus, interdum simul conatibus vomendi.

6. Conjuncta est communiter flatulentia & obstructio alvi, rarissime diarrhoea, nisi in colica biliosa & hæmorrhoidali cum scæcibus in hac sanguinolentis & tenesmo.

7. Specialia signa sub *Differentia* jam indicata sunt.

IV. SUBJECTA.

1. Colica utriusque quidem sexui, sæminino tamen & frequentius & vehementius, evenire solet; in sæminis enim longo successu durat, sub initium quidem ostendit leviolem indolem, deinde vero ad convulsivas plane succussiones excedit, in viris autem familiariter intra spasmodicos tenivos motus subsistere observatur.
2. Sæminæ, quæ hac passione corripiuntur, sunt vel phlegmaticæ, vel sanguinæ, aut sanguineo-cholericæ, impedito mensium successu laborantes. Item puerperæ, quibus abdomen post partum non decenter ligatur; hæc non solum in puerperio, sed etiam futuro tempore colica cum magna flatulentia afficiuntur.
3. In sexu virili ætas consistentior potissimum a colica infestatur, præcipue talia subjecta, quæ motibus hæmorrhoidalibus & nephritide infestata sunt; sæpius etiam illa, quæ aduetas sanguinis evacuationes artificiales subito intermiserunt.
4. Colica biliosa communiter corripiuntur personæ cholericæ temperamenti, quando post animi excalescensiam mox cibum assumunt, vel bibunt.

V. CAUSÆ.

1. Causa materialis in colica est
- vel induratio & impactio scybalorum.
 - vel biliosa saburra aut alia acrimonia in primis viis hærens.
 - vel sanguis menstruus aut hæmorrhoidalis retentus.
2. Causa formalis est spasmodica contractio intestinorum relaxatorum & a flatibus expansorum, quibus motibus spasmodicis Principium vitale materiam, circa illa loca molestam exprimere & dissipare intendit; de qua re testantur borborygmi, qui nihil aliud sunt, quam flatuum ex uno clastro in aliud spatium præpulsio.
3. Erroneus autem motus est: nam neque ad flatuum dissipationem, neque ad materis acris biliosæ eliminationem tantus impetus requiritur. Multo magis in colica hæmorrhoidali motus talis

erroneus censendus est, dum summa illa constrictio in intestinis inferioribus incipit, & sanguinem versus superiora potius restringit, quam quod hac ratione eum exprimere valeat.

4. *Causæ occasionales & procatarticae*, præter illas, quas in *Subjectis* iam denominavimus, sunt:

a) Sensibilitas subjectorum, quæ colicam facile *habitalem* introducere solet.

b) Obstructiones alvi.

c) Refrigerationes abdominis vel pedum immoderatae.

d) Cibi leni, viscosi, crassiores, e. g. cucumeres, melones, *sepones* cucurbitæ, vel pingues, potu frigido mox superveniente. *idem autem*

VI. PROGNOISIS. *Asma nec magna copia ingesta.*

1. Quo sæpius colica recurrit, eo citius a levi causa revocatur, & in habitum transmigrat.

2. Quæ colica cum actuali horrore invadit, illa non solum gravius adfligit, verum etiam inflammationem vel jam præsentem indicat, vel successuram minatur.

3. Sic etiam vehementior est colica, quæ cum alvi obstructione stipata est, quam ubi aliqualis hujus solutio observatur.

4. Conatus vomendi in colica semper suspecti, & *iliacæ* passionis metum incutiunt, nisi a cibis, paulo ante largiter ingestis, vel potu largiore frigido, ceu colicæ auctoribus, sumserint occasionem.

5. Præcipue autem in sexu fœminino fortes ejusmodi conatus, undecunque suborti, vomitus cruenti metum adferunt.

6. Quo exquisitius colici dolores adfligunt, eo facilius convulsivos motus invitant.

7. Quo diuturnius sanguis menstruus, ad exitum non rectè promotus, circa viscera stagnat, eo certius febris quartana, cachexia, hydrops &c. inducuntur.

8. Colica *hemorrhoidalis*, a podagræ vel mali ischiadici retro pulsione, vel nephritidis præpostera suppositione inducta, præsentioris est periculi.

9. Solvitur autem

a) vel salutariter, superveniente in paroxysmo fluxu hemorrhoidum sincero, aut saltem mucoso.

b) vel insaufa regurgitatione ad viscera, præcipue hepar, cum

insequentibus obstructionibus, cachexia, ascite, hæctica, quartana, tympanite.

c) vel macularum scorbuticarum proventu, qui in subjectis humidis, non secus ac in malo hypochondriaco, subinde contingit, & a corruptione sanguinis, sub diuturna illius spastica detentione, dependet.

10. Colica *biliosa*, nisi materia tempestive obtundatur & evacuetur, febres biliosas, inflammatorias, præcipue causum, producere potest: bilis enim acrimoniam, e fermentescentibus assumtis auctam, pro causa habet, ad quam materiam acrem, sed paucam, propellendam, insolentior motus intestinorum accedit. Solvitur interim spontanea subinde alvi fluxione, nisi peculiarem plane intestinorum arrosionem perpetraverit, quæ tamen vix alibi, quam prægressa mala medicatione, contingit.

11. Quando autem *impedita* bilis excretio colicæ biliosæ anam dedit, icterus inducitur.

12. Singultus, ubi colicæ præter consuetudinem supervenit, diriminis censendus est.

13. Colica, anodynus opiatis incongrue tractata, paralyti sæpius excipitur.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

A. *Methodus generalis*, in omni colica locum habens.

1. Spasmus intestinorum dolorificus demulcendus, & si quæ in illis materia peccans reperiatur, educenda est. Præstant hoc
a) commodissime *clysteres*, pro causa diversa diversis ingredientibus parandi.

b) Laxantia e Mercurio dulci, fenna, rhabarbar. sale mirabili.

2. Materialis causa est discutienda.

a) *Interne*,

1) vel per carminativa & temperata salia digestiva;

2) vel per temperantia Nitrosa.

b) *Externe*, ubi conducunt

1) *Sacculi carminativi* e speciebus odoratis, e. g. rad. irid. florentin. cyper. angelic. herb. menth. puleg. flor. Chamomill. sem. anisi, anethi, petroselin. *aromaticis*

2) *Linimenta ex oleis colicis*, e. g. irino. castorin. chamomill. lauria. *destillatis*, v. g. fœnicul. menth. carv. aneth. absinth. chamomill. *oxyll max 3) Bal-*

- 3) *Balsama* ex his oleis & oleo nucis moschatæ parata.
 4) *Emplastra stomachalia*.
 5) *Calor & focus* abdominis, e. g. lapides calefacti & vesicæ aqua calida semi-repletæ. *Tequila piperisina* bl. ar. . . .
3. *Tonus partium labefactatus est restaurandus; in quem finem conducunt*
- a) *Interne*
- 1) *Salia volatilia* cum tinct. alcal. mixta, e. g. *Mixtura Tonico-Nervina* Stahlii.
 - 2) *Martialia*: *Essent. vitrioli martis* Ludovici.
 - 3) *Carminativa & aromatica*: *Essent. cort. aurant. citri, gentianæ rubræ*, *spiritus salis ammoniaci cum speciebus carminativis abstractus*.
- b) *Externe Nervina & roborantia, priore membro memorata, conveniunt.*

B. *Methodus specialis*1. *Colicæ flatulentiæ & mucosæ.*

- a) *Præmittantur clysteres carminativi & emollientes* e flor. chamomill. tanacet. matricar. eupator. rosar. stæchad. arab. herb. malvæ, althææ, veronicæ, parati; quibus, præter sal commune, pro stimulo centaur. minus addatur, quod sensum morficantem in intestino recto exferit, & hac ratione flatus e superioribus intestinis derivat. Stimuli loco inservit etiam elixir proprietatis, quod mucum resolvit & simul evacuat.
- b) *Subjungantur pro diversitate temperamentorum carminativa, interpositis subinde laxantibus Sennatis, e. g.*
- 1) *Radices imperato, angelic. pimpinell. alb. Zedoar. gentian. rubr.*
 - 2) *Cortex Winteranus.* *Sorbus* *Asia* *ruß.*
 - 3) *Semina anisi, fœniculi, carvi, petroselini, &, ad digestionem promovendam, specialissime sem. sinapios, erucæ.*
 - 4) *Aromata*: pip. cardamom. galang. caryophyll. quæ omnia in ructibus pariter summi usus sunt. *V. generosum*
 - 5) *Salia digestiva*: tartar. vitriolat. arcan duplicat. cum Nitro & cinnabari.
 - 6) *Composita*: *Spiritus tartari, nitri dulcis, mixtura simplex, Essent.*

- Essent. alexipharm. Stahlii, cort. aurant. gentian. rubr.
Centaur. min. &c. *item ad Symplicia & Larom...*
2. Colicæ *biliofa seu cholericæ.* *ad praxia...*
- a) Hic usu veniant temperantia, absorbentia, e. g. Nitrum, crystallus montana, mater perlar. corall. &c. item oleum amygdalar. dulcium recens, juscula pullorum cum semine nigell. manna. *in v. solid.*
 - b) Quod si vero hæc revomantur, clyster domesticus applicetur cum calore & fotu abdominis.
3. Colicæ *hemorrhoidalis & nephritica.*
- a) Præmittantur & repetantur clysteres paregorici ex oleo lini, olivarium, verbasci, & Nitro parati.
 - b) Deinde porrigantur pulveres Nitroso-temperantes cum cinabari, e. g. pulvis antispasmodicus, item juscula calida cum oleo amygdalarum dulcium.
 - c) His præmissis in vehementiore impetu versus noctem exhibeatur Theriaca, vel pulveribus dictis M. P. de Cynogloss, a gr. 1-2, addatur.
 - d) Remittente paroxysmo alexipharmaca & temperantia continentur, ac insuper Mixtura tonico-nervina Stahlii, cum Essent. millefolii sociata, propinetur.
 - e) Externe in usum trahantur
 - 1) Fotus intestini recti.
 - 2) Cataplasma e meliloto & verbasco, cui insideant patientes.
- 3) Calor abdomini conciliandus
- a) per aquam vel lac, si vesicæ immittantur & calide applicentur. *item per aquam colli...*
 - b) per lateres calefactos.
 - 4) Sacculi nervini ex illis speciebus, quarum sub methodo generali mentio facta est, parati.
 - 5) Linimenta ex oleis ante dictis, speciatim laurino & nucis moschatæ.
 - 6) Spiritus vini *camphoratus*, regioni dolenti applicandus.
 - 7) Regimen quietum & leniter diapnoicum.
4. Colicæ *hysterica.*
- a) Præmittantur & repetantur clysteres carminativi, ad quos specificè commendatur herba *veronicæ* cum jusculo carnis cocta, addito oleo anethi & fale communi.
 - b) Ubi

b) Ubi patientes clysteres averfantur, vel malum non adeo urget, substituantur pediluvia, vel infusus, & laxans e senna, semine fœniculi, item essent. Jalappæ cum vitello ovi & aquis uterinis.

c) Deinde subjungantur

1) *Interne.*

α) Essent. alexipharm. vel tragea e rad. pimpinell. alb. carlin. cum semine anisi, fœniculi.

β) Temperantia Nitrosa, & in effero motu anodyna correcta.

γ) Tandem tonica, e. g. Mixtura Tonico-Nervina Stahlii, essent. millefol. castor.

2) *Externe.*

α) *Regimen* leniter diapnoicum.

β) *Spiritus nervinus* ex Essent. Castorei, spiritu serpilli, camphora & essent. anodyna.

γ) *Linimentum* e pinguedine cati sylvestris cum oleis carminativis.

5. *Præservative* in colica hæmorrhoidali & hysterica commendantur

a) Venz sectio æquinoctialis in pede.

b) Evacuationum sanguinis debaritarum promotio, e. g. mensium per infusa laxantia aperitiva, item, si ex usu sit, hæmorrhoidum per hirudines.

c) Causarum præcatarrharum evitatio.

d) In specie alvi legitimus ubique successus.

VIII. CAUSE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Colica humorosa a reliqua puse spasmodica omni circumspectione in cura distinguenda est: causæ enim uti prorsus diversæ sunt, ita horum affectuum confusio majora damna causatur; ubi autem complicantur, & unum malum alterum generat, e. g. quando a colica spasmodica inducitur biliosa, ibi methodus lenissima quam maxime commendata esse debet.

2. *Carminativa* nunquam concedantur, antequam viz per clysteres vel laxantia sint referatæ. Tunc autem locum habent in colica *stultenta*; minime vero in *spasmodica*, ubi orgasmum & dolores eo notabilius augent, quo magis calida existunt.

3. Si usquam alibi, certe in colica *clysteres* maximum usum habent, hisce enim solis univèrsum sæpe malum solvitur: hinc non le-

- ve subest incommodum, si patientes eosdem admittere recu-
sent; quo ædioso casu tanto frequentius temperantia Nitrosa
cum cinnabarinis exhibenda sunt.
4. Quoniam colica, etiam hæmorrhoidalis, in intestinis inferiori-
bus, *colo* nempe & *recto*, potissimum refidet, medicamenta, per
os exhibita, effectum suum admodum tarde exferunt, interea
patientis vires prosternuntur; *clysteres* autem ad locum affectum
proxime accedunt, intestina emolliunt, lentos humores flu-
xiles reddunt, & acrimoniam illorum abstergunt.
 5. Clysteres autem aliquoties repetendi, & tres vel quatuor intra
4. 6-8. horas injiciendi sunt, si nempe colica continet, &
præcipue, si prioribus *scæces* saltem crassiores educit fuerint.
 6. *Priores* magis sint absterfivi, acriusculi, salini, *posteriores* vero magis
emollientes.
 7. *Viselli ovarum* commode clysteribus adduntur, habent enim in-
dolem saponariam resolvendo & abstergendo pingua, submu-
cida.
 8. De *semine* autem *lini* exigua saltem portio addatur, nam valde mu-
cidam reddit consistentiam humorum.
 9. Si *Clyster* substiterit, simplex aqua calida cum manipulo salis in-
jecta priorem educit.
 10. In colica pure hæmorrhoidali *alvus* ita subinde adstricta est, ut
intestinum instrumento clysterico tenaciter resistat.
 11. Ex adverso testantur historix, quod injecti clysteres, ob mo-
tum peristalticum inversum, sæpe per os egressi sint, aut intro-
lerabilibus cardialgiis ac molestis ructibus patientem exercent;
quo casu simplex aquosus clyster cum multo sale, uti jam su-
perius dictum, usum præstat.
 12. Alvo per clysteres soluta, viribus constantibus, & præsentem in
primis viis saburra, ex habitu corporis vel prægressa mala dix-
ta judicanda, *purgans* aliquod mediocri bono cum successu pot-
est propinari. v.g.
 13. In Colica hæmorrhoidali, irritis omnibus, auxilio tandem fuit
Vena scellio in pede, vel si & hæc spem frustrata sit, *hirudinum*
applicatio ad loca hæmorrhoidalia in paroxyfimo operæ preti-
um fecit; quæ tamen alias meliori effectu ad prophylaxin
usurpantur.

14. Imo uti ſœminis torminoſi tales affectus vehementiores & frequentiores, quam viris, contingunt, ob manifeſtum excretionis menſtruz cum motu hæmorrhoidum conſenſum, ita & in illis *Veneſectioes*, in pedibus inſtitutz, maximum proſecto & præſentiſſimum, imo mirificum habent uſum, quz proinde magnopere commendantur, tanto magis ſi inſignis plethora, tæctus, vel metus vomitus cruenti adſint: conjunctis Nitroſis & ſpecificis e millefolio &c.
15. Ad ipſarum autem hæmorrhoidum provocationem in colica tali hæmorrhoidali nullus adeo in præſens habeatur reſpectus, motus enim ſunt erronei, ad finem non pertingentes, in futurum autem, ne colica illa recrudescat, illis conſulatur. Conferantur quz num. 13. de hirudinum applicatione diximus.
16. *Pulveres Nitroſi*, ſi vomitus ſupervenerint, efficaciam exſerunt præſentiſſimam; ſuccurrit etiam *Nitrum* alvi expeditioni, ſi ad drachmas totas detur, per ſe tamen non producit diarrhœas, ſed tum demum, ſi Natura onerata ſit, & talia profluvia utiliter intendat: hinc diarrhœz tales, ſi materia moleſta excreta fuerit, per ſe deſinunt, licet Nitri doſes repetantur.
17. Hodierni in colica communiter ſeſtinant ad *Opiata*, ſed revera non ſecura ſunt: ſi enim, alvo nondum liberata, neque cauſa continente educta, adhibeantur, vires magis debilitantur, materia ſpiffior redditur, dolores, quos breviffime ſuſpendunt, majore atrocità recurunt, colica in primis ſpaſmodica in habitum tranſmigrat, vel *Pareſis* aut ſpaſmus fixus, imo præceptus mors ſuccedit. Pareſis talis tractatur ad methodum affectuum paralyticorum, & ſpaſmus fixus, uti arthritici morbi.
18. Vix etiam *Opiatorum* uſus, dextre adhibitus, eſt neceſſarius; alvo enim ſoluta & cauſa continente educta, dolores ut plerimum ſponte ceſſant. Si vero, evacuatione, ante omnia bilis, prius inſtituta, uſus illorum e re videatur, doſes parciffimæ exhibeantur.
19. Præcipue autem ab *Opio* abſtinendum, ſi veſtigia febrilia præſto ſint cum doloribus, & ita impendentis ſtaſeos inflammatoriz juſta ſuſpicio fovenda videatur, aliàs partes Narcoti tali ſtupefactæ ad motus Naturæ utiles ineptæ redduntur.
20. *Caſtoreum* uſu interno anguſtias præcordiorum & nauſeam producit,

- capitulum sub*
hileis
 ducit, externe autem pro odore utilius adhibetur, uti & *Aff*
farida, item *corium incensum*, quibus *fœminæ* excitantur, si sus-
 focationes hysterice superveniant.
- Theriac*
valis jun
in bilio
in hileis
et respic
 21. *Regimen* diaphoreticum sine alvi solutione, & materiz crassæ
 subductione in colica spasmodica inducit Paresin, in biliosa bi-
 lem in artus diffundit, in cæteris speciebus auget anxietates;
 lenis autem diaphoresis usum suum præstat.
22. *Specifica* multa quidem laudantur, sed optandum, ut effectum
 secure præstent.
23. In fœminis operæ pretium subinde fecit euporiston illud, nempe
folia betule quatuor vel quinque pulverisata, & cum calido ve-
 hiculo propinata: subadstringente & simul nonnihil aroma-
 tica, & tonum roborandi efficacia profunt.
24. Chamomilla, specificè laudata, non quidem rejicienda, pro
 absoluto tamen remedio non extollenda est. *Vid. Simon Pauli.*
25. Tanquam specifica porro laudantur
 - Cortices aurantium in substantia, vel melius in essentia.
 - Mentha. *in oia & in oia*
 - Tanacetum, cujus odor solus nonnullos restituit.
 - Caro lupi in colica hysterica.
 - Millefolium certissimum motuum hypochondriacorum sedati-
 vum.
 - Tubuli tabacophilorum, oleo tincti, quid valeant, experi-
 mentandum.
 - Radix Cynoglossæ intra horam undecimam & duodecimam
 meridianam effossa, & in substantia mediante spiritu arden-
 te exhibita, specifica virtute etiam pollere dicitur. *circu*
20/22
2/22
26. Radix *gentiana vera* non contemnenda est in affectibus hisce,
 diarrhœas etiam contumaces, in primis insignibus torminibus
 non adeo stipatas, efficaciter tollit.
27. Dolores fœminarum torminosi, ex inordinato assumptorum usu
 interdum satis acriter excitati, per aliquot cochlearia Vini Hi-
 spanici seu Canariensis generosi egregie tolluntur. *in oia*
menth. et
28. *Potus*, quantum tolerari potest, *calidus* insignis subinde in pã-
 roxysmo est efficaciz; *frigidus* autem malum exasperat, & fa-
 cile spasmos versus superiora invitare solet, cum vehemente
 vomitus conatu.

29. Colica *nephritica*, uti ad hæmorrhoidalem etiam referri debet, ita easdem cum hac exposcit cautelas & observationes.
30. Ad spasticam stricturem in intestinis relaxandam, *Pediluvia* & *Acalda Manuluvia* efficaciter inserviunt.

TABULA LXXXVI.
DE
PASSIONE ILIACA,
SEU
MISERERE MEI.

I. DEFINITIO.

Passio iliaca est acutissima species colicæ, variis diris symptomatibus stipata. Derivatur ab intestino *ileo*, quia hoc potissimum occupat.

II. DIFFERENTIA.

1. In hoc malo tres observantur species, secundum causas differentes.

a) Passio iliaca *convolutionis*, in qua situs intestini intra se ipsum mutatus est, cum duplicatura sui, quam Sylvius, & Pey-erius tractatu de glandulis intestinalibus, describunt. Hæc species dicitur *volvulus*, *convolvulus*, die *Verschleungung der Gedärme*.

b) Passio iliaca *herniosa*, in qua intestina, fœcibus vel flatulentia repleta, ita incarcerationata sunt, ut ægre in naturalem sui ordinem reponi possint.

c) Passio iliaca *obstructionis*, ubi saltem pertinax alvi constructio hoc malum fovet. De singulis sub causis plura.

2. Passio iliaca differt a *Colica*

a) ut species a genere.

b) *Gradu* dolorum, quo colicam longe superat.

c) *Loco affecto*: hic enim intestinum *ileon*, sed non solum, ve-

rum etiam reliqua tenuia, in colica autem intestina crassa potissimum infestantur.

d) *Prognosi*: longe enim periculosius est hoc malum quam simplex colica.

III. SIGNA.

1. Dolores atrocissimi, lancinantes, & per transversum umbilici scindentes.
2. Insignes anxietates & cardialgiz cum ructuum frequente emissione.
3. Internaz phlogoses & febriles anxiz commotiones.
4. Occlusio alvi diuturna, nec clysteribus facile referanda.
5. Quo magis hoc malum pravelescit, eo magis conatus vomendi, imo actualis vomitus accedit, per quem postea ipsz fæces alvinz projiciuntur, cum variis motibus anxiz, hypothymicis, convulsivis.
6. Tandem, nisi artis auxilium concurrat, inflammationem intestini ilei excipit sphacelus, qui quidem dolores repente solvit, sudores autem frigidos & mortem instantaneam adfert.

IV. SUBJECTA.

Passio iliaca est rarus admodum affectus, & sine discrimine sexus atque ætatis in illa subjecta cadit, quæ causis subsequen- tibus obnoxia evadunt.

V. CAUSÆ.

1. Causa passionis iliacz interna est
 - a) vel intestinorum convolutio, cum succedente stasi inflammatoria.
 - b) Vel hernia incarcerata; ubi intestinum, fæcibus vel flatibus refertum, prolapsum, nec facile reponi potest, ob tumorem, qui accedere solet, inflammatorium: unde contumax alvi obstructio exoritur.
 - c) Vel pertinacissima alvi constrictio, ex abusu præcipue adstringentium inducta.
2. Causæ externa & occasionales observantur
 - a) Vehementes corporis concussiones, currendo, saltando, equitando, tussiendo, sternutando.
 - b) Gestationes onerum graviorum cum renisu fortiore.
 - c) Cibi crudi, fumo indurati, flatulenti, & potus fermentescentes,

d) Ver-

d) Vermes, præcipue necati & non statim expulsi.

VI. PROGNOSIS.

1. Passio iliaca est malum in genere admodum periculosum & calamitosum, quod vel per ipsius denominationem, *miserere mei*, Auctores exprimere voluerunt.
2. In casu, ubi ex intestinorum convoluzione & distorsione malum exortum est, minima spes vitæ affulget.
3. Sic etiam passio iliaca ex hernia incarcerata sæpe fit lethalis, præcipue si qualiscunque plethora concurrat.
4. Melioris spei illa est passio, quæ ab induratis scybalis & pertinaci alvi obstructione fovetur; modo tempestive artis auxilium accedat.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. In convoluzione & distorsione indicantur

a) *Explicatio intestinorum* & reductio in situm suum naturalem; quod autem negotium facilius mente concipitur, quam actu obtinetur. Commendantur in hunc finem varia artificia, e. g.

1) Deglutitio globulorum aliquot plumbeorum, antimoniatorum, &c. ut pondere penetrent, intestina explicent, & alvum ita aperiant.

2) Haustus Mercurii vivi ad integram libram, præmissis aliquot uncis olei amygdalarum dulcium, & subjuncto celeriore corporis motu, sive cursitando, sive equitando, sive curru vehementius vehendo.

3) Applicatio follis ad osificium ani; sed quia intestinum rectum ita constrictum observatur, ut fistulam clysteris zgre admittat, multo difficilius crassius hoc instrumentum poterit applicari.

4) Novum illud inventum, nempe clyisma e fumo tabaci, quid in hoc affectu præstet, experientia relinquitur.

b) *Discussio inflammationis*: in hunc finem commendantur

1) *Internæ* Nitrosa, cinnabarina.

2) *Externæ*.

a) Spiritus vini camphoratus, crocatus, linteis duplicatis abdomini applicandus.

β) Sacculi e discutientibus & carminativis cum camphora parati.

γ) Ve-

γ) Vena sectio, si insignis plethora adsit, tempestiva.

2. In *herna incarcerata* indicantur

a) *Repositio intestini* prolapsi: in quem finem laudantur

1) Supinus corporis situs. *nitro. f. l. u. m. i. l. g.*

2) Fetus e carminativis & emollientibus, e. g. herbis malvæ, violar. althææ, summitat. origani, serpilli, floribus chamomillæ, sambuci, seminibus anisi, fœniculi, fœnugræci, psyllii, cum lacte coquendis.

3) Absente tumore inflammatorio decocta talia in forma cataplasmatum applicari, vel per spongiam, decocto calido imbutam, hernia foveri potest.

b) *Præclusio inflammationis*; qui scopus per Nitrosa, item potiones temperantes & diapnoicas obtinetur.

c) *Alvi solutio*, quæ facta intestini repositione, per clysteres emollientes tentanda est.

3. In *Scybalorum induratione* indicantur

a) *Interne*: Nitrosa, cinnabarina, potiones temperantes & diapnoicæ, ad inflammationem præcavendam, vel jam præsentem discutendam.

b) *Externæ* ad eundem finem & præcipue alvum expediendam commendantur

1) *Clysteres* lubricantes cum Nitro, & gr. II. III. camphoræ.

Species emollientes superius jam descripsimus; conf. etiam Tabula præcedens de Colica, ubi plura de clysteribus legenda sunt. His pro stimulo denique addatur sapo Venetus, ubique sufficiens oleum, & præsentem inflammatione, album græcum.

2) *Suppositoria* acria

3) Spiritus vini camphoratus vel emplastrum saponatum Barbette, abdomini applicanda.

4) *Illinitio* abdominis cum pinguedine anserina, aut omenti animalis castrati, sed absente inflammatione.

5) *Sacculi* calidi e carminativis & discutientibus cum camphora.

6) *Vena sectio* in statu plethorico.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Clysteres* utramque hic faciunt paginam, præstant enim exempla, in quibus nuda aqua calida, cum Drachmis VI. VIII. salis injecta, motum peristalticum deorsum revocavit. *Item* 2. Ca-

2. Cavendum autem, ne mel ipsis adjiciatur: presente enim inflammatione promovet suppurationem.
3. Præterea faciunt clysteres in hoc pertinaci malo, quod possunt, rarius autem, quod desideratur.
4. In casu herniæ incarceratæ caveatur ab audace illo conamine chirurgorum imperitorum, qui, presente licet tumore inflammatorio, ad operationem incisoriæ audacter festinant.
5. Caveant sibi ejusdem patientes in posterum a causis occasionalibus, superius memoratis, potus semper sit sufficiens, motus corporis placidus.
6. Ad præcavendam talem pertinacem obstructionem sequens pilularum formula, præservandi scopo ad grana 3-5, subinde sumenda, a D. D. Stahllo commendatur.
 Recip. Aloës rosat. part. II.
 Extract. panchymagog. Crollii part. I.
 Limatur. Martis præparat. part. semis M. f. M. P.
7. Sydenhami methodus, quid in illo malo, quod ab obstructione alvi post abusum præcipue adstringentium in febribus &c. fovetur, valeat, experimentandum est. Trademus illam sequentibus:
 - a) Præscribemat mane & vesperi Scrupulum I. salis absinthii.
 - b) Per diem autem singulis horis, imo sæpius, aliquot cochlearia de aqua menthæ crispæ exhibebat.
 - c) Externe canem juniorem abdomini imponebat.
 - d) Sedatis doloribus & motibus vomendi, pilul. Coch. cum vehiculo dictæ aquæ propinabat.
 - e) Sub ipso pilularum purgante effectu, imo per plures adhuc dies, eandem aquam usurpandam commendabat.
 - f) Tenuem admodum, durante affectu, dietam, vix jusculum ad satietatem patienti concedens, & ubique calorem, mediante panno duplicato conservandum, injungebat,

TABULA LXXXVII.

DE

CARDIALGIA.

I. DEFINITIO.

Cardialgia est dolor ventriculi spasmodicus, circa superius ejusdem orificium pręcipue sensibilis: qua constrictione Principium agens mucida in illo contenta eliminare, flatulenta dissi-
pare, vel sanguinem circa eundem congestum discutere aut ex-
primere intendit. Derivatur a καρδία, cor, & ἀλγέω, doleo,
quia circa scrobiculum cordis dolor inprimis sentitur.

II. DIFFERENTIA.

1. Differt cardialgia ab *anorexia*, seu *inappetentia*, quę magis chro-
nicum malum, quod sensu dolorifico non ita manifestum est.
2. Cardialgia est vel
 - a) *Idiopathica*, quę etiam *nauseosa* dicitur, & a primarum viarum
cruditatibus, ad quas etiam vermes referendi sunt, depen-
det; vel
 - b) *Symptomatica*, quę a translatione sanguinis menstrui vel hę-
morrhoidalis originem ducit.
3. Cardialgia differt etiam *gradu*, quo symptomatica idiopathicam
facile superat, in illa enim viscera cum vena portę annexa simul
afficiuntur: summus gradus est Cardialgia *syncoptica*, quę a to-
tius mesenterii spasmodica constrictione dependet.
4. Hęc distinguenda venit a suffocatione illa, in cardialgia idiopa-
thica magis obviente, da Die Patienten ohne respiration hinlie-
gen: hęc enim a consensuali diaphragmatis & pericardii affe-
ctione producitur.

III. SIGNA.

1. Pressiones & tensiones circa scrobiculum cordis.
2. Angustię, imo anxietates pręcordiorum.
3. Ut plurimum accedit nausea, & non raro actualis vomitus.
4. Quo magis status verminosus concurrit, e copiosius saliva in os
effunditur, in profundis faucibus mucus ita sentitur, ac si fru-
stum aliquod frigidum ibi hæreat.
5. Ca-

5. Calor & frigus sæpius alternant, cum sudoribus anxiiis, frigidis.
6. Jejuno ventriculo hæc pathemata augentur, post pastum autem notabiliter mitescunt.
7. Ruçtus, quando erumpunt, levamen patienti adferre observantur.
8. Commotiones sanguinis circa Venam Portæ, ubi in causis sunt, ibi febricula aliqua accedere solet.

IV. SUBJECTA.

1. Cardialgia familiariter occurrit in valetudinariis subjectis, quæ sæburra primarum viarum laborant.
2. Specialiter in hypochondriacis, qui communiter sunt flatulenti.
3. Maxime omnium in sæminis hysteriis, vitio mensium obnoxiiis.
4. Infantes etiam, præsentibus vermibus, ab hoc malo infestantur.

V. CAUSÆ.

1. *Causa materialis cardialgiæ idiopathice est*
 - a) vel flatulentia, hypochondriacis & hysteriis præ aliis familiaris.
 - b) vel viscosa muciditas, aut alia sæburra in primis viis, quod etiam vermes referendi sunt.
2. *Causa materialis cardialgiæ symptomaticæ est motus sanguinis five menstrui five hæmorrhoidalis retenti, cujus causa antecedens nonnunquam est neglectio evacuationum sanguinis artificialium adfuetarum.*
3. *Causa formalis est reciproca laxatio & strictura toni in ventriculo, intestinis, & reliquis partibus, quæ in consensum trahuntur: tonus enim quando relaxatur, flatus expanduntur, & sic partes relaxatæ ab iis distenduntur; strictura autem toni, si deinde his partibus distensis inducatur, tam sensibilem, ob consensum præcipue systematis nervorum, excitat dolorem, ut patientes sæpe suffocativis vel syncopiticis affectibus corripiantur, es drehet sich alles bey ihnen um / wird grün und schwarz vor ihren Augen / bis sie gar dahin sinken.*
4. *Causæ præcatartica & occasionales sunt:*
 - a) Obstructiones alvi & flatuum retentiones.
 - b) Ventriculi refrigerationes, præcipue in sensibilibus subjectis.
 - c) Cibi crassi, dyspepti, non bene masticati, vel nimiam quantitate assumti, aut mutati in molliorem, delicatam dietam.
 - d) Animi tacita exandescencia inter pastum,

VI. PROGNOISIS.

1. Cardialgia in principio non adeo fonticus est affectus, successu autem temporis lipothymiam, præcipue in fœminis, solet causare, unde metuendum, ne congestio sanguinis, ibi facta, in statim inflammatoriam, transeat.
2. Cardialgia symptomatica, seu a motibus sanguinis excitata, difficilioris est restitutionis, quam idiopathica: facile enim in habitum degenerat: vel affectus plane convulsivos inducit, præsertim quando calida remedia, sub prætextu ventriculi roborandi, offeruntur.
3. Imo præstant exempla, quod Vomitoria, hypochondriacis cardialgicis propinata, deliria & maniam instantaneam produxerint. *Sem convulses epilepsias*

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Cardialgia idiopathice.

a) Ad materiam corrigendam & præparandam exhibeantur digestiva, resolventia, abstergentia & incidentia, e. g.

1) *Salina*: tartarus tartarifatus, vitriolatus, arcanum duplicatum &c. versus partem præcipue exhibenda.

2) *Aromatica* acriuscula, inter quæ primas tenet piper, utpote cruditates viscosas egregie resolvens.

3) *Radices* acriusculæ: ari, pimpinellæ albæ, &c. *raph. ma.*

4) *Vinum* calefactum aromatifatum, quod non solum facit, sed ipsum etiam subit summas in primis viis alterationes, & promptam fermentationem creat.

5) *Sinapi*, commendante Paracelso; fermentationem cito promovet, & omne viscidum in ventriculo resolvit.

6) Ad præparantia interdum etiam pertinent absorbentia, ut materiam nimis tenacem reddant pulpofam & volubilem.

b) His præmissis, si patiens melius non habeat, & nihil contraindicet, ad materiam præparatam evacuationem *tartarus emeticus* ad grana II-III, cum tartaro tartarifato exhibeatur.

c) Ubi autem *vermes* in causis sunt, ibi, præmissis digestivis amaris, *vermes* enecantibus, Mercurius dulcis cum stimulo colocyinthiaco ad evacuationem propinetur.

d) Post vomitorium subjungatur lene quoddam *anodynum*, quod viscus affectum quietum iterum reddat; pro quo scopo

Sydenham aliquid theriacz versus noctem propinare commendat.

e) Denique ad tonum ventriculi roborandum subsequenter diebus exhibeantur *Martialia*, e. g. Crocus Martis aperitivus sub initium gran. II, deinde gran. III, item Tinct. Martis aperitiva Ludovici, quæ meliorem adhuc habet effectum, & ob gratum saporem præ aliis laudari meretur.

f) His martialibus interponantur, aut jungantur, *stomachica amara*, e. g. Essent. absinth. centaur. min. gentianæ rubræ, quæ ad tonum restituendum efficacissima, item Essent. pimpinell. alb. helen. Zedoar. galang. Caff. Caryophyll. conservando ubique alvi legitimum successum.

2. *Cardialgiz symptomaticæ, & synopticæ.*

a) In hac, loco calidorum, exhibeantur temperantia Nitrosa, cinnabarina, cum sale quodam digestivo & guttula olei cinnamomi vel Caryophyllorum: tales enim pulveres in angustiis præcordiorum utrique sexui efficacissime eveniunt.

b) His subinde interponantur lenia laxantia, e. g. Pilulæ Stahlianæ, status egregie discutientes & effectum simul roborantem exerentes, item Beccherianæ, Sylvianæ, tartaræ Quercetani, Infusa e resolventibus, abstergentibus & laxantibus parata.

c) Ad tonum roborandum propinentur vel superius laudata, vel Mixtura tonico-nervinae Tinctura alcalica & Spiritu quodam volatili parata, specificæ essentia millefolii cum essent. alexipharm. remixta.

d) Ad præservandum Venæ sectiones æquinoctiales commendentur, & evacuationes sanguinis naturales respiciantur.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.


1. *Digestiva salina* pure magis succurrunt *materia* in ventriculo hærenti, minus autem ipsi ventriculo.

2. *Aromatica* vero non solum materiam reddunt fluidiorem, sed & tonum ventriculi roborant: hinc (absente æstu febrili) optime conveniunt; quando autem in commotionibus febrilibus offeruntur, quæ in *cardialgia symptomatica* non raro accedunt, effectum sensibilibus exasperant.

3. Vulgare illud remedium, dextre adhibitum, in *cardialgia idiopathi-*

pathica non rejiciendum est, quando nempe plebeji grana 15-20. piperis, vel sola, vel cum spiritu vini, deglutiunt & quietam continentiam servant: ventriculus enim per illud simplex non solum corrigitur, sed & levis sudor excitatur.

4. *Essentia* aromatum longe utiliores hic sunt, quam *olea* illorum: hæc enim ventriculum saltem stimulant, fermentationem autem minime promovent.
5. *Sal vitrioli* illud habet incommodum, ut diu in ventriculo hæreat, & hinc omnis spasmus ex aliis partibus eo convogetur; in hoc autem affectu talia emetica eligere præstat, quæ satis cito vomitum excitant, qualia sunt septica, ventriculum corrodentia, quæ substantia latius in sale vitrioli extensa est, & hinc non statim effectum exserit.
6. E vegetabilibus *asarum*, vel illius extractum, adhiberi potest. Conf. Coberus, qui in observationibus suis, lectu dignis, illud commendat.
7. Ad vomitoria minime festinandum est, convenit potius, salia digestiva versus partem exhibere, & expectare, an illa sola non sufficiant ad totum negotium expediendum, & vomitum spontaneum excitandum.
8. Maxime omnium evitandum est error ille gravissimus, satis communis, ubi in cardialgia symptomata, nempe passionibus hypochondriacis & hysteris vomitoria præscribuntur: hæc enim ratione delirium, imo maniam induci observatum est.
9. Sic etiam *carminativa*, olea destillata & alia calida stomachica in sanguinis hæc commotionibus evitanda sunt.
10. Caveant sibi patientes cardialgici in posterum a causis occasionalibus, superius descriptis.



TABVLA LXXXVIII.
DE
TENESMO
ET
PROCIDENTIA ANI.

I. **D**EFINITIO.

Tenesmus est continuus, ut plurimum vacuus, desidendi conatus, interdum cum aliquali, interdum cum insigni intumescencia ani conjunctus. Derivatur a τένω tendo, hinc τενεσμός nisus.

II. **D**IFFERENTIA.

Tenesmus est affectus mere symptomaticus, & non aliter differt, quam secundum diversas causas & morbos primarios, cum quibus complicatus est.

III. **S**IGNA.

1. Titillatio, pruritus molestus, serpiginosus, in orificio ani.
2. Urens sensatio ad comprimendum & exprimendum.
3. Continuus ad desidendum quidem conatus, nulla autem, nisi pulposo-mucosa, pauca excretio.
4. Intestini recti sæpe procidentia.

IV. **S**UBJECTA.

Tenesmus familiaris est

1. Hæmorrhoidariis, quando scilicet hæmorrhoides non legitime succedunt, motus tamen adsunt ad easdem promovendas.
2. Qui materiam valde acrem, biliosam, per alvum diu rejiciunt.
3. Non raro calculo vesicæ laborantibus.
4. Fœminis gravidis, quando uterus intestino recto fortiter incumbit, unde irritatio ad desidendum, & compressio venarum hæmorrhoidalium, in hoc intestino currentium, cum tumore exoritur.

Procidentia autem ani evenit

1. Omnibus modo dictis subjæctis.
2. Communiter infantibus ob acres diarrhœas & inconditos clamores.
3. II.

3. Illis personis, quæ magnâ difficultate fæces alvinas siccas depouunt.

4. Quæ paralyfi sphincteris ani laborant, etiam hanc molestiam, licet non statim, sed successu temporis incurrunt.

V. CAUSÆ.

1. Tenesmi.

a) Causæ interne.

1) Fluxus alvi biliosus vel alius acris materiz.

2) Negotium hæmorrhoidale, non legitime succedens.

3) Ascarides, intestinum rectum familiariter obsidentes, & stimulantés.

4) Calculus vesicæ non raro tenesmum causatur: unde partium connexio apparet.

5) Pondus uteri in gravidis, intestinum rectum comprimens.

b) Causæ externe.

1) Resinæ purgantium assumptorum, præcipue pars resinosa aloës & hellebori nigri.

2) Equitatio diuturna.

3) Charta ad abstersionem ani usurpata, cui piper, Zingiber, vel alia acria caustica, e. g. alumen, vitriolum, interfuerunt.

2. Procidencia ani.

a) Hæc dependet ab iisdem in genere causis, quæ tenesmum inducunt.

b) In specie vero a relaxatione tunicæ nervæ & glandulosæ intestini recti, per crebriores alvi fluxiones &c. producta: nam tota tunica fibrosa externa non prolabitur (utpote tenacibus plane ligamentis spinæ dorsii undique firmissime annexa) sed tantum interna nervea & glandulosa.

c) Cui rei specialissime adnumeranda est paralytica sphincteris ani relaxatio, quamquam paralyfin hujus musculi non statim, sed successu demum temporis procidencia ani sequatur.

VI. PROGNOISIS.

1. Singultus, tenesmo superveniens, periculosus est.

2. Hippocrates aphorism. 27. sect. VII. dicit: mulieri in utero genti tenesmus superveniens, abortire facit.

3. Pro-

3. Procidentia ani est affectus revera molestissimus, inprimis si diutius continuet, quod per totos interdum dies contingit.
4. Imo si intestinum inflatur, & refrigerat, metus est inflammatio nis, gangrænz, sphaceli, mortis.
5. Si vero recte tractetur, & non nimis crebro jam facta sit, procidentia talis facile adhuc restituitur.
6. Concurrente causa paralytica sphincteris vesicæ, plus difficultatis subest.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. *Tenesmi.*

- a) Quoniam tenesmus pure symptomaticus est affectus, ante omnia morbus primarius respiciatur.
- b) Hinc in causa ascaridum, anthelmintica & externe clysteres, ex herbatanaceti, radice graminis, summit. absinthii, myrrha, parati, exhibeantur: his enim enecatis & expulsis, symptoma sponte cessat. *Conf. Tab. de vermibus.*
- c) Præsentem calculo vesicæ hic tractetur secundum methodum, Tabula de calculo commendatam.
- d) In fluxu bilioso, acri, dysenterico, motibus hæmorrhoidalibus & statu graviditatis, sequente modo medicatio instituat, nempe ad materiam acrem obtundendam & evacuandam, atque motus spasticos demulcendos exhibeantur
 - 1) *Interne* Nitrosa, absorbentia, cinnabarina; item emulsiones, gelatinæ, cremor hordei excorticati, gummi arabic. tragacanth.

2) *Externe.*

- a) Clysteres e lacte pingui, herbis emollientibus, seminibus carminativis, oleo quodam, e. g. amygdal. dulc. lilior. alb. papav. flor. verbasci, cum vitello ovi subacto, pauco saccharo, parati.
- β) Vapor terebinthinæ, semen carminativorum, e. g. anethi, parti affectæ admissus.
- γ) Fetus calidi e floribus & herbis carminativis, flor. chamomillæ, verbasci, imo e foliis avenæ excorticatæ decocto, cataplasmatibus instar applicato; cui exterius instilletur oleum chamomillæ, lini, lilior. alborum.
- δ) Ante omnia externus calor, tanto magis si cum tormi-

B.

Thur. may.

Hyperici.

nibus & dejectione acri conjunctus sit tenesmus, commendetur.

Quo etiam casu non leve præstat levamen, vas aqua calida repletum supponere.

§) Unguentum e mucilagine cydoniorum, oleo verbasci & vitello ovorum paratum.

2. Procidencie ani.

a) Repositio intestini recti quantocyus promoveatur per

1) situm, ut patiens antrorsum pronus ponatur.

2) Modestam repressioem mediantibus digitis, oleo prius inunctis, e. g. ol. verbasci.

3) Spongiam seu linteum oleis decoctis adstringent. & carminativo-nervinis imbutum, & xgro jacenti suppositum.

4) Asperzionem pollinis mastichis & momenti aluminis. *Seorsum*
 5) Sacculum, v. g. ex avena excorticata in aqua foliorum quercus ad molliculam consistentiam cocta, cui parum aluminis inspergitur, ut patiens tali sacco calido infideat.

6) Aquam tenellorum foliorum quercus calefactam, & aqua rosarum remixtam.

b) Quam diu intestinum prolapsum adhuc hæret, blando calore diligentissime foveatur, ne cum frigore periculum accedat.

c) Inflammatio si concurrere videatur, hujus legitima discussio prius tentetur, e. g. per epithema ex herbis scordii, salviz, flor. chamomill. rosar. sambuci, vino coctis, & deinde procidencie cura subjungatur.

d) Quando sphincter paralyti enervatus est, post repositionem affectus ad methodum Tabula de paralyti commendatam tractetur, & intestini detentio per subligacula promoveatur. Est affectus communiter incurabilis.

VIII. CAUÏLÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. In tenesmo hæmorrhoidali & bilioso caveant sibi patientes ab *aloeticis*, e. g. pilulis Francosurtenfibus, elixire proprietatis.

2. Tenesmum gravidarum nil nisi partus exclusio tollit, mitigatur tamen per medicationem sub methodo commendatam.

3. Lac ad clysteres fit recens, non acescens.

4. Absterfio ani per folia verbasci bonam potius opinionem fovet, quam aliquem effectum producit.

§, Si

5. Si colica, non tamen biliosa, cum tenesmo concurrat, clysteri aliquid salis, ad mucum abstergendum, adjiciatur.
6. In actis N. C. dec. II. ann. I. mentio fit exempli, quod, intestinum rectum ad integræ ulnæ longitudinem prolapsum fuerit; sed hoc fidem fere superat: tota enim hujus intestini longitudo vix ad dimidiam ulnam accedit.
7. Pulveres leniter *adstringentes*, quando ad promovendam intestini repositionem adhibentur, debent esse tenerrimi, ne tunicis adhzrendo tenesmum magis augeant aut de novo invitent, e. g. pulvis gallar. tormentill. bistortæ.
8. Sic etiam cavendum, ne *adstringentes* pulveres, e. g. aluminis, nimis constringant, & hac ratione ad excretionem magis stimulent.
9. Flores *verbasci*, si æstui solis in vitro exponantur, aut massa pannaria illud vitrum involutum in clibanum reponatur, fatiscunt in brunnum liquamen, quod, levissime evaporando, in consistentiam unguenti redactum, egregium est nervinum traumaticum, balsamicum, consolidativum, & hinc in causa hujus affectus paralytica egregie conducit.
10. Hartmannus pulverem de *Scarabæis equinis* ad procidentiam intestini recti mirum in modum extollit. De *Ligaculis* vid. Sculteti armamentarium & Paræus in scriptis medicis.

o lachry, q
lyonenti
Gna.

opercula
linacum
cruda tha
P. f. y. p.
Lupis in
nais obstru
alvi Heger
M. Liquan
Verbas

Brain
wajday



TABVLA LXXXIX.
DE
SODA.

I. DEFINITIO.

Soda est ardor ventriculi molestus, circa œsophagum præcipue sensibilis: modo a causis internis, modo ab externis inductus.

II. DIFFERENTIA.

1. Soda, uti hodie accipitur, distinguenda venit a Soda Antiquorum,
Eeee 2 rum,

rum, qui per hanc vocem specialem dolentem ardorem capitis denotare solent.

2. Soda differt secundum causas, quæ differentia in praxi confert utilitatem.

III. SIGNA.

1. Conqueruntur patientes de molesto sensu in ventriculo, præcipue circa œsophagum.
2. Quem sensum, num verius per ardoris, an vero per frigoris denominationem exprimere debeant, nesciunt: alii enim dicunt: es brenne/ alii: es fâlte; sed nota est antiqua loquendi ratio, quod frigus adurat, & revera frigus ardorem quendam inducit.
3. Cum hoc sensu concurrat dolor quidam ventriculi molestus, pressorius, tensivus. *ind. rodens.*
4. Uti & levis constrictio per œsophagum usque ad fauces ascendens,
5. Cum intercurrente momentanea nausea, salivæ in os effusione, & tentamine vomibundo.

IV. SUBJECTA.

1. Evenit hic affectus sanguineis, sanguineo-melancholicis, sanguineo-cholericis.
2. Quæ causis occasionalibus, inferius nominatis, exponuntur.
3. Quæ commotionibus sanguinis sæpius exposita sunt.

V. CAUSÆ.

Producitur hic affectus a causis

1. Modo *internis*; quales sunt
 - a) congestiones sanguinis versus ventriculum & intestina.
 - b) Biliofa saburra in primis viis.
 - c) Motus fibrillarum subtilissime tremulus, qui multum etiam ad sensum talem contribuit.
2. Modo *externis*; hæc sunt:
 - a) Pinguia assumta, præcipue si potus frigidus mox ingeratur.
 - b) Calida aromata, quæ sanguinem exagitant, irritationis sensum inducunt, & cum facultatis nimiam fermentationem causant; quæ fermentatio tanto acrior emergit, quo magis biliofa saburra conspirat.
 - c) Refrigeratio ventriculi.
 - d) Elixiria calida sub prætextu stomachi debilitati propinata.

~~Sulphuræ fixæ præparat. ab æthiopia nigra.~~
 e) Potus fœculenti, acida edulia. *ebrietas x vino largiter hausto.*

7. Recentiores ab acrimonia acida volatili hunc affectum deducunt.

VI. PROGNOSIS.

1. Magnæ quidem considerationis non est hic affectus, in consuetudinem tamen abiens multas molestias inducit.

7. Quando autem incongruis remediis tractatur, pejora incommoda succedunt. *Conf. Cautela.*

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

Si aliquid exhibendum esse videatur, usu veniant

1. Alcalica fixa cum Sale quodam volatili combinata, e. g. Mixtura tonico nervina Stahlî e Tinctura Antimonii vel tartari & spiritu volatili C. C. ana remixta, quæ Tinctura ardorem ventriculi egregie corrigit.

2. Vel alcalica fixa sola, e. g. oleum tartari, per deliquium, ad guttas X. XV. XX, item Tincturæ modo dictæ alcalicæ, de quibus, quo minus vel magis causticæ sunt, eo plures vel pauciores guttæ propinentur.

3. Qui affectum habent a sanguinis commotione, iis lenia acida & Nitrosa conveniunt, imo etiam spiritus vitrioli, salis &c.

4. Biliofa saburra potissimum peccante Nitrosa cum absorbentibus marinis locum habent.

5. Omnibus egregie conducit potus calidus, e. g. Théé, Coffée.

6. Qui pertinaciter & frequenter hoc affectu laborant, & manifesto sunt plethorici, his Venæ sectiones & vomitoria, verno & autumnali tempore dextre exhibenda, proderunt.

VIII. CAUSÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Recentiores, quoniam in sola acrimonia acida causam hujus affectus collocant, ad absorbentia terrea unice confugiunt.

2. Præcipue autem *creta* in scenam vocatur, quæ, quando cum aciditate fermentescente in ventriculo remiscetur, insigniter adstringit, & comprimit crassiores ventriculi fibrillas: unde patientes cardialgias graviore, obstipationes viscerum, anorexiam, & sæminæ vitium mensium incurrun.

3. Sunt, qui loco cretæ *farinam laterum* usurpant, quæ tamen, quia per se jam adstringens est, multo magis hac efficacia prædita erit, si cum acido concurrat.

potus vin in o affues miz. r. r. r. r.
panum
alberu
causticæ
induram
per hinc deliq
cas.
pan' Sa. Sauch
Spec
Ziaced
myrsicht.
7. 7. chel. op
med. magis
Sauch. 95.
2. 3. 3. cuss. in

- 4 Idem detrimentum adferunt alia adstringentia, e. g. folia quercus, pulvis gallarum &c.
5. Qui, neglecta debita dixta, solis medicamentis hunc affectum adgrediuntur, nihil obtinent, sed potius ex abusu medicamentorum hypochondriaco spleneticos affectus incurrunt.
6. Sunt quibus prodest haustus spiritus vini, nempe iis, qui a pinguibus assumtis hoc malum invitarunt.



TABULA XC.

DE

OBSTRUCTIONE ALVI.

I. DEFINITIO.

Obstructio alvi est fecum alvinarum ultra tempus consuetum retentio, a causa modo activa, modo passiva, originem ducens.

II. DIFFERENTIA.

1. Obstructio alvi est

a) vel *idiopathica*, ubi nulli alii morbi concurrunt;

b) vel *symptomatica*, quando alvi obstructio aliis morbis accedit, e. g. febribus, congestionibus.

2. Obstructio alvi, quæ a causa *activa* dependet, bene distinguenda venit ab illa, quæ magis *passive* contingit: illa enim adstrictio potius, quam obstructio dicenda est. *Vid. Cause.*

III. SIGNA.

1. Retentio fecum alvinarum ultra 24. horas.

2. Temulenta & vertiginosa capitis afflictio.

3. Congestiones circa caput dolorificæ.

4. Flatuum incommoda.

5. Pressiones circa ventriculum.

6. Angustia & anxietates circa præcordia.

IV. SUBJECTA.

Ad obstructionem alvi præ aliis proclives sunt homines

1. Otiosi, sedentarii, speculabundi.
2. Qui ebullitionibus sanguinis obnoxii sunt.
3. Sicciores, temperamenti cholericici & melancholicici.
4. Specialiter hypochondriaci, nephritici, podagrivi, & alii arthritici.
5. Plurimi eorum, qui febribus acutis corripiuntur.
6. κακὸς ὄμαχος.

V. CAUSÆ.

1. Causa obstructionis alvi in genere duplex est, nempe vel *activa*, vel *passiva*
2. *Activam* causam vocamus stricturam illam, quæ in quam plurimis morbis intestino recto a Natura inducitur, e. g. in malo hypochondriaco, nephritide, calculo, & in omnibus fere congestionibus sanguinis versus partes corporis superiores.
3. *Passivam* autem causam dicimus, quando obstructio alvi a febrilitate quadam Naturæ, & defectu motus peristaltici dependet; unde scybala facile indurantur.
4. Causæ occasionales, quæ ad hanc scybalorum indurationem contribuunt, sunt sequentes:
 - a) Neglectus illius temporis & levioris stimuli, quo natura alvum deponere consuevit.
 - b) Exæstiuatio corporis & largi sudores.
 - c) Potus insufficiens, fæculentus, & vita otiosa.
 - d) Cibi crudi, dyspepti, ficciores.

VI. PROGNOSIS.

1. Obstructio alvi multa parit incommoda, imo subinde pericula: præter enim symptomata, quæ sub *signis* allegata sunt, sequentia adhuc pathemata conspirant.
2. In cholericis, biliosis, ob biliosæ saburræ retentionem facile accedunt colica, ardores, phlogosæ.
3. Scybala indurata, quando venulas intestinorum comprimunt, & hac ratione liberum sanguinis in illis profluxum sufflamant, inflammationem circa hæc loca causantur periculosam.
4. Obstructio alvi cum aliis morbis complicata, hos vix non omnes exacerbatur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. In obstructione alvi *idiopathica*.

a) Hæc,

- a) Hæc, præcipue in habitum deducta, quam difficulter in ordinem naturalem redigi soleat, certissimè tamen *motu* & *potu* superatur;
- b) *Motu* quidem non violento (qui potius obstructionem auget) sed placido, continuo, successivo: hoc enim remedio totus intestinorum naturalis restituitur.
- c) *Potu* autem sufficiente, diluto, bene defæcato; qua ratione scybalorum induratio impeditur.
- d) Non exiguum etiam ad alvum expediendam confert momentum, certo & determinato quotidie tempore huic excretioni indulgere & paululum ei insistere: hoc enim incommodo per aliquot septimanas superato, Naturam obsequi observabitur, & temporis jactura largiter resarciatur, testantibus pluribus exemplis, quorum habitualis obstructio hoc modo feliciter sublata est.
- e) Sic etiam usum aliquem præstat, panem exiguum, butyro largiter illitum, prandio & cœnz paululum præmittere.
- f) Tempore vernali & autumnali usu veniant congruæ purgationes.
- g) Urgente autem affectu clysteres magis conducunt, quam internalaxantia, nisi sint benignissima & tamen satis efficacia; ad quorum censum pertinent pilulæ Stahlianæ, Bacherianæ, item Martiales, e. g.
Recip. aloës rosat. drachm. II.

*quantitate nigri
dos. angustur.*

extract. panchymag. Crollii drachm. I.
Limatur. Martis drachm. semis M. f. l. a. pilul. dof.
2. In adstrictione alvi *symptomatica*. (gr. 4-6.)

- a) In hac primarius quidem morbus respiciendus est, quoniam tamen alvus adstricta illum communiter exacerbatur, excreta autem eundem notabiliter consolatur, excretio illa dextre promovenda est.
- b) Hinc in morbis chronicis, e. g. malo hypochondriaco, congestionibus circa caput &c. eadem valeant consilia, quæ ad idiopathicam obstructionem dedimus, habito tamen ubique respectu ad primarium affectum.
- c) In acutis autem sufficiens saltem potus, Clysteres, & sine hæsitatione, pilulæ Stahlianæ locum habeant, *vid. Cautela.*

VIII. CAUSELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Segnities alvi habitualis quando occurrit, semper inquirendum est, num incommoda, sub *signis & prognosi* descripta, sint *conjuncta* *simplicia*: his enim absentibus, non opus est medicatione.
2. Occurrunt enim ejusmodi exempla, licet satis rara, ubi alvus per 3-6. dies ordinarie clausa est, nec tamen incommoda inde sentiunt; imo notum est, quod individua quædam, licet ordinarium & sufficientem cibum assumerint, alvum tamen intraduas, tres vel quatuor septimanas semel tantum habuerint apertam, bona de reliquo sanitate gaudentia.
3. Duo illa remedia, nempe *motus & potus*, non debent separari: solus enim *potus* peristalticum motum in primis viis adhuc magis relaxat, & sic in causa saltem activa, nec in hac ubique, sufficit; solus autem *motus* humidum in intestinis magis dissipat, unde scybalâ induratur.
4. A *motu* nemo deterreatur, qui, minus illi adsuetus, sub initium majorem potius adstrictionem, quam alvi solutionem ab illo experitur: placida enim illius continuatio meliora ostendet.
5. *Aqua calida*, sive Coffee, sive Thée, sive alio conveniente vegetabili imprægnata, eximium hic habet usum; cavendo saltem, ne nimis sit saturata, alias Coffee, præsertim deficiente motu, tremorem artuum inducit, Thée autem nimis adstringente efficacia operatur.
6. Siccitatem alvi, præcipue vero veram illius adstrictionem, acrioribus *purgantibus* oppugnare, plurima mala producit.
7. Imo *laxantia* leniora improbantur: & hæc enim & acriora purgantia familiariter majorem adstrictionem inducunt; ad minimum, dum causa per illa non tollitur, malum inde non mitescit.
8. Tanto magis autem laxantia, *nimis frequenter* exhibita, damnum inferunt: succedit enim tanta Naturæ segnities, ut sua sponte tandem alvum plane non solvat, unde affectus facile colici, imo iliaci, vel, quo magis aloëtica adhibita sunt, splenetico-hypochondriaci, melancholici, arthritico-spastici inducuntur.
9. In *symptomatica* obstipatione sollicite inquirendum est, num morbus primarius alvi solutionem artificialem toleret: sunt enim febres quædam acutz, in quibus hujus excretionis promotio non sine vitæ periculo suscipitur, e. g. Variolæ, morbilli, purpura rubra & alba.

TABULA XCI.
DE
FLATULENTIA.

I. **DEFINITIO.**

Flatulentia est promta, insolentior & copiosa generatio flatuum, tanquam substantiæ halituoso-elasticæ, ad æream indolem accedentis, e resolutis humiditatibus in abdomine originem ducentis, & variis diris symptomatibus stipata.

II. **DIFFERENTIA.**

1. Non agimus hic de flatibus *vesicæ & uteri* (qui, licet rarius, vere tamen interdum contingunt) sed de iis, qui in intestinis generantur.
2. Neque de illis flatibus, (qui ex hisce, in rarioribus exemplis, ipsam abdominis cavitatem occupant, & in ingentem molem illud distendunt) dicemus, (nam de illa *stataria* flatulentia Tabula de hydropè actum est) sed de simplice illa flatulentia, quæ, uti in intestinis gignitur, ita & in illis retinetur.
3. Hæc flatulentia est
 - a) vel *torpida & stupida*, quæ exiguum, imo subinde plane nullum sensum molestum infert, & phlegmaticis est familiaris.
 - b) Vel *impetuosa*, quæ, ob leves etiam occasiones, vehementes contentiones, & sensibiles dolores excitat; cui sanguinei, de cholericis vel melancholicis temperamento participantibus, obnoxii sunt.
4. Porro flatulentia differt ratione *causarum*:
 - a) alia enim dependet a simplici i ntestinorum *atonia*, seu languido torpore, ubi flatu, citra insignem torminosum sensum, progrediuntur, sive *sursum*, & tum *ruclus* vocantur, sive *deorsum*, quo casu *flatuum* nomen retinet.
 - b) Alia originem ducit a *lentore tenaci*, motus peristaltici finem frustrante: hic modo spasticæ stricturæ, modo reciprocarum flaccidarum toni remissiones occurrunt.
 - c) Alia a turbulenta *sanguinis* circa Venam Portæ *commotione* ortum sumit,

fumit, ob connexionem, quam hujus venæ ramificationes cum intestinis habent.

III. SIGNA.

1. Strepitus volutatorii & borborygmi per intestina sentiuntur;
2. Interdum autem, loco hujus volutationis, pertinaces quasi stases affligunt.
3. Utrinque tensiones & contentiones sese manifestant.
4. Ex harum contumacia oriuntur dolores, modo volutatorii & tortiles, modo tensivi ac rupturam veluti minantes.
5. Quo manifestius commotiones sanguinis conspirant, eo magis de pressione in sinistro latere, ventriculo, & præcipue cardialgia, imo universis mali hypochondriaci symptomatibus conquærantur.
6. Obstructio alvi ubique communiter hunc affectum comitatur & fovet,
7. Angustia circa pectus & anxietates familiariter concurrunt,
8. Quo magis cruditates primarum viarum ad flatum occasionem dederunt, eo magis vertiginosa & stupido-gravativa capitis pathemata sentiuntur; in causa vero commotionis sanguinis circa venam Portæ dolores veri & acuti observantur.
9. Tandem expansi illi vapores vel iterum subsident, & condensantur, seu in corpus arctius, fluidum tamen, coalescunt; quod in malo mitiore, imprimis a refrigeratione exorto, item ubi flatus in superioribus intestinis adhuc oberrant, familiariter contingit: vel, potissimum in graviore malo, sursum aut deorsum erumpunt.

IV. SVBJECTA.

1. Flatulentia non omnes promiscue homines ita obnoxii sunt, ut auxilium medicum requiratur, sed potissimum *phlegmatici*, quorum corporis habitus mollior ad toni relaxationem maxime dispositus est; qui verò crassioris & robustæ sunt texturæ, ab incommodo flatulentia, licet non ab omnibus flatibus, satis sunt alieni.
2. Phlegmaticos sequuntur *sanguinei*.
3. Cholericus quidem & melancholicus conjici quidem etiam possunt in flatulentiam, sed non directe, verum per accidentales causas, e. g. quando a morbo quodam debilitati sunt.

4. Qui ad mutationem frigoris & caloris admodum sensibiles sunt.
5. Hinc fœminæ præ viris huic malo subjacent, non promiscue tamen, sed præcipue quæ mensium vel lochiorum ataxias experiuntur, item viduæ, minus castæ, & puerperæ, male tractatæ.
6. In virili sexu eminent hypochondriaci: omnes enim tales sunt flatulenti: deinde sequentibus annis hæmorrhoidarii, nephritici, ischiadici, podagrici, herniosi. *sem addephagi.*

V. CAUSÆ.

1. Primaria causa generationis flatuum est relaxatio motus peristaltici, non totalis per universum intestinorum tractum, sed saltem partialis, hinc illinc, modo in hac, modo in alia regione.
2. Hæc relaxata, flaccida, intestini portio spatium concedit substantiæ halituosæ, ut pro indole sua elastica sese expandere & flaccidam illam portionem distendere queat; quod sine tali relaxatione fieri non posset.
3. Has flatulentas distensiones, a relaxatione dependentes, Natura *activè* iterum propulsare adgreditur, quod facit tum expulsiōe, tum contentiōibus tonico-spasticis.
4. Et sic in una parte relaxatio, seu defectus motus tonici, & distensionis auctor, occurrit; ab hac autem distensione majore in altera parte intensio tonico-spastica, tanquam motus peristaltici excessus & antipræxia adversus defectum excitatur, ad partem distentam in ordinem naturalem reducendam.
5. In commotione sanguinis circa Venam Portæ eadem remissio & contractio contingit.
6. Pro materiali causa flatulentis accusantur
 - a) res, quæ mucida & tenaci consistentia, intestinis adhærescendo, molestiam faciunt, e. g.
 - 1) Oleracea sacci crassioris.
 - 2) Leguminosa: pisa, fabæ. *Centes. Oxymeliat.*
 - 3) Pisces marini ficcati. *casus, cas, et alia.*
 - 4) Pingua. præcipue caro ovilla, item pultacea, accedente utrinque mox frigido potu.
 - b) Materis ad fermentationem promptæ, quæ ipso fermentationis actu elasticos tales vapores efformant. Tales sunt:
 - 1) Potus fœculentus, e. g. cerevisia sive nimis recens, sive do-lio sere evacuato hauriatur, *vaporositas*
 - 2) Fa-

1) Farinacea triticea, mediantibus his sczibus fermentata, in sensibilibus pzecipue subjectis.

3) Dulcia e fructibus succulentis horzis & ipso inprimis melle; quz quidem non immediate flatus generant, sed fermentatione sua prius producunt acrimoniam, intestina stimulantem, a quo stimulo uno loco constrictio excitatur, altero autem flaccida toni remissio inducitur.

c) Ad hunc causz materialis censum etiam referuntur corporis refrigerationes, alvi ficcitas, cui nisus tonicus accedit.

d) Conferantur etiam, quz de causis sub differentia dicta sunt.

VI. PROGNOSIS.

1. Flatulentia fonticum sane est malum, & in otiosis, pzecipue fzminis, bonam partem vitz facit molestam.

2. Quo magis in habitum deducta est flatulentia, eo certius accedunt dolores colici, cardialgici, anxietates, suffocationes.

3. Et hoc malum consuetudinale, quia nullam, neque materiz, neque effectus, neque causarum, habet proportionem, sed a solis erroneis motibus fovetur, per nudam directam medicationem spem sui tollendi non admittit.

4. Flatuum voluntaria cohibicio majora adhuc mala, pzecipue in sanguineis, iisque plethoricis, inducit, nempe tormina non solum spastica, sed etiam syncopes vel vibrationes convulsivas; & hoc in non rarioribus exemplis contingit: quz phznomena szpe deludunt causarum speculatores, qui ab acutissimis salibus scorbuticis, & insigni sanguinis dyscrasia originem eorum diducere conantur.

5. Libera autem flatuum emissio consuetudinem, facile insolescentem, inducit.

6. *Ructus*, seu *anotericus flatus*, quando supprimuntur, non solum cardialgias, verum etiam incommoda vertiginosa, apoplexiz metum incutientia, producant. *qd familiariter accidit Hypochondriacis*

7. Tandem suppressio flatuum habitualium tumores, indurationes abdominis, tympanitem, hecticam inducit.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Ante omnia consideretur, num flatulentia simpliciter & magis directe in ipsis intestinis sedem suam habeat, an vero consensualiter saltem oboriatur; uti hoc in motibus hypochondriacis,

hystericis, hæmorrhoidalibus, nephriticis, item in reliquis abortuum & puerperiorum vitis, sæpe contingit.

2. Posterioribus casibus primarii affectus respiciantur, & secundum methodum, suo loco commendatam, tractentur.

3. Directa autem & magis simplex flatulentia sequente methodo tractetur.

a) Alvi legitimus successus ubique conservetur, hac enim clausa, flatulentia facile invalescit. Ad hunc finem obtinendum commendantur

1) Clysteres lenitivi, tonici, stimulantés, subinde repetendi; quibus, præter sal commune, etiam ^{alio} Centaur. min. pro stimulo addi potest.

2) Laxantia leniora, non tam laxandi, quam primario tonum ventriculi roborandi scopo exhibenda: quo nomine Pilulæ Stahlianæ egregie se gerunt, virtute enim balsamica ventriculum roborant, & tam ad universum flatulentiz negotium, quam ad exacerbationes in specie, optimo effectu adhibentur.

b) His interponantur & subjungantur Salia digestiva media cum Nitro & pauca cinnabari; qui pulveres ad cruditates mucoideas & ipsius ventriculi incommodas sensationes plus sanè præstant, quam ingens farrago calidorum carminativorum & nervinorum.

-c) Tandem Tonica exhibeantur, e. g.

1) Essent. gentianæ rubræ & pimpinellæ albæ, vel illius extractum.

2) Composita ex aromatibus, e. g. Essent. carminativa Wedelii.

3) Essent. corticum aurantiorum, millefolii, abfinthii composita.

4) Spiritus Nitri dulcis, item spiritus salis tartari, & salia volatilialia urinosa aromatizata.


5) Externe emplastra stomachica circa scrobiculum cordis, e. g. emplastr. matricale ceratum, item balsama stomachica ex oleis nucis moschatæ, anethi, carvi, fœniculi, chamomillæ, destillatis, cum oleis expressis lauri, irini, nam sola destillata nimis volatilia sunt, & acredine sua cutim facile lædunt.

VIII. CAUSE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Carminativa*, in hoc affectu satis decantata, prudentissime adhibenda sunt: quando enim commotiones sanguinis circa Venam Portæ flatulentiam fovent, calida illa insigne damnum adferunt.
2. Ante omnia fugiatur infaustum illud conamen, in hypochondriaco hysterico-cardialgicis flatulentis pathematibus *Vomitorium* propinare: anoterica enim flatulentia inde provocatur, quæ tormina exquisita, tensiones colico-iliacas, respirationis angustiam, vertiginem ad scotomiam usque, tinnitum & susurrum aurium, inseparabiles habet comites, donec tandem ructuum nomine erumpentes levamen aliquod adferant.
3. Ad flatuum *anoticorum* felicem extirpationem non sufficit provocatio & derivatio ad inferiora, sed necesse est, ut tonus intestinorum restituatur.
4. Hinc *Laxantia*, quatenus tonum magis relaxant, plus ad flatus fovendos, quam illos tollendos conferunt, quidquid etiam de rhabarbari efficacia adversus flatulentiam dicatur.
5. Aliter se res habet cum Pilulis balsamicis Stahlian, quæ intestina magis roborant, quam relaxant, & hinc in flatulentia optime conveniunt.
6. De *Aloe* notandum est, quod illius grana 2-3. speciali promptitudine & facili successu alvi excretionem provocent: hinc si extractum imperator. vel helen. vel, ubi præsto est, pimpinell. alb. cum paucioribus illis granis combinetur, flatulentia plurimum succurrit. In phlegmaticis pilulæ tales una vel altera gutta olei carvi, aut, quibus non est nausea, anisi imbui possunt.
7. Præterea etiam hoc habet *Aloe*, ut circa inferiora magis exerat Laxationem stimulatoriam: unde hæmorrhoides diuturno illius usu sæpius provocantur.
8. In qualibet ventriculi & intestinorum flatulentia usus *corticum aurantium* bene se commendat, e. g. Essentia ex illis parata, quæ blandam tonicam efficaciam præstat, & amaritie sua ventriculi cruditatibus, tanquam laudabile digestivum & carminativum, succurrit, & præter ea in doloribus post partum, *Medothen* cum syrupo cort. aurant. & de citro mixta, & mediante

ante aqua carminativa Melissæ exhibita, momentaneum auxilium adfert.

9. Flatulentia sursum & deorsum simul non facile datur, ad minimum non ita continua: motus enim peristalticus inversus eodem tempore non potest esse naturalis & ordinatus.
10. Tandem in contumace flatulentia motus corporis sufficiens omnia carminativa & tonica longo intervallo post se relinquit,



TABULA XCII.

DE

APPETITUS DEFECTU,

SEU

ANOREXIA & NAVSEA,

I. DEFINITIO.

1. *Anorexia* est nimia a cibis ^{aversio} abstinenter, modo a ventriculi depravatione, modo ab aliis causis originem ducens. Derivatur ab *α* privat. & *ἀρέγω*, cupio.
2. *Nausea* est plenaria a cibis abstinencia, anorexiam gradu quidem superans, eandem autem cum hac originem ducens,

II. DIFFERENTIA.

Anorexia & Nausea contingunt.

1. vel *idiopathice*, ubi ipse ventriculus est depravatus;
2. vel *symptomatice*, quo casu sive *diuturniores* sunt hi affectus, & morbos chronicos, e. g. tabem, hecticam, ascitem, pectoris vel hypochondriorum constantia pathemata, pro fundamento habent; sive *transitorii* magis sunt, e. g. in febribus, præcipue acutis, quibus feliciter superatis, mox appetitus redit.
3. De Nausea gravidarum suo loco dicitur.

III. SIGNA.

Signa horum affectuum per se satis quidem clara sunt, notari ta-

men meretur, quod in *anorexia* communiter adhuc aliquid, sed sine appetitu, patientes edant, & mox ab ingestis gravitatem in Ventriculo experiantur, in *nausea* vero conatus vomendi facilius accedere soleat.

IV. SUBJECTA.

1. Appetitus prostrationem *idiopathicam* communiter incurrunt homines minus temperantes, & insuper otiosi.
2. Symptomaticam autem appetitus dejectionem omnes illi experiantur, qui morbis, superius nominatis, succumbunt.

V. CAUSÆ.

1. Anorexiæ & Nauseæ *idiopathice*.

a) Cruditates ventriculi mucidæ, acidæ, nidorosæ.

b) Regurgitatio bilis versus ventriculum post animi excandescen-
tiam tacitam, pastu præcipue mox superveniente.

2. Anorexiæ & Nauseæ *symptomaticæ*.

Hujus causa est occupatio Principii vitalis circa laborem quandam
extraordinarium, ad hunc vel illum morbum profligandum;
unde laborem ordinarium concoctionis, & chyli distributionis,
ad tempus prætermittere cogitur.

VI. PROGNOISIS.

1. Prostratio appetitus *idiopathica*, conveniente methodo tractata,
tanto facilius superatur, quanto magis ad locum affectum me-
dicamentis hic concessus est aditus immediatus.
2. *Symptomatica* autem appetitus dejectio prius non tollitur, quam si
morbus primarius fuerit sublatus: hinc quo magis ille perti-
nax, eo pertinacius etiam est vitium appetitus.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA

1. *Idiopathice* appetitus prostrationis.

a) In causa cruditatum mucosarum primo loco exhibeantur di-
gestiva salina, e. g. Tartarus Vitriolatus, Nitrum antimoni-
at. Nitrum vitriolicum Ludovici, &c.

b) Deinde, si nihil contraindicet, Vomitorium præscribatur,
præsertim in subiecto evemeto, & huic excretioni adfueto;
conjuncto laxandi stimulo, ut sursum & deorsum rejician-
tur cruditates; Ubi autem vomitus locum non habet, ibi
per purgantia negotium expediendum est.

c) Post digestiva, & si e re fuerit, evacuationem emetico-cathar-

tharticam, usu veniant Tonica, amarulenta, stomachica.
Hic pr̄ aliis laudantur

1) Radices ari, gentian, rubr, pimpinell, alb, helen, imperator.
caryophylla *7*.

2) Herba centaur, min, card, benedict, absinth. *super fibr* *min*

3) Ex aromaticis Zedoar, galang, piper. *alb*.

4) E martialibus Tinct. Vitrioli Martis Ludovici, crocus martis antimoniatu Stahlii.

d) In causa biliosa ad materiz pr̄parationem exhibeantur Nitrofa & pr̄cipitantia, quibus, in casu adhuc recente, emeticum aliquod subjungere convenit.

e) Quoad diætā in suspecta tenaci mucida cruditate prudens usus piperis pro condiendis cibis non levem locum occupat, in subjectis autem ferolis usus sināp, & Zingib, magis conducit. *Uda moderata in suis apud.*

2. Symptomatica appetitus prostrationis.

a) Seorsim huic affectui subvenire velle, frustraneum est: hinc primarius potius morbus respiciatur, quo sublato, sponte ut plurimum redit appetitus.

b) Quod si tamen, superato licet morbo, appetitus langueret, optimo cum successu Tinctura Vitrioli Martis Ludovici versus pastum exhibetur.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Dolenda sunt ventriculi fata in symptomatica appetitus prostratione: in hoc enim casu non solum ab imperitis plebeis cibi contra intentionem Principii vitalis patienti obruduntur, sed etiam a vulgo Medicorum varia perversa, & primario morbo repugnantia calida medicamina, ad appetitum concitandum, exhibentur.

2. *Centaurium minus* in idiopathica appetitus dejectione pr̄ aliis, ad tonum restituendum, laudatur, e. g. Essentia illius versus pastum exhibenda. Extractum parva etiam dosi laxat: hinc, si grana illius 4-8. cum granis 12. extracti panchymag. Croll. remisceantur, pro constitutione patientis satis bene purgant.

3. Essentia illa *centauris minoris*, per spiritum vitrioli, vel sulphuris per campanam, acidulata, commode quoque per unam vel alteram septimanam adhibetur, si appetitus per febres intermittentes, imo etiam acutas, langueat.

4. Baglivius in omnibus ventriculi affectibus *Hieram picram* admodum commendat.
5. Inter gratiora primum locum habet *vinum* generosum, & remedia ex eo parata, e. g. infusum cum herbis amaris, non quibusvis, sed superius commendatis: non omnia enim amara appetitum provocant.
6. Sanguineis puris acida magis conveniunt, e. g. Mala citri, acetosella, fructus berberum: Sanguineo-phlegmaticis seu melancholicis conducit Elixir proprietatis, circa tempus prandii exhibitum: Phlegmaticis Martialia, sed moderatis dosibus, profunt.
7. Pulvis stomachicus *Birckmanni*, *Quercetani*, & alia usualia nullo modo contemnenda sunt; caveatur modo, ne affectus symptomatiscus cum idiopathico confundatur.
8. De remediis *externis*, ventriculo applicandis, paucis dicere restat, quod raro necessaria sint; ubi tamen omnino desiderantur, ibi emplastrum de crusta panis, de Tacamahaca cum oleo mastichis emollitum, locum habent. Conf. quæ Tabula de Vomitu, item de Cardialgia allegata sunt.



TABVLA XCIII.

DE

APPETITUS EXCESSU.

L. DIFFERENTIA.

Excessus in cibis assumendis differt secundum species.

1. Addephagia dicitur, quando cibi

a) vel nimia quantitate & mensura,

b) vel nimis precipiti ingluvie ingeruntur, quo etiam pertinet

c) *Orexis canina*, der heiß, oder Hund's, Hunger / ubi anxie cibos appetunt patientes, his autem non statim presentibus, li-

pothymicis pathematibus corripiuntur; quibus superatis de appetitu tali nihil magis perferunt.

- Sacrus vid.*
 2. *Pica* seu *Citta* vocatur, quando absurda peculiari desiderio appetunt, e. g. cretam, calcem, carbones &c. *et alia insensata.*
 3. *Malacia* appellatur, ubi peculiariora, sed gratiora, esculenta singulariter patientes desiderant.

II. SIGNA.

Excessum in cibis assumtis ordinarie comitantur

1. Angustia cardialgica & anxietates.
2. Nausea, ructus, & non raro vomitus, vel diarrhoea.
3. Temulenta & vertiginosa capitis afflictio, imo nonnunquam dolores satis vehementes.
4. Gravitas artuum, & languor corporis universalis.
5. In abdomine tormina, borborygmi, pressiones oriuntur, ut patientes conquerantur, *es liege ihnen wie ein Stein im Magen.*
6. Interdum accedunt febres, interdum suffocationes, interdum plane convulsiones.

III. SUBJECTA.

1. Addephagica prae aliis indulgent pusiones, saporem jam distinguere compotes.
2. Foeminae ad *sensum* quidem satis acuta, ad *judicandum* vero hebetiores.
3. Sanguinei & sanguineo-phlegmatici *quantitate* edendi prae aliis peccant; cholericis autem in *modo* cibi assumendi excedunt, nimio & praecipiti impetu ingurgitando; Melancholici prae aliis mediocritatem servant, nisi invidia festinationem persuadeat, vel dapes *aliorum* sumtibus offerantur.
4. Qui ab inedia ad plenam & lautam dietam transferuntur.
5. Qui a vermibus, hypochondriacis affectibus, febribus quartanis, imo ipsa epilepsia, diu obsidentur.
6. *Malacia* communiter evenit gravidis.
7. *Pica* autem non solum gravidas, verum etiam virgines, inordinato fluxu mensium laborantes, vel epilepsiae aut vermibus obnoxias occupat; item febre quartana decumbentes. *utrinus, Scav.*

IV. CAUSAE.

1. Primaria causa inordinati & excedentis appetitus dependet a male fundata aestimatione & opinione saporis grati, ac deinde a consuetudinis incitamento. *Sibi nil denegandi, et 2. Hinc parvi indulgenti. magis sibi. gust. etiam lant.*

2. Hinc ens rationis, perperam ratiocinantis, justius accusatur, quam figura particularum, aut partium textura: quidquid de brutis, ad subruendam hanc sententiam, objiciatur: hæc enim in tali passu melius sane utuntur ratione, quam hominum plerique.
3. Et sicut nuda mentis fictio legitimum appetitum subvertere, & nauseam inducere potest, ita etiam illius excessus a nulla sua causa dependet, quam a voluntate, non sufficienter pensitata, sed primos sensuum motus sequente.
4. In infantibus, quibus cibi ab aliis obtruduntur, subest causa magis passiva; quæ tamen successu temporis fit activa.
5. Causæ illius addephagiz, quæ in modo edendi excedit, sunt magis occasionales, nempe fames diu tolerata, festinatio, saporis delectamentum &c. *veritamentum.*

V. PROGNOSIS.

1. Addephagia toti generi humano ineffabile damnum adfert, & si in defectu ciborum assumendorum semel, in excessu sane decem millies, peccatur.
2. Justissimo itaque titulo potitur abstinentia, quando multorum & magnorum morborum remedium a D. D. Stahllo dissertatione quadam peculiari deprædicatur.
3. Quando post graviores morbos excessus in cibis sumendis committitur, periculum nuper superatum, de novo, & quidem gravius, patientes incurrunt.
4. In ipsis fonticis morbis qualiscunque excessus in pessimum statum devolvit patientes.
5. Historiæ abunde confirmant, quod, qui post diuturnam famem ad satietatem cibum sumserint, repentina morte frequenter fuerint sublati.
6. E pluribus incommodis, quæ addephagia de reliquo sanis hominibus adferre solet, aliqua, sub signis memorata, videantur. Tandem obstructions viscerum, cachexia & atrophia, in infantibus præcipue, inducuntur.
7. De *Pica* Hildanus bene observavit, quod quidam a febre quarta prius restituti non fuerint, quam post perverfi illius appetitus expletionem.
8. Quæ puellæ ante pubertatem *Pica* laborant, illæ succedente mensium

mult. carid. afeula
 sium fluxu communiter ab illa liberantur; quæ vero menses jam expertæ sunt, vel cum inordinato fluxu talem affectum incurrunt, in iis difficulter superatur.

9. Idem sentiendum est, si hoc malum hæreditate transmissum sit.

VI. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Post commissum in cibis excessum mox sufficiens & tenuis potus ad nauseam usque exhibeatur, ut vomitus suscitetur.
2. Vomitus autem si sponte succedere recuset, & tamen noxa magnopere urgeat, per convenientia emetica provocetur, e. g. Recip. Tartar. emetic. gr. II. III.

Arcan. duplicat. gr. X. M. pro dosi.

3. Alvus quando clausa est, lenissime solvatur, nullâ autem ratione stimuletur, ne dolores colico-spastici inducantur.
4. Ad præservandum temperantia in cibis & placidus corporis motus plus possunt, quam omnia stomachica & digestiva.
5. Pica interdum superatur, quando locus ille, ubi callem, cretam &c. abradunt, rebus amaris & adversis illinitur.
6. Quicumque sani in certum aliquem cibum impetuoso appetitu rapiuntur, uti in *orexi canina* seu *bulimo*, *Dshin* Hunger / contingit, illis nausea & quasi vomituritio excitetur; cui scopo inservit extractum tabaci, cibo tali parcius remixtum, & saccharo edulcoratum. *2) 3) 4) 5) 6) 7) 8) 9) 10) 11) 12) 13) 14) 15) 16) 17) 18) 19) 20) 21) 22) 23) 24) 25) 26) 27) 28) 29) 30) 31) 32) 33) 34) 35) 36) 37) 38) 39) 40) 41) 42) 43) 44) 45) 46) 47) 48) 49) 50) 51) 52) 53) 54) 55) 56) 57) 58) 59) 60) 61) 62) 63) 64) 65) 66) 67) 68) 69) 70) 71) 72) 73) 74) 75) 76) 77) 78) 79) 80) 81) 82) 83) 84) 85) 86) 87) 88) 89) 90) 91) 92) 93) 94) 95) 96) 97) 98) 99) 100)*

VII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Cum grano salis accipiendum est proverbium illud: *Spey* Kinder / *gedeyh* Kinder: licet enim infantes largiter edentes, & interdum per vomitum cruditates ventriculi rejicientes, augmentum corporis sumere observentur, certissimum tamen est, quod talis vomitus, nisi nimio ciborum infarctu onerarentur, minime ita successurus esset.
2. Hinc nullo modo imitandum est stolidum illud consilium, quod infantes ad nauseam & vomitum cibo subinde explere commendat; tanto minus, quia vomitus ille, antequam provenit, multas angustias, cardialgias, clamores & languores causatur.
3. Principium vitale quando, post commissum in cibis excessum, vel per vomitum vel per diarrhæam ab onere suo liberare sese intendit, quam maxime cavendum est, ne excretiones tales, quantumcunque notabiles, incongrua arte supprimantur.

TABVLA XCIV.
DE
FOETORE ORIS.

I. CAUSÆ.

Fœtor oris a diversis exoritur causis, quarum præcipuz sunt

1. Scorbutus, in specie Stomacæce.
2. Lues venerea.
3. Ulcus, five simplex, five fistulosum, in pulmonibus; quod in phthisi contingit.
4. Item ulcus oris interni. *semper junctum dinterminus*
5. Caries dentium, vel quæcunque illorum impuritas.
6. Cruditates ventriculi nidorosz, a vitio concoctionis dependentes.
7. In specie atonia circa orificium ventriculi sinistrum, unde vapores ejusmodi fœtidi liberè emergere possunt.

II. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

Pro diversitate causarum, cura quoque diverso modo instituenda est; hinc

1. in Scorbuto respiciatur primarius affectus, quo superato symptoma fœtoris ex ore evanescit.
2. Sic etiam res se habet cum fœtore a lue venerea dependente; singula suo loco quærantur.
3. In causa ulceris pulmonum, fœtor oris eandem cum phthisi & methodum & prognosin designat.
4. Ulceroso-fistulosus in ore status exposcit
 - a) Interne antiveneræ & balsmica temperatiora.
 - b) Externe subsidia chirurgica. *Conf. M. Script. de casibus chirurgicis.*
5. Dentes carie infecti exposcunt evulsionem; conspurcati per pulverem dentifricium & alia subsidia sunt depurandi.
6. Quando ventriculus depravatus fœtorem oris causator, eadem methodus locum habet, quæ Tabula de appetitus defectu commendata est.
7. Ubi in specie sub finem curæ Tonica tanto magis adhibenda sunt, quo magis atonia orificii sinistri suspecta est: laudantur in hunc finem grana mastichæ, 4-6, subinde deglutienda.

III. OBSERVATIO PRACTICA.

Interdum sc̄tor e naribus provenit, quo casu ulcus narium ut plurimum subest, quod eandem cum ulcere oris exposcit medicationem.

videtur
sc̄ana.



TABULA XCV.
DE
SPASMIS IN GENERE.

I. DEFINITIO.

1. Spasmus est rigida tensio & attractio unius vel plurium musculorum, in uno aut altero corporis membro, pr̄cipue vero artubus: unde non solum particularia illa membra, quibus movendis muscoli tales inserviunt, in situ rigido detinentur, sed etiam in musculo, immediate affecto, rigida durities percipitur. Derivatur a *σπᾶν* trahere.
2. Vel brevius: Spasmus est exacerbatio motus tonici ad talem sensibilem gradum, ut patientes acribus plerumque doloribus exerceantur, & pars, immediate affecta, rump̄se quasi videatur.

II. DIFFERENTIA.

1. Spasmus est
 - a) vel *universalis*, qui latius per totum corpus se diffundit, & rarior est;
 - b) vel *particularis*, qui singulares partes, a capite fere ad calcem, occupat, & frequenter occurrit.
2. Ad spasmum *universalem* sequentes species pertinent.
 - a) *Tetanus*, quod universum corpus obrigescit, ut in situ recto immotum jaceat.
 - b) *Emprosthotonus* antrosum incurvat corpus, ut genua capiti adducantur.
 - c) *Opisthotonus* retrorsum inclinat corpus, das̄ man unter dem Rücken hinkriechen k̄nte.

Ita ut nulla pars
sit exempta.

- d) *Catalepsis* univcrsum corpus repente in tali fitu, quo illud prehendit, firmissime obrigesca, ut gestus oris, oculorum, ac membrorum, plane eosdem servet: rarissimus est affectus.
3. Ad spasmos *particulares* pertinent
- a) *Affectus arthritici*, de quibus sequente Tabula in specie agetur.
- b) *Incubus* est thoracis spasmus; videatur Tabula de Incubo.
- c) *Asthma spasticum* seu convulsivum; vid. Tabula de Asthmate convulsivo.
- d) *Spasmus cynicus* est torsio & tractio quzdam oris, sive rictus per plures horas continuans, cum eventu communiter periculossimo; siquidem vel in apoplecticos vel convulsivos exitus, vel utrosque conjunctim, terminatur.
- e) *Risus Sardonicus* a spasmō cynico non differt, nisi quod absolute veluti cum delirio conjungatur; quale quid in *spasmo cynico* observare non contingit.
- f) *Priapismus* denotat gravissimam, & anxio dolore stipatam; membri virilis tensionem, a *Satyriasi* differentem, quz in procaci magis erectione consistit.
- g) In *Colica flatulenta* frequentissime etiam subest pertinax spastica tractio intestini *Coli*.
- h) *Spasmus fixus Paracelsi* hic etiam nominandus est; licet ipsi Auctori nondum adeo *fixus* fuisse videatur: mox enim ad arthriticos & podagricos affectus, mox ad contracturas &c. eundem refert.
4. Spasmus porro dividitur in
- a) *repentinum*, qui musculum celeriter contrahit, & eundem per aliquam moram rigidum servat. Hzc species spasmi vulgo κατ' ἐξοχήν *der Krampff* vocatur; &
- b) *Lentum*, qui iterum duplex est:
- 1) *muscularis* seu *tendinalis*, ubi totus musculus afficitur cum doloribus tensivis & gravativis, ac in contracturas membrorum denique terminatur.
- 2) *Fibrillaris*, qui paucas & singulares saltem fibras in musculo quodam corripit; qualis in omnibus arthriticis affectibus agnoscitur. Hic in totum tandem musculum se expandit, & eo ipso dolorum impetus mitigatur.

5. Affectus tenfivus circa collum, ex incommodo fitu aut decubitu inter dormiendum, ad spasmos etiam numerandus est.

6. Non tantum in externis artubus, sed etiam partibus internis spasmi tales occurrunt, e. g. in œsophago, ventriculo, intestino *color* colo, vesica.

7. *Spasmus* licet plerumque cum *convulsione* confundatur, & ambiguo ac confuso sensu vocabulum hoc latine per convulsionem vertatur, differt tamen ab hac duabus præcipue rationibus.

a) In spasmi rigidum, statarium & immanens quid reperitur, convulsiones autem sunt vagæ, reciproçæ, instabiles, latius vagantes, & gradu vehementiores.

b) Spasmi minoris, convulsiones autem majoris sunt periculi.

III. SIGNA.

Hæc ex iis, quæ sub *definitione* dicta sunt, elucescunt.

IV. SUBJECTA.

Spasmi præ aliis obnoxii sunt homines temperamenti sanguinei, & habitus corporis porosioris.

V. CAUSÆ.

1. *Causa materialis generalior* est abundantia sanguinis in corpore spongioso & vasibus angustis. *Hyperæmiasis et Hyperæmia*

2. *Causa formalis* seu *efficiens* spasmodum est intentio Principii vitalis ad plethoram imminuendam: licet enim spasmi motus sint erronei, non tamen sunt motus irrationales, sed semper propter certum finem instituuntur. *Talus et Spasmi a coit. Subinde subijcto au.*

VI. PROGNOISIS.

1. Spasmi *universales* repentina tali congestione humorum, & stagnatione hinc subsequente, inflammationes internas ut plurimum inducere valent.

2. *Particulares* autem spasmi in convulsiones facile transmigrant.

3. Junioribus si spasmi, simplices etiam, frequentius obveniant, & consuetudine in illis obfirmantur, augeſcente ætate affectus spastico-arthritici expectandi sunt.

4. Senioribus, minus adfuetis, spasmi, fortiter oborientes, apoplexiam, paralyſes, catarrhos suffocativos minantur.

5. Omnes spasmi *particulares* testantur quidem de conatu aliquo Naturæ, sed incompleto, & ad effectum obtinendum, irritato: unde ad majora saltem & graviora mala inducenda capaces existunt.

6. Spa-

6. Spasmi acutis morbis & vulneribus supervenientes sunt omnes periculosi, & propensi ad convulsiones.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

Motibus spasticis occurritur

A. Extra paroxysmum.

1. Per sinceras evacuationes sanguinis, nempe
 - a) Venæ sectiones, justo tempore & quantitate, justo etiam loco, tam parti affectæ, quam ætati patientis respondente, institutas.
 - b) Scarificationes.
 - c) Hirudines, quarum efficacia in spasticis pathematibus, hypochondriacis & podagricis insignis est.
2. Per evacuationes catharticas, ad fordes primarum viarum & aliarum partium eliminandas.
3. Per attenuationem sanguinis spissioris.
4. Cura itaque præservativa sequente modo instituitur.
 - a) Leniores laxationes per aliquot dies præmittantur.
 - b) Deinde Venæ sectio instituitur.
 - c) Postea Essentia quædam Alexipharmaco-diuretica, cum Essentia succini remixta, per octo circiter dies propinetur.
 - d) Conjuncto ubique placido & continuo corporis motu.

B. In paroxysmo.

Hic Cura consistit in ipsius motus medicatione, quæ obtinetur

1. per remedia generaliora, lenientia atque emollientia, vulgo pægorica dicta, e. g.
 - a) Succinum, modeste & sine separatione suæ substantiæ usurpatum, Sal succini volatile, liquorem C. C. succinatum, a superfluo sale urinoso liberatum.
 - b) Vegetabilia acriuscula, quæ anticatarrhalia, nervina & carminativa censentur, e quibus temperata sunt seligenda.
 - c) Emulsiva, diluentia, Nitrosa, Cinnabarina, gelatinosa.
2. Per specifica, quorum multa quidem vulgo recensentur, sed pauca experientia respondent, e. g.
 - a) Annulli antispastici ex ungula alcis, cornu rupicapræ, mercurio coagulato, qui, vere loquendo, nullius usus sunt.
 - b) Idem censendum de annulis ferreis e catena patibuli.
 - c) Dentis hippopotami encomium, e Tabernæ-Montani Hydrogra-

ne sanguinis hæmorrhoidali externa initium sumens, & nullo ibi exitu potita, consuetudine ita insolescens, ut e levissima deinde occasione recurrat. Derivatur a πῆς, pes, & ἀρϕεύω, capio.

H. DIFFERENTIA.

1. Arthritis interdum *generaliter*, & recte quidem, sumitur, & tum sequentes præcipue species sub sese comprehendit,
 - a) *Hemicraniam*; vid. Tabula de Hemicrania.
 - b) *Pleuritidem spuriam*, ubi thorax afficitur.
 - c) *Malum ischiadicum*, quod in coxis affligit.
 - d) *Chiragram*, in qua manus occupantur.
 - e) *Gonagram*, ubi genua patiuntur.
 - f) *Podagram*, in qua pedes infestantur.
2. Interdum autem arthritis *specialiter* ac strictiore sensu accipitur, & sic illos tantum spasticos affectus denotat, qui in *superioribus* corporis partibus obveniunt, & tum cum podagra sub uno genere *spasmi* constituta est, atque ita ab hac sequente ratione differt.
 - a) Arthritis, strictè sumpta, juniores, podagra autem annosiores occupat.
 - b) Arthritis ordine prior est, & ætate accedente, in podagram facile transit.
3. Re ipsa autem omnes affectus arthritici non differunt, nisi quoad loca & tempora; quoad reliquas autem essentielles conditiones & causas generales prorsus conspirant.
4. Arthritis *vera* distinguenda est ab arthritide *vaga, simplice & scorbutica* vulgo dicta, quæ cito ab uno loco in alterum profilit, e. g. e thorace in coxas, & inde in pedes.
5. *Rheumatismus & arthritis* non sunt res maxime diversæ, sed subordinatæ: hinc etiam levior arthritis cum rheumatis denominatione sæpius solet larvari; nempe
 - a) *Rheumatismus* nihil aliud est, quam stagnatio massæ sanguinez circa peculiare corporis regiones, aut plane arctiores ambitus membrorum, a congestione sanguinis copiofiore, ad talem locum specialiter directâ, originem ducens; germani dicunt: umher ziehende Flüsse.
 - b) *Rheumatismus* sedem habet in partibus musculosis, arthritis

autem juncturas partium potissimum occupat.

- c) *Rheumatismus* ordine arthritidem antecedit, & facile in hanc transmigrat.
- d) De reliquo certum est, quod familiaris admodum fit rheumatismi & arthritidis conspiratio, imo complicatio.
6. Longius ab arthritide differunt *congestiones* & commotiones sanguinis *simplices*.
- a) Ratione effectus: nam congestiones non raro ad sanguinis eruptionem perveniunt, arthritici autem affectus nunquam, licet eundem finem respiciant.
- b) Ratione durationis: congestiones enim breviori communitur periodo, arthritici autem affectus longiore circumscribuntur.
- c) Ratione partium affectarum: congestiones partes magis interiores, arthritici autem affectus non solum interiores, sed potissimum etiam exteriores musculosas occupant: illa vasa sanguifera, hi vero fibras musculares sigillatim affligunt.
- d) Ratione eventus: congestiones ad inflammationes vel ulcerationes, arthritici vero affectus ad rigores, contracturas, vel tabidam membrorum extenuationem inclinant.

III. SIGNA.

1. *Hemicrania* signa videantur Tabula de Hemicrania.
2. *Pleuritidis spurie*: hęc Tabula de pleuritide sub differentia tradita sunt.
3. *Adali ischiadici*.
- a) Dolor coxendicum, vehementiā & pertinciā singulari sęviens, maxime intendinibus, circa juncturas desinentibus.
- b) Spasmus ita stringit musculos totius lateris, ut patiens curvus incedere cogatur.
4. *Podagra*.
- a) Pręludit ordinarie conspicua inflatio & infarctus vasorum per crura excurrentium, pręcipue apud illos, qui amplioribus vasis instructi sunt.
- b) Cui jungitur gravativa aliqua totius corporis lassitudo, & tensio per ipsum femur deorsum, cum adspętu pallido partium musculosarum.

c) Cum

- c) Cum hoc languore concursat subinde notabilis horripilatio, imo non raro manifestus febrilis horror;
- d) Cui succedit, imo cum illo concurrit, ætus modo volaticus, modo ardens, ad sitim & impatientiam usque: varians pro temperamentorum diversitate.
- e) Inchoat ordinarie Podagra post mediam noctem, & durat communiter ad horam circiter nonam antemeridianam: deinde usque ad nocturnum illud tempus dolor mitescit, imo interdum plane intermittit.
- f) Quando autem a manifestis prorationibus exoritur, e. g. ira, terrore, tum typum hunc non æque servat, sed eo momento irruit. *paroxysma*
- g) Incipit abhinc dolor in aliis, præcipue phlegmaticis, tantum rensvus, gravativus & pressorius, liberum membri motum impediens, sub conamine autem movendi insigniter pungitivus evadens.
- h) In aliis vibratilis, lancinans & vellicans, ad ejulatum usque, ita ut sub exigua etiam membri motitatione, rupturam illud incurere videatur. Est Galeni κόπος ἐλαώδης, seu dolor contusorius.
- i) Orditur hic dolor in aliis a superioribus partibus deorsum, nempe a coxa ad pollicem pedis, in aliis inverso ordine, videlicet a pollice ad coxam, procedit.
- k) Occupat dolor pedem, non solum strictissime dictum, sed ipsam etiam tibiã, genu, femur: non tantum articulationes harum partium, sed etiam intermedia spatia.
- l) Sæpe numero micat, vibrat, salit, palpitat pars affecta, ac si multæ acus intus vibrarentur, aut pectine ferreo locus carperetur.
- m) Durat hæc afflictio, cum temporaria tamen remissione, per plures septimanas: & quando dolor intermittit, excipit hunc rigor; cui si motus accedat, universus dolor cum ferocia recrudescit.
- n) Sub ipso dolore nullus adest somnus; si vero sub aliquali remissione somnus obrepit, frequentibus pavoribus patientes perculluntur.
- o) Tumor aliquibus erumpit, interdum circa initium, inter-

dum circa finem, sed eidem individuo non singulis paroxysmis.

- p) Primis horum dolorum temporibus nunquam, vel tamen rarissime, sudant, nisi præ anxietate; impetu vero nonnihil languescente, erumpit ad minimum lenis mador, non raro etiam copiosus sudor, præcipue ex affecta parte.
- q) Quibus autem sub ipsis doloribus corpus sudat, illis pars dolens communiter sicca manet.
- r) Appetitus sub vigore mali alii jacet, & ad nauseam vomitibus abundam inclinat: aliis fatis constat.
- f) Prioribus concurrunt syndrome pathematum in abdomine, præcipue in sinistro hypochondrio, colici dolores, alvi siccitas.
- t) Posterioribus magis conspirant dolores lumbares, renales ac nephritici, imo actualis excretio sabuli aut calculorum.
- v) Denique decrescunt dolores, & succedit stupor vel rigor circa partem affectam, sub quo stupore & rigore spasmodica musculorum strictura apparet; cui stricturæ contractura & immobilitas membri, ad quod muscoli pertinent, individuo nexu ordinarie jungitur.
- x) Secessio illa furfuracea in fine non omnibus est familiaris, nec proventus nodorum tophaceorum, nisi in malo admodum inveterato, & habitu pituitoso.
- y) Urina, quo magis dolores vigent, eo magis est rubicunda, valde crassa, rubedine paulisper tenebricosa: sedimentum, crudiore adhuc malo, deponit paucissimum, idque pallidum; profectione autem morbo crassius & submucidum roseum ostendit: lateribus vitri affigit & ad fundum etiam dimittit copiosa granula, instar tartari, aurantii saturatissimi coloris.
- z) Recurrit hic affectus stato fere tempore, maxime autumnali aut hiberno humidior, vel vernali humido-frigido aëre.

IV. SUBJECTA.

1. Hemicrania.

Sunt juvenes & adolescentes. Vid. Tab. de Hemicrania.

2. Pleuritis spuria.

Hanc ordinarie ætas media virilis incurrit.

3. Podagre & Mali ischiadici. His familiariter obnoxii sunt
- a) Sanguinei, Sanguineo-cholericici, Sanguineo-melancholici, imo etiam de phlegmatico temperamento participantes, verbo: qui habitus corporis sunt laxi & spongiosioris.
 - b) Plethorici, floridi, otiosi, dicitur lautus, aromaticus, spirituosus dediti, venere abutentes, iracundi, post otium corpus cito exagitantur, fortiter equitando, vehendo, laborando.
 - c) Ordinarie viri consistentis & provectoris ætatis, prægressa florida, sana juventute.
 - d) Graciles, & capacibus venis instructi, paucissimi hoc affectu laborare inveniuntur, nisi antea spongiosi fuerint, vel hæreditaria subit dispositio.
 - e) Rarius etiam ætas junior, nisi ex eadem hæreditaria labe, vel motibus hæmorrhoidalibus prægressis, cum vini, iræ, Venæ abusu.
 - f) Quidquid de infantibus podagricis circumfertur, ad rarissimos casus pertinet, & laborat incertitudinis suspitione.
 - g) Quibus evacuationes sanguinis naturales suppressæ, vel artificiales consuetæ prætermittuntur sunt.
 - h) Dispositi ad rheumatismum ex apostasi febrili non satis discussa; qui quidem alius etiam habitus, quam spongiosi, esse possunt) & qui e violenta partis læsione, fractura, contusione, longa spongiosa ulceratione, insigni perfrigeratione, venereis gummatibus & viscositatibus in podagram incidunt.
 - i) Fæminæ rarius hoc malo afficiuntur, quæ vero Podagræ obnoxie sunt, sunt plethorice, hæmorrhoidarice, cælibes, & in his semper fere malum ischiadicum præcedit.
 - k) Subjecta capitis amplioris podagræ præ aliis obnoxia esse, vulgo dicuntur; sed quæ hic vera sunt, causa generaliore suffulciuntur, nempe quod, qui corporis spongiosi & diffusi existunt, amplius etiam caput ordinarie habeant.

V. CAUSÆ.

1. Causa materialis omnium affectuum arthriticorum est plethora.
2. Causa formalis seu efficiens dependet a motu sanguinis plethorici per Principium vitale ad certas partes destinato, ut per illas evacuatio obtineatur,

3. Nempe hi motus, licet erronei sint, respiciunt in Hemicrania narium hæmorrhagiam, in pleuritide spuria hæmoptysin, in malo ischiadico, gonagra & podagra, hæmorrhoides externas.
4. *Causæ externæ, occasionales & procatartica* in descriptione *subjectorum* potissimum indicatæ sunt.

VI. PROGNOISIS.

1. Arthritici affectus, qui superiores corporis partes in junioribus subjectis occupant, non tam sæpe & obstinate eandem pertinaciam servant, neque tam diu singulis paroxysmis patientes exagitant, quam podagra & malum ischiadicum; quod ætatis genio maxime adscribendum videtur.
2. Hemicrania enim & pleuritis spuria, augeſcente ætate, vel penitus iterum cessant, vel ad pedes descendunt.
3. Podagra autem ita communiter inſoleſcit, ut vix unquam ab illa in ſolidum iterum liberentur: hinc inveterata mitigari ſaltem, radicibus rariffime extirpari poteſt.
4. Podagra, artificioſiſſe ſuppreſſa vel retropulſa, graviffimos & pertinaces, imò lethales, communiter affectus producit.
5. Vulgi traditio non caret fundamento, quod nempe, qui admodum juniores podagrâ inſeſtentur, non perveniant ad inſignem ætatem; & hoc quidem ob familiarem paſſionum hypochondriacarum complicationem: unde facile retroceſſio ab artubus ad interiora contingit, quæ in ſanguineo-cholericis inflammationes viſcerum, in magis phlegmaticis hydropicos affectus producit.
6. Sic etiam vera deprehenditur altera vulgi obſervatio, quod, qui tardè podagra tententur, ad ſeram uſque ſenectutem vivere ſoleant.
7. Quam diu pavores ſub ſomno adhuc vigent, finis paroxysmi nondum aſeſt.
8. Quo ſenſibilioribus doloribus podagra patientem exercet, eo brevius & perfectius periodum ſuam terminat, eo diutius etiam novus inſultus emanet, ſed eo certius deſinit in ſpasmum, partes rigide trahentem, & in contracturas facile abeuntem.
9. Quo magis in conſuetudinem abeunt hæc pathemata, eo diutius obſident patientem; imò leniores etiam affectus, sæpe recurrentes, in dolores tandem fixiores tranſeunt.

10. In chiragrico - podagrica passione inveterata stabiles tandem contracturæ & rigores horum membrorum eveniunt, nodi etiam circa articulos digitorum.
11. De reliquo contracturæ tales arthritico - podagricæ rariores sunt, nisi gravibus animi pathematibus, dixtâ intemperante vinosa, vel inconditis artificiis inducantur; ad has tamen contracturas referri non debet familiaris illa impotentia partem flectendi sub doloribus, neque rigor ille in declinatione paroxysmi succedens.
12. Imo nodi etiam tophacei infrequentes sunt, nisi in statu, uti numero 10. dictum, inveterato, item post externa refrigerantia, membrorum applicationem ad nifum fortiozem, iram &c.
13. Quo magis vero a paroxysmis remanet insigne vitium sive tumoris, sive torporis, sive rigoris, sive nodosæ duritiei, sive contractæ distortionis, eo promptior fit recursus, aut ad minimum tanto certior, & in univfersum pervicacior.
14. Cholericis - sanguineis a tumoribus pedum liberi sunt, quibus potius strictoria partium extenuatio ad coxendicem usque obringit, ita aliquando, ut de aridura solliciti fiant.
15. Sanguineis eveniunt duri, rubicundi, calidiores interdum; *plegmaticis* vero molles, œdematosi, ubique tamen cum sensu doloris.
16. Assuescunt facile & tandem pertinacius durant ac perennant, sed sine præcipiti periculo, nisi repellantur, vel incongruis remediis hydrops, qui per se non infecutus esset, advocetur.
17. Podagra quando ex artubus sive per adstringentia, sive per ambulationem, vel alia exercitia, solos artus moventia, cito repellitur, succedit ordinarie periculosa turba circa interiora abdominis, nempe
 - a) in junioribus, abundanter plethoricis, & cholericis - sanguineis, dixtâ calidâ utentibus, exoritur inflammatio hepatis, lienis, aut ventriculi, cum febre acuta.
 - b) in mediocriter annosis, mucosis, dixtâ minus calida utentibus, sequitur dejectio appetitus cum subsequente vomitu assumptorum, cui prostratio virium, agrypnia, splenica pathemata, colica tormina, copiosa flatulentia, febris lenta & hæctica mox succedunt.
18. Pauci podagrici dantur, qui non sabulo & calculis, vel admi-

Tumores

- nimum lumbaribus doloribus cum urinæ vitii, aut motibus hæmorrhoidalibus afficiantur; imo præcludunt sæpe pathemata fere nephritica: ubi autem nephritis calculosa complicatur, ibi raro simul hæmorrhoides observantur.
19. Hæmorrhoides autem, legitime & sufficienter fluentes, non solum ischiadicas passiones, sed veram etiam podagram, sine incommodis subsequens, in solidum auferre solent.
 20. Fixi tales spasmi, quo longius a loco excretionis sanguinæ, quam respiciant, distant, eo pertinacius insistent, & medicamenta aspernantur.
 21. Hinc podagra & gonagra longe difficilior, quam malum ischiadicum, eradicantur, dolor etiam ischiadicus circa os sacrum longe promptius mitigatur, quam qui juncturam femoris occupat.
 22. Quo citius medela adhibetur, & quo minus affectus arthritici recrudescere adsueverunt, eo facilius Medico auscultant.
 23. Arthritis *vaga*, *Scorbutica*, quo crudelior & diuturnior, eo magis ruit ad narium efferas hæmorrhagias, hæmoptyses, interdum vomitus cruentos, non raro mictus cruentos, & sæpe numero hæmorrhoides; ubi, quam diu fluit sanguis, dolor cessat, simulatque vero fluxus sistitur, dolor recrudescit.
 24. Exitus podagricorum, juniorum præcipue, est vel a febribus inflammatoriis acutis, vel ab hæcticis æstuosis, vel a paralyfi partium, imo apoplecticis eventibus: Seniores vero magis marasmode, aut hydropico-hæcticis, vel paralytico-apoplecticis affectibus moriuntur.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis.

1. Causa materialis, nempe plethora, est removenda,
 - a) Per *Vena sectiones* conveniente loco & tempore institutas.
 - b) Per applicationem *hirudinum*, ad hæmorrhoides promovendas.
 - c) Per *Scarificationes* in subiectis spongiosis.
2. Cruditates primarum viarum, præcipue biliosæ, utpote motus spasticos insigniter exasperantes, sunt abstergendæ & leniter eliminandæ.
 - a) *Abstergunt* salia digestiva: Arcanum duplicatum, Nitrum antimoniatum, tartarus vitriolatus &c,

b) Eli-

- b) Eliminant lenia laxantia, e. g. potiunculæ rhabarbarinæ sennatæ cum passulis, tartaro solubili, sale Anglicano, liquore terræ foliatæ tartari maritatæ: item vina medicata ex incidentibus, abstergentibus, alexipharmaco. diureticis & purgantibus parata.
3. Orgasmus sanguinis & crasis sulphureo-salina sunt contemperanda, & rigor solidarum partium est demulcendus; quod præstant Nitrosa, absorbentia salina, emulsiva, in spongiosis & robustioribus acida fortiora.
4. Æqualis humorum dispersio est adjuvanda
- a) In cholericis per salia media, potum sufficientem tenuem e decocto C. C. infusa Théë, Coffée, item ex herbis discutientibus chamædrys, dulcamaræ, hyssopi, verbenæ, veronicæ, chærefol. &c.
- b) In aliis temperamentis simul adhiberi possunt alexipharmaca temperata, e. g.
- 1) Essent. alexipharm. Stahlii cum essentia succini remixta.
- 2) Item decocta lignorum & radicum resolventium, e. g. ligni sassafras, radicum sarsaparill, Chinz, pimpinell. alb, bardanz &c.
5. Motuum spastico-dolorificorum vehementia est mitiganda & dissolvenda.
- a) Mitigant: antispasmodica cinnabarina, pulvis lumbricorum terrestrium & anodyna per alexipharmaca correctæ. e. g. Theriaca, Pilulæ Wildegansii genuinæ, M. P. de Cynoglossa.
- b) Dissolvunt:
- 1) Internæ diapnoica & lenia alexipharmaca, modo commendata, in declinatione autem Mixtura Tonico-Nervina Stahlii.
- 2) Externæ:
- α) Spiritus vini camphoratus crocatus.
- β) Spiritus acidus formicarum.
- γ) Spiritus lumbricorum terrestrium, cum prioribus parce remixtus.
- δ) Spiritus Serpilli abstractitius.
- ε) Essentia castorei.
- ζ) Sapo Venetus, spiritu vini solutus.

- 7) Ceratum de galbano matricale.
 8) Emplastrum saponat. Barbette, largiter camphoratum.
 9) *Sacculi odorati ex herbis coronatiis chamzpyt. chamzdr. origan. serpill. floribus verbasci, calendulz, radicibus pimpinellz albz, angelicz, Sigilli Salomonis, feminibus dauci, anisi; vel brevius: e farina avenz, flor. sambuc. croco; adspargendo ubique spiritum vini, vel facculos vino calido immergendo. Ad demum exprimendo*
 x) Cafeus recens cum pelle leporina.
 λ) *Suffitus* præcipue e stœchade citrina, deinde etiam mastiche, olibano, ligno Rhodio, santalo citrino, saffras.
 μ) *Suffimigia vaporosa* e decoctis herbis carminativo-nervinis.
 ν) *Frictiones* cum excutia molli, vel potius pannis calentibus, moderato suffitu imbutis.
 ξ) *Scarificationes* profundz in parte affecta.
 ο) *Motus exercitium intensum, & quæcunque sensum in parte affecta fortiter alterant, e.g. acupunctura Japonensium, moxa Chinenfium, vesicatoria.*

B. *Methodus specialis.*

I. *In paroxysmo.*

- a) Ter vel quater per diem propinetur pulvis quidam antispasticus, e. g.
 Recip. Nitri depurati,
 Tartari vitriolati ana unc. semis.
 Ocul. Cancr. acido citri saturat. Drachm. III.
 Cinnabar. opt. Scrup. IV.
 M. dof. Scrup. I.
 b) Succedente madore subjungantur diapnoica & lenia alexipharmaca, e. g. aquz Scord. Scorzonæ. Plantag. cum antimonio & conch. præparat. mixtz; vel Essent. alexipharm. temperata.
 c) *Externa* simul in subsidium vocentur; ubi inter multa, superius citata, primas tenet spiritus vini camphoratus crocatus, parti dolenti mediante linteo quadruplicato imponendus, & aliquoties per diem repetendus: deinde egregie etiam conducunt emplastrum saponat. Barbette, spiritus serpilli abstractitius.

d) Al-

d) Alvus ut respondeat, clyster emolliens cum momento Nitri injiciatur, & deinde in perpetua libertate conservetur per lenia & commoda cathartica, e. g. pilulas Beccherianas, Stahlianas, Sal Anglicanum, aqua calida solutum, quod simul incidit & discutit. *sem. summiſſum.*

e) Post quatuordecim circiter dies cum modo dictis conjungantur

1) Tinctura Tonicæ - Nervina Stahlii.

2) Massa pilularum de Cynoglossa, cujus gran. I. versus formum pulveri antispasmodico remisceatur.

3) Externe spiritus formicarum.

f) Tandem, superato morbo, ad residuum membrorum rigorem emolliendum exhibeantur

1) Interne Essent. alexipharm. sine regimine continuata,

2) Externe pediluvia alcalina, e cineribus &c.

2. *Extra paroxysmum.*

a) Ante omnia Venæ sectiones circa æquinoctia instituantur.

b) In subjectis spongiosis simul usa veniant menstrua profundæ scarificationes circa novilunium, & quidem in partibus affectis, vel confinibus,

c) Præcipue vero hirudines hæmorrhoidalibus locis applicentur.

d) Singulis anni quadrantibus per congrua laxantia corpus expurgetur, e. g. per infusa sennata, rhabarbarina, & helleborata cum congruis sanguinem depurantibus remixta.

e) Sufficiens dilutus potus & motus corporis consumtorius, tanquam apices totius negotii, ubique inculcentur.

f) Quando vernali vel autumnali tempore paroxysmus recurrit, exhibeatur versus instans tempus decoctum lignorum; subjunctis temperantibus Nitrosis & Tinctura Tonicæ - Nervina.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Omnes excretionum species, leniter promotæ, dolores minuunt, suppressæ vero, vel fortiter intensæ, omnia exacerbant.

2. Hinc quovis modo improbantur

a) *Opiata*: hæc enim, siye particulis viscidis, siye sulphure volatili, valde activo, in humores agant, præter alia damna, contracturas facile relinquunt. In atrociam dolorum correctæ saltem sub prudente usu conceduntur. ¹b) *Mar.*

*pro gran. neg
schleim.
hor. ad
nerv.*


- b) *Martialia, bolaria & alia adstringentia*, quæ excretiones supprimunt, viscera constringunt, & hydropem causantur.
- c) *Salia volatilia*, quæ intempestive & largiter exhibita, viscera constringunt, & simul humores concitant, stupidum rigorem partibus conciliant, & dolorem osteocopon relinquunt.
- d) Maxime *externa adstringentia, refrigerantia saturnina, stupefacientia, sulphurata*: licet enim temporarium levamen adferre soleant, nodos tamen, tophos, imo contracturam inducunt, sæpissime affectum versus interiora retropellunt, & pessima ac funesta illa symptomata causantur, quæ sub *prognosi commemorata sunt*.
- e) *Acria, calida nervina: olea destillata, balsama Indica*, quæ omnia exasperant, ardores intolerabiles, imo inflammationes causantur: nulla enim hic partium debilitas, quæ per talia confortanda esset, sed potius nimia strictura & intensio accusanda est.
- f) *Fortiora purgantia*, in ipso paroxysmo exhibita, per hæc enim motus spastici ad interiores partes, cum vitæ sæpe discrimine, vocantur.
3. De sanguinis ventilationibus, præcipue autem *Vene sectione*, hic idem valet, quod sub hæmorrhagiis prioribus Tabulis sæpius inculcatum est: nempe, vigente jam paroxysmo instituta, morbi pertinaciam non solum frequentius augent, sed & recursum paroxysmorum tanto citius & obstinacius accelerant, ac reliquam medicationem, nisi sanguis de novo ventilatus sit, frustrantur.
4. Quando autem circa prima initia aut in declinatione ventilationes adornantur, tum usum aliquem subinde præstant, præcipue *hirudines*, locis hæmorrhoidalibus numero 4-5 appositæ, vel etiam largæ ac profundæ *Scarificationes* in partibus affectis: qua ratione, mali ischiadici impetus sæpe in totum sublatus est.
5. *Spiritus vini camphoratus crocatus & sacculi sicci* omnibus conducunt temperamentis.
6. *Ceratum de galbano camphoratum*, præmissa statim sub initium *Vene sectione*, in phlegmatico - sanguineis præsentissimum communiter adfert solamen; nisi tamen intra 2-3 horas effectum præstet, auferendum est,

7. *Emplastrum saponatum* Barbette, largiter camphoratum, & per vices impositum, in recentiore malo, inprimis ischiadico, satis efficaxprehenditur.
8. *Suffimigia*, maxime e Stoechade citrina, semper conferunt.
9. Sic etiam *frictiones calide* quamplurimis profunt; qui autem a frigore solamen magis percipiunt, illis *Embrocatio* commendatur.
10. *Spiritus acidus formicarum* sub *methodo* non sine ratione post principia locatus est; quando enim vigente paroxysmo applicatur, dolores potius auget, quam lenit, in declinatione autem adhibitus, rigores artuum emollit, & contracturam præoccupat.
11. Acidularum usus, debito corporis motui conjunctus, robustis spongiosis conceditur, teneris autem & gracilioribus obstructions viscerum, cachexiam, hæcticam &c. inducit.
12. *Pediluvia* quando imminente paroxysmo podagrico usu veniunt, hunc citius & acrius provocant; post plenariam autem dolorum sublationem usus illorum æque ac baincorum tenuium & simplicium commendatur.
13. *Pilule Strabliane*, præcipue illæ, quæ ad tumores specialiter instructæ sunt, in tumore podagrico extra paroxysmum laudantur.
14. Sic etiam ad eundem finem convenit *Squilla* in oxymelle; cujus aciditas, si metuatur, absorbente quodam subigi potest; conjunctis lenibus laxantibus.
15. Malum retrogradum quantocyus a gravioribus progressibus arcendum est; quod obtinetur per pulveres Nitrosos, cinnabarinos, clysteres oleosos, M. P. de Cynoglossa, externe per Ceratum de galbano, cum tantillo euphorbii.
16. Ad eundem scopum conferunt alexipharmaca, sed sine regimine propinata, ne dolores in artus diffundantur.
17. Dolores nephritici cum ischiadicis incipientibus non sunt confundendi, neque diureticorum acrium usu vera nephritis suscitanda est.
18. Quemlibet rheumatismum, sive a febribus male solutis, sive a scabie retropulsa &c. productum, pro podagra interpretari, cavetur.

galban & sassafras

vy. class
St. laing
Jan. 17.

19. Causæ occasionales, nempe dixta lauta, calida, Bacchus, ira, Venus, motus concussorii equitatorii diuturni &c. nisi removeantur, obtenta mitigatio non diu perdurabit.
20. D. D. Srahl allegat exemplum servi alicujus, qui a Domino suo podagricus ocreas dono acceperit, & brevi abhinc tempore podagricus factus sit.
21. Usus *salvationis* in affectibus arthritico contractis frustra a quibusdam laudatur.
22. Caveatur, ne pleuritis spuria, cum qua febricula communiter concurrit, remediis & regiminibus calidis tractetur: facile enim febres inflammatoriz viscerum, præcipue hepatis, inducuntur.
23. Fugiat error communis, qui affectum dorsi spasticum pro nephritico declarat: est enim levior arthritidis species, peculiari nomine nondum designata.



TABULA XCVII.

DE

PALPITATIONE CORDIS.

I. DEFINITIO.

Palpitatio cordis est spastica cordis contractio, per intervalla insultans: quo vehemente, licet erroneo, motu Principium vitale abundantiam sanguinis per sinceram evacuationem imminuere, & simul crasin illius corrigere, intendit.

II. DIFFERENTIA.

1. Palpitatio cordis est

a) vel *idiopathica*, quæ rarius occurrit;

b) vel *symptomatica*, aliis morbofis affectibus superveniens.

2. Palpitatio cordis *vera* distingui debet a nudis fortioribus cordis com:

commotionibus & sanguinis orgasmo ; quæ incommoda a vehementibus prægressis motibus corporis oriuntur.

III. SIGNA.

1. Vehemens pulsatio cordis ad partes solidas thoracis, ita ut a circumstantibus sæpe videri, imo audiri, possit.
2. Præcedunt nonnunquam vel conjuncta sunt :
 - a) Anxietas præcordiorum ad sudorem usque.
 - b) Languor artuum.
 - c) Pallor faciei.
 - d) Respiratio anxia, cardialgica.
 - e) Lipothymia.
3. Adstrictio alvi familiariter complicata est.
4. Flatulentia itidem in abdomine detenta.

IV. SUBJECTA.

1. Hic affectus familiariter evenit plethoricis, speculabundis, & vitæ sedentariæ deditis, *sancti by cubicis occupatis.*
2. Specialiter hypochondriacis, scorbuticis, & hysteris, vitio mensium laborantibus.
3. Qui adsueta sanguinis ventilationes statis temporibus non continuarunt.
4. Qui animi pathematibus, iisque suppressendis, facile moventur, in specie qui terrore conturbantur : unde nonnunquam *idiopathicus* affectus induci observatur.
5. Qui diutius sub cælo frigido quiescunt.
6. Temperamentum melancholicum præ aliis huic affectui obnoxium apprehenditur.
7. Præcipue virgines pallidæ chloroticæ juniores, ubi menses vel nondum eruperunt, vel suppressi sunt, & tamen laboriosa molimina ad eorum productionem conspirant.
8. Qui febres acutas vel intermittentes parturiunt. *Stomatitici.*
9. Plethorici quidam nonnunquam sub somno palpitationibus cordis corripuntur, & quando terrore alicujus insomnii excitantur, palpitationem talem vigiles aliquamdiu adhuc persequuntur.
10. Qui polypos cordis habent, palpitatione hac cum difficili continua respiratione corripuntur.

*sem biero
li ebriosis.*

V. CAUSÆ.

1. Causa materialis est plethora & spissitudo sanguinis.
2. Hanc Natura, tanquam causa formalis & efficiens, imminuere & corrigere intendit, ac proinde, licet erronee, humores versus pectus copiosius restringit. *Asthma hæmoptysin molitur.*
3. Causæ occasionales & procatartice sunt:
 - a) Animi pathemata, e. g. improvisus terror, timor, tacita & suppressa indignatio; quibus omnibus restrictio humorum versus interiora contingit: licet enim palpitationes cordis, ab hisce animi pathematibus dependentes, rariores sint, quam quæ a materialibus causis oriuntur, vix ullum tamen exemplum contingit, in cujus palpitatione non aliqua animi anxietas conspiret.
 - b) Evacuationum, præcipue sanguinearum, adfuetarum suppressio vel neglectio, e. g. obstructio mensium, hæmorrhoidum, neglectæ Venæ sectiones, purgationes, obstructio alvi &c.
 - c) Diæta lauta cum otio. *brucis in cæcærio - Sænis*
 - d) Viri genus sedentarium, speculabundum.
 - e) Palpitationes cordis in adolescentibus, & puellis menses nondum expertis, non raro a *vermibus* foventur.

VI. PROGNOISIS.

1. Initium hujus affectus non adeo fonticum est; quo magis autem invalescit, & in consuetudinem degenerat, eo majoris fit periculi.
2. Quo plures causæ concurrentes conspirant, eo major est metus & familiarior recidiva, cum primis quia levi etiam occasione hic affectus solet recrudescere.
3. Varia deinde mala pectoris emergere possunt, nempe inflammationes, hæmoptyses in junioribus, polypi cordis, infarctus viscerum.
4. Frequentius febres post se relinquit, quæ periculo non vacant, transeunt enim facile in statariam, diurnam, pessimam sanguinis commotionem.
5. Imo morbi convulsivi, vel aliquando desertiones tonicæ & affectus paralytici inde provenire solent. *Humores asthma 22111.*
6. Palpitatio cordis, quando a *nudo* terrore exoritur, quod tamen raro contingit, malum curatu est difficillimum. VII. Me-

*cura graves c. anxie,
salub. major grav.*

asthma vulgare

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

1. Præmittatur evacuatio primarum viarum per rhabbarbarina, senenata, melanagoga.
2. Deinde, ad plethoram imminuendam, Venæ sectio in pede instituat, sed sufficiente quantitate & magna incisione, alias directe ad palpitationem cordis nulla ~~causa~~ medicatio *impetratur.*
3. Post Venæ sectionem, ad orgasmum sanguinis contemperandum, exhibeantur temperantia, nitrosa, cinnabarina, acidulata, e. g. Nitrum depuratum, conch. præparat. ocul. cancr. mat. perlar. cinnab. antimonii, Tinctur. bellid.
4. His per duos vel tres dies continuatis, spissa sanguinis crasis respiciatur. Hanc corrigunt
 - a) Præ omnibus aliis motus corporis placidus & diuturnus, cum petu sufficiente ac diluto. *id est multum vinigo.*
 - b) Alexipharmaco-diuretica, e. g. Essent. alexipharm. Stahlî.
 - c) Antiscorbutica temperatiora, nempe nasturtium, beccabung. cochlear. trifolium etiam fibrinum.
 - d) Anticatarrhalia dicta.
5. Denique ad motum erroneum sedandum, & æqualem sanguinis distributionem promovendam subjungantur

a) *Interne.*

- 1) Mixtura Tonico-Nervina Stahlî, e spiritu quodam volatili urinoso & Tinctura alcalina acri parata; item Essent. succin. crocus exigua dosi exhibitus. *aromata odoratiora. c*
- 2) Gemmata analeptica: Tinctura coralliorum, confect. de hyacinth. Alkermes, vinum rubi idzi, condit. citri &c. *in usuj ambr*
- 3) Anodyna correcta: M. P. de Cynoglossa, pilulæ Wildengantii genuinæ. *menth. sta viga Nathi flor. Navæ. idem conser flor. Navæ.*

b) *Externe.*

- 1) Clysteres revulforii.
- 2) Pediluvia.
- 3) Appensio camphoræ. *in interne ad sanguis.*
- 4) Epithema cordiale ex aqua carunculi, Anhaltina, Essentia croci, castorei, balsam. vitæ.
- 5) Epithema Foresti ex herb. meliss. borrag. cum aceto & aqua rosarum. *æ acri flor. Navæ in usuj.*

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Vena sectio* in hoc affectu nunquam prætermittatur, absque illa enim omnis medicatio minusefficax erit.
2. Extra paroxysmum instituta efficacior quidem deprehenditur, præcipue si adsuccincta fuerit neglecta, sed circumstantiæ hanc moram non semper tolerant: hinc eo tantum respiciatur, ut sub paroxysmo, non adeo exacerbato, administretur, ne commotiones febriles exoriantur.
3. *Malum hypochondriacum* quo magis conspirat, eo magis Salia media digestiva cum pulveribus Nitroso-temperantibus remiscenda sunt.
4. In *chlorotica virginum* constitutione pilulæ Stahlianæ, Beccherianæ, vel amara cum laxantibus & Martialibus per 8 14. dies præscribantur.
5. Quando *mensium* vel *hemorrhoidum* aduetus fluxus suppressus est, tum extra paroxysmum conveniente methodo revocetur.
6. Ubi *vermes* suspicione veniunt, ibi anthelmintica propinentur.
7. Concurrente scorbuto antiscorbutica, sub methodo commendata, cum alexipharmaco-diureticis combinentur.
8. Nunquam ad *motus sopitionem* properetur, nisi causa materialis, nempe plethora & spissitudo sanguinis, prius remota sit: exceptis illis rarioribus casibus, ubi *sola* animi parhæmata, e. g. mærores, terrores, anxietates, metus, in culpa sunt, in quibus gemmata cum M. P. de Cynoglossa sufficiunt.
9. Præ aliis gemmatis laudatur *hyacinthus vera*, quæ sane, placans trepidantem Naturam, ad pavidos tales affectus notabilem efficaciam præstat.
10. Deinde etiam *Smaragdus verus*, exiguis dosibus, nempe gran. 1-2, exhibenda. *vid. p. 6.*
11. Hæc gemmata, tonica analeptica cum nitrosis, cinnabarinis, longo intervallo post se relinquunt *opiata*, quæ recidivas inducere observantur.
12. *Martialia & salta volatilia*, præmature exhibita, malum in gravibus mutant.
13. *Pediluvia*, præmissis generalioribus, cum effectu versus somnum usurpantur, præsertim si palpitatio cordis magis nocturno, quam diurno, tempore exacerbetur,

14. Dixta conveniens, & causas occasionales excludens, ubique injungatur.
15. Præcipue animus modeste & tolerabiliter exhilaretur; quod vitium, modice & medice usurpatum, præ aliis præstat, nisi scorbutus vel orgasmus sanguinis, imprimis autem febres acutæ, ardentes, imo intermittentes, contra indicent.
16. Mutatio vitæ otiosæ, speculabundæ, sedentariæ, in mobilem & laboriosam plus sane ad sanguinem attenuandum confert, quam univèrsus medicamentorum apparatus.

*modeste usque
aleatum & clarum*

*regrum
silium*



TABULA XCVIII.

DE

INCUBO.

I. DEFINITIO.

Incubus est spasmodica musculorum thoracis contractio, nocturno tempore contingens & anxiam valde ac laboriosam respirationem inducens; germanice Der Asp. *oder mago.*

II. DIFFERENTIA.

1. Incubus quomodo ab *asthmate convulsivo* distinguendus sit, sequente Tabula fufius indicatum est.
2. Differentiam a *catarrho suffocativo* signa utrorumque affectuum, inter se collata, docent, conf. Tabula LXXVII.

III. SIGNA.

1. Sensus ponderis alicujus, pectori incumbentis. *imaginatio Spætriæ & sagarum.*
2. Respiratio anxiosa, & tam vehementer cohibita, ut neque movere corpus, neque claram vocem emittere possint patientes.
3. Totius enim corporis motus paulisper sustaminatus est, collecto motus vigore circa thoracem,

4. Solvitur hoc incommodum, quam primum unicum saltem membrum ad motum denique concitatur.
5. Remanet autem aliquamdiu ingens lassitudo per corpus univ-
ersum.
6. Hæc omnia nocturne tempore contingunt, medio inter vigilan-
tem & dormientem statu.

IV. SUBJECTA.

1. Evenit incubus communiter plethoricis, non quidem simplici-
ter talibus, sed notabili sanguinis spissitudine laborantibus.
2. Speciatim, qui affectibus hypochondriaco - splenicis obnoxii
sunt.
3. Qui nimia ciborum quantitate ventriculum circa vesperam exo-
nerare & in tergo succumbere solent.

V. CAUSÆ.

1. Causa materialis est plethora cum spissitudine sanguinis, præcipue
circa Venam Portæ stagnantis, conjuncta.
2. Causa formalis consistit in spasticis illis motibus, a Principio vi-
tali rationaliter quidem, erronee tamen, institutis.
3. Cum causa materiali interdum conspirant cruditates primarum
viarum.
4. Hac ratione exulant fabulæ, quæ de hoc affectu per vulgus cir-
cumferuntur.

VI. PROGNOISIS.

1. Incubus transitorius est affectus & minoris periculi.
2. Contumaciter tamen interdum se gerit, nec prius aufertur, do-
nec sanguinis quantitas imminuta & ejusdem qualitas corre-
cta sit.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

1. Præmittantur per aliquot dies blandiora laxantia cum digestivis
& resolventibus conjuncta.
2. Deinde, modo tempus sit opportunum, Venæsectio in pede admi-
nistretur, subjunctis pulveribus nitrosis, digestivis, cinnaba-
rinis.
3. De reliquo eadem methodus, quæ Tabula de malo hypochon-
driaco-hysterico commendata est, conservetur.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICAE.

1. Quo magis primarum viarum cruditates peccant, eo magis post evacuantia tonus per stomachica amara iterum restituendus est; in quem finem præcipue laudantur Essent. gentian. rubr. centaur. min. card. bened. absinth. cort. aurant. *essent. gentian. rad. cubilab. a 20 ad 30 gr*
2. Ubi incubus *unice* a prægravatione ventriculi dependet, ibi evacuatio commode per blandum aliquod vomitorium peragitur; caveatur modo, ne in diagnosi error committatur, vomitus enim in affectibus hypochondriaco-hysteriis graviora mala inducturus esset.
3. Adsuecant ejusmodi patientes lateribus, non autem tergo, incumbere. *ngz brachia inter dormiendum capiti supinè ponantur*



TABVLA XCIX.

DE

ASTHMATE SPASTICO

SEU

CONVULSIVO.

I. DEFINITIO.

Asthma convulsivum est vehemens spastica musculorum thoracis compressio, hæmoptycam evacuationem, licet erronee, respiciens.

II. DIFFERENTIA.

1. Asthma convulsivum ab *incubo* sequentibus differt.

- a) Incubus evenit saltem dormientibus, vel ad minimum semidormientibus; asthma autem convulsivum vix aliis, quam vigilantibus, obtingit. *sub saltem in continuatur post convulsionem*
- b) Incubus plane transitorius est affectus, asthma autem spasticum longe pertinacius durat, & frequentissime statis paroxysmis revertitur.

- c) Incubus respirationem tam vehementer cohibet, ut vocem claram supprimat, asthma autem convulsivum liberam magis habet respirationem. *v. potius organa vasa liberiora.*
- d) Incubus minoris, asthma autem spasticum majoris est periculi.
2. Asthma spasticum quomodo ab asthma *defectivo*, nempe humido & sicco, differat, videatur Tabula LXXVII.
3. Differentiam a catarrho suffocativo docet Tabula LXXV.

III. SIGNA.

1. Respiratio est quidem brevis, sed non tam vehementer impedita; neque oppletivum quid in pectore sentitur: quibus circumstantiis a catarrho suffocativo præcipue dignoscendum est asthma convulsivum.
2. Torpor insuperabilis & extrema lassitudo per reliquum corpus.
3. In thorace vero & circa scapulas summa compressio sentitur, cum palpitatione cordis.
4. Aspectus faciei inæqualiter est rubicundus, & vasa circa tempora turgent.
5. Alvus plerumque est adstricta.
6. Concurrit sæpe vertiginosa oculorum & mentis tentatio.
7. Hæc omnia non solum statim plerumque tempore, in primis circa primam noctem, per unam alteramve horam affligit, sed etiam certas periodos format.

IV. SUBJECTA.

1. Familiarius evenire solet hic affectus plethoricis quam aliis subjectis.
2. In puerili & adolescenti ætate non tam facile occurrit, nisi aliis morbis accedat: quo casu mali communiter omnis deprehenditur.
3. Magis familiaris est adultioribus, in quorum aliis mediocri saltem paroxysmus, sed eo sæpius, occurrit, in aliis autem, cum impetu invadens, brevi tempore scenam claudit.
4. Specialiter evenit hic affectus iis hominibus, qui ventilationes fan-

sanguinis adfuetas, præcipue Scarificationes circa hæc loca, neglexerunt.

5. Qui vitam laboriosam in otiosam mutarunt.
6. Quibus podagra incongruis remediis ad interiora retropellitur.
7. Familiariter etiam evenit sæminis, suppressis vel tamen imminutis mensibus laborantibus.
8. Item viris hypochondriacis, quibus hæmorrhoides suppressæ sunt, vel impeditius succedunt,

V. CAUSÆ.

1. Causa materialis est plethora.
2. Causa formalis est irritata ad excussionem Natura.
3. Causæ occasionales sunt variz, est enim magis symptomaticus quam idiopathicus affectus: unde vel febribus, præcipue malignis, vel arthritico - rheumaticis, vel pectoris violentis affectionibus sese jungit, *Caus. Subjecta.*

VI. PROGNOISIS.

1. Asthma spasticum fonticum est malum, & licet in præsentem non statim sit periculofum, facile tamen recurrit, & communiter patientem jugulat. *~ morbos periculofos, fæc. n. g. symp. a. a. a.*
2. In junioribus enim affectus vere spastico - convulsivus deprehenditur, in mediocri ætate acutos morbos vel peculiare sanguinis eruptiones, præcipue hæmopticas, in senioribus autem catarrhos suffocativos, apoplexiam, hemiplexiam, paralyfin, post se trahere observatur.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. In paroxysmo.

- a) Ante omnia alvus solvatur per clysterem acriusculum, ad quem, deficientibus aliis, urina, recenter emissa, sumatur.
- b) Deinde Vena sèllio sive instituatur, sive differatur, secundum indicationes sub cautelis legendas.
- c) Postea ad sanguinis commoti placationem sæpius exhibeantur pulveres Nitrosi, absorbentes, cinnabarinii.
- d) Conjunctis, ad sanguinem congestum discutiendum, temperatis alexipharmacis cum regimine leniter diapnoico; quod tanto magis necessarium erit, si febris, uti fieri solet, concurrat.

*max. vino qd
libet plus.*

- e) In casu valde urgente pulveribus Nitrosis versus somnum remisceatur gran. I. M. P. de Cynoglossa.
- f) *Externe* locum habent: tanto magis si patiens scarificationibus adfuerus fuerit)
- 1) Spiritus vini camphoratus, circa scapulas, nucham, collum, applicandus.
 - 2) Dens hippopotami.
 - 3) Friciones cum panno calido, praesertim si sensus circa scapulas adsit.
 - 4) Suffimigia e succino, mastiche, storace &c. item e stoecha-de citrina, prunis injecta, & parti dolenti applicata.
2. *Extra paroxysmum.*
- a) Venæ sectiones æquinoctiales in pede nunquam prætermittantur, conjunctis pediluvii, alternis septimanis repetendis.
 - b) Adfuetæ scarificationes reassumantur.
 - c) Hæmorrhoidum & mensium vitium legitima methodo corrigatur.
 - d) Lenia laxantia subinde exhibeantur.
 - e) Subjunctis, ad tonum roborandum, & æqualem sanguinis distributionem conservandam) Tonico Nervinis, e. g. Recip. Tinct. salis tartari.
Essent. Succin. ana Drachm. II.
Spir. C. C. Drach. I.
M. dos. gutt. XXX.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Venæ sectiones*, in paroxysmo institutz, hoc habent incommodi, ut affectus in posterum pertinacius recurrat, & idem auxilii genus efflagitet: Natura enim per hosce motus spasticos e longinquo sanguinem exprimere intendit, & quando per Venæ sectionem desiderium illius expletur, alia vice, quam primum molestam plethoram sentit, ad antiqua molimina revertitur, & prius non placatur, quam Vena sit secpta.
2. Unde, si patiens similem talem affectum nunquam expertus sit, Venæ sectio absolute non est necessaria: ubi autem illa omnino placet, instituatursatis copiose, & quidem in vicinia, ipso brachio, vel, si affectus non ita urgeat, in pede.

3. Quando vero antea hoc affectu æger jam correptus & Venz sectio administrata fuit, tum illius repetitio necessaria est; sine hac enim Natura omnia reliqua subsidia spernit.
4. *Vomitiva*, promiscuè in hoc affectu exhibita, magis nocent, quam profunt, præcipue ratione plethoræ & latentis sub ea timoris hæmoptysæ; si autem voracitas prægressa huic affectui incrementum conferret, & nihil adeo contraindicaret, leve aliquid emeticum, præmisso clystere & prorenata Venz sectione, concederetur.
5. A nimia tali sanguinis pressione, & spasmodica ipsius cutis contractione, sæpius *sudor* provenit, ubi Nitrosa eundem revera magis promovent.
6. Quando pathemata hypochondriaca sensibilibus complicata sunt, *Mixtura simplex*, leniter camphorata, bene acidulata, & sine regimine usurpata, utilis est: hæc enim flatulentis hypochondriacis subjectis egregie conducit.
7. *Salia volatilia*, præcipue in paroxysmo, fugiantur.
8. *Anodyna*, si, alvo nondum aperta, exhibeantur, certissime damnum inferunt.
9. *Circumspectus hirudinum* usus multis hypochondriaco-asthmaticis salutaris fuit.
10. *Expectorantia* in spastico-asthmaticis affectibus, ubi nulla materia præsto est, adhibere velle, periculosum est.



TABVLA C.

DE

SINGULTU.

I. DEFINITIO.

Singultus est motus diaphragmatis, & mesenterii cum intestinis semi-convulsivus, mediante quo Principium vitale aliquid circa hanc regionem molesti discutere, propellere & eliminare intendit.

II. DIFFERENTIA.

1. Singultus, qui in morbis acutis occurrit, bene distinguendus est ab illo singultu, qui extraillos observatur.
2. Qui in morbis acutis contingit, iterum distinguendus venit a singultuosa illa respiratione, moribundis infantibus familiari.
3. Qui chronice occurrit, duplicis generis est: vel enim communiter mox iterum cessat, vel, quod tamen raro contingit, inflammatoriam febrem habet comitem, & majore expiratione sonora ac impetu adfligereprehenditur.

III. SIGNA.

1. Præcedit communiter dolor gravativus.
2. Insequitur exspiratio sonora, plus minus acuta.
3. Sub ipso motu concussionis, in chronico affectu, exserit sese sensus quidam ulcerosus, als wenn alles rohe und Wund an demselbigen Orte wäre.

IV. SUBJECTA.

1. Singultus chronicus evenit familiariter iis hominibus, qui nimis avidè cibum, præcipue fructus horzos austeros, ingurgitant, & frigidum potum magnis haustibus deglutiunt.
2. Singultus in acutis morbis facile illis subjectis accedit, quæ inflammatione quadam interna corripiuntur; specialiter aliquando in puerperis, febre acuta correptis, observatur.

V, Cau-

V. CAUSÆ.

1. Singultus *communis*, seu *chronici* causæ sunt:
 - a) Prægravatio ventriculi a cibis dyspeptis, crudis, austeris, præcipue festinato ingurgitatis, & hinc inductæ cruditates ac flatulentia.
 - b) Potus frigidus vel medicamenta refrigerantia.
 - c) Exacerbatus motus peristalticus, per emetica vel purgantia fortiora inductus. *afusus visus igne* *Subst.*
2. Singultus in acutis occurrit præcipue in inflammatione mesenterii, pylori, simz partis in hepate, ilei in dysenteria, item in febre caudode.
3. Interdum per assumptum lentescens venenum singultus inducitur.

VI. PROGNOISIS.

1. Singultus vulgaris, chronice occurrens, non est periculosus, licet enim exempla quædam prostant, in quibus singultus sine morbo acuto lethalis fuit, rarissime tamen hoc evenire solet.
2. Talis affectus, penitatis recte circumstantiis, a vulgari singultu gradu & vehementia longe differt, & communiter e labore & motu quodam externo vehementiore mox cooritur.
3. Quando morbis acutis, præcipue versus dies criticos, singultus supervenit, nunquam caret periculo; facile enim motus hic semi-convulsivus in veras universales convulsiones per universum corporis habitum transit, quibus brevi tempore patientes expirant.
4. Singultus *colica* præter consuetudinem accedens, mali ominis est; *Conf. Tabula de Colica.*

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

1. Singultus communis non indiget medicatione, brevi enim tempore, imo paucis subinde momentis, iterum transit; sublevatur tamen commode per externum calorem & potum qualemcunque calidum, e.g. Théë, Coffeem *frigidissim.*
2. Quando autem singultus talis tempus ducere, & quod subinde contingit, ad unam vel alteram septimanam sese extendere videtur, tum sequens methodus adhibeat.
 - a) Ad cruditates primarum viarum eliminandas præscribantur

1) *h.*

- 1) *Interne* lenia laxantia , præcipue rhabarbarina & helleborata.
 - 2) *Externe* clysteres abstergentes.
 - b) *Deinde* ad ventriculorum roborandum exhibeantur
 - 1) *Interne* Stomachica amara & Nervina, e.g. Essent. absinth. galang. cort. aurant. centaur. min. gentian. rubr. Mixtura Tonico - Nervina Stahlîi, item Martialia selectiora, præcipue Tinct. Martis aperitiv. Ludovici.
 - a) *Externe* camphorata, sacculi aromatici calidi, adjectis radicibus odoratis, herbis coronariis, & seminibus carminativis,
 - c) His subinde interponantur, quæ acrimoniam corrigunt, nempe absorbentia cum antimoniato quodam fixo maritata.
 - d) Concurrente flatulentia, hæc legitime tractetur.
 - e) Ad præservandum purgans aliquod subinde præscribatur, & ante vel post pastum aliquot piperis grana, mediante vino adusto, propinentur.
3. Singultus, morbis acutis superveniens exposcit
- a) *interne*
 - 1) alexipharmaca cum spiritu Nitri dulci combinata, conjuncto leni regimine diapnoico,
 - 2) Pulveres Nitroso - absorbentes. *cinabab*
 - 3) Emulsiva.
 - b) *Externe* sacculos carminativos discutientes; in quem finem laudantur
 - 1) *Radices* helen. pimpinell. alb. levistic. imperator. irid. florentin. Zedoar.
 - 2) *Herbe* hyssop. Meliss. organ. serpill. pul. montan. salv. rismarin. Thymi, spicz, Lavendul. menth. chamomill.
 - 3) *Aromatica.*

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Usus *internus castorei* & aliorum Nervinorum calidorum neque in singultu, neque in aliis infimi ventris affectibus commendatur; *externo* autem usu effectum suum præstat.
2. *Cassia fistulosa* & alia flatulenta laxantia, e. g. *fol. senna, agaricum*, in hoc affectu minus locum habent.
3. Acta N. C. anno quinto observat. 118. notatur, quod quinque die

dierum singultus in febre maligna feliciter sublatus fit per usum Nitri, absorbentium, emulsiuorum & alexipharmacorum.

4. Hæc observatio confirmatur quotidiana experientia, Nitrosa enim cum absorbentibus & leniter diaphoreticis, quando in acutis adhibentur, rarissimè singultum admittunt: inflammationem enim, propter quam discutiendam singultus accedit, præcavent.
5. Quando autem Nitrosa non adhibita fuerunt, & singultus morbis acutis accessit, tum in casu adhuc recente & nondum prævalido per dicta remedia frequenter profugatur, ad insolescentem autem affectum raro sufficit, multò minus alia remedia famosa.
6. Qui chronico singultu vexantur, cingulo quodam abdomen per diem muniant, potum frigidum evitent, & labore corpus exerceant.



TABVLA CI.

DE

CONVULSIONIBUS.

I. DEFINITIO.

Convulsiones sunt motus reciproci summe exacerbati, in partibus præcipue musculosis, raptim trahitis & remissis: quo extremo, sed erroneo, conamine Natura aliquid in corpore moiescit, quod vel actu præsto est, vel ab illa fingitur, propellere & expellere intendit.

II. DIFFERENTIA.

1. Quomodo convulsiones a *spasmis* differant, videatur *Tabula de Spasmis*: Conveniunt tamen genere motuum, ultra naturalem gradum auctorum, & una species facile in alteram transmigrat.

M m m m

Di-

Distinguunt alias inter convulsionem, seu spasmodum simplicem completum, & motus convulsivos; sed talem differentiam hic prætermittimus.

4. Convulsiones sunt.

a) Vel *idiopathica*, quæ sine evidente complicatione cum aliis morbis corpus infestant, & propria quasi vehementia excellunt: hæc convulsiones strictiore sensu *epilepsia* nomine veniunt;

b) Vel *symptomatica*, quæ fonticæ corporis periclitationi superveniunt, uti sub *causis* dicitur.

3. Convulsiones Uterinæ distinguendæ sunt a lipothymiis & suffocationibus uterinis, in his enim oculi semper clausi, & membra flaccida sunt.

III. *SIGNA.*

1. In aliis præcedit sensus quidam frigidus, e partibus remotis repente versus caput ascendens, & scintillæ oculis illorum obversantur.

2. In aliis prodromi tales non sentiuntur, sed paroxysmus ex improviso per *casum repentinum* sese manifestat.

3. Sub initium statim paroxysmi pollices in pugnum imprimuntur.

4. Sensus interni obnubilantur, ut postea, quid factum sit, non commeminerint.

5. Dantur quidem epilepsiz, ubi non æque *totalis* mentis obnubilatio adest, sæpissime tamen ingens gradus hujus perturbationis observatur.

6. Concurrunt communiter oculorum & labiorum torsiones, stridor dentium & respiratio sonora. *sim. uam. - 3. carnes*

7. Item violentæ artuum, imo totius sæpe corporis, jactationes & concussionés. Conf. quæ Tabula de spasmodis sub differentia dicta sunt.

8. Spuma, vel ad minimum mucus salivæ, sub finem paroxysmi communiter ex ore profuit.

9. In nonnullis aliæ excretionés, e. g. vomitus, diarrhœa, hæmorrhagia narium, excretio spermatis, contingunt.

10. Quamprimum ad sese redeunt, conqueruntur de lassitudine totius corporis & vertiginosa capitis perturbatione.

11. Huic lassitudini familiariter succedit sudor graveolens cum siticulitate,

12. Epi-

*orationes
narratives.*

actiones missæ

cum examinæ

et capillæ

vigilum sacrorum

quod sibi. vint

in ego p. p. s.

mitti.

12. Epileptorum quidam sunt avidi, præcipue panis, & magis quidem secalini quam triticei; quorum paroxysmus ordinarie terminatur cum vomitu, quo semi-coctum panem, seu fermentescentem magis pulvem, e ventriculo excutiunt.
13. Nonnulli inter dormiendum saltem ab hoc affectu corripiuntur, in quibus tanto difficilius eradicatur.
14. In epilepsia habituali paroxysmi circa phases lunæ, imo secundum diei horas, recurrere communiter observantur.

IV. SUBJECTA.

Convulsionibus familiariter infestantur

1. Fœminæ præ viris.
2. Ætas infantilis præ aliis ætatibus.
3. Habitus corporis succulentus præ sicciore.
4. Plethorici & iracundi præ minus talibus, *item hæreditarii.*

V. CAUSÆ.

1. *Causa formalis* convulsionum est nimia irritatio Principii vitalis: hoc enim urgentibus casibus motum tonicum vitalem ad ultimam energiam intendit, ne quid intentatum maneat.
2. Cur autem paroxysmi circa phases lunæ communiter occurrant, explicatu difficillimum est: quæ enim causæ de dominio Lunæ in humores, speciatim in cerebrum, item de mechanicis configurationibus effluviolorum, elasticis potentiis, proferuntur, laborant *principii petitione*.
3. Plus sane moralis & finalis rationis, quam physici corporei impulsus, in hisce motibus extremis subest: hinc multæ difficultates premunt crassiores illos de vellicatione & stimulatione nervorum conceptus, variolarum testimonio, ubi vix millesimæ epilepsia corripitur, licet omnes eandem suppositam stimulantem materiam in illo morbo experiantur.
4. *Causæ occasionales & concitantes* hoc magis illustrant, sæpe enim nulla est proportio inter has & motus tales violentos. Sunt autem illæ concitantes causæ
 - a) *Vel materiales*, e. g.
 - 1) Spissitudo sanguinis, quæ in omnibus epilepticis (excepto casu hæreditario) manifesta est.
 - 2) Coagulatio lymphæ circa caput, per refrigerationem induta; quod potissimum in infantibus contingit.

- 3) Retropulsio crustæ lactææ, scabiæ, achorum vel aliorum ulcerum manantium.
 - 4) Interceptio respirationis a tussis vehementia & materia valde tenaci.
 - 5) Contenta in abdomine, e. g. vermes, præcipue apud infantes.
 - 6) Exanthemata non legitime succedentia, e. g. variolæ, morbilli.
 - 7) Dentitio difficilis.
 - 8) Res solidæ, e. g. festucæ, grumi, sanies, sub craniolatitantes.
 - 9) Menses suppressi, vel aliz debitz excretiones retentæ.
 - 10) Contusiones graviores, præcipue vulnera tendinum aut nervorum.
 - 11) Morsus animalium iratorum.
 - 12) Quo magis autem convulsiones in consuetudinem jam degenerarunt, eo minus cum incitamentis hisce materialibus proportionem servant.
- b) Vel immateriales, e. g.
- 1) Dispositio hæreditaria.
 - 2) Animi pathemata, quæ non solum promptissime convulsiones provocant, sed etiam pertinaciter illas fovent, præcipue ira, terror, amor vefanus.
 - 3) Impressiones ideales per veneficia & philtæra, inprimis sanguinem menstruum organicum.
 - 4) Periodi temporum, præsertim phasæ lunæ.

VI. PROGNOSIS.

1. Omnium convulsionum nullus corpori in solidum utilis est effectus.
2. Eventus quidem in *chronicis* causis & scopis nihil ordinarie periculi portendit, nisi impetu convulsiones excedant, interea facile adsuescunt, & per leves pure morales causas protervius revocantur.
3. Quæ autem convulsiones *acutis* causis accedunt, ancipitem communiter eventum fortiuntur: per initia quidem morbi symptomaticæ tales convulsiones minoris, sub statu majoris, in declinatione & tempore debiti exitus, summi periculi sunt, imo,

- nifi a novis externis causis provocatz sint , morbum claudunt.
4. Qui chronicz & habituali epilepsiz adsueta sunt, illis, si etiam alio morbo correptis cooriantur, minus periculum denunciant.
 5. Illz convulsionum species prx aliis sunt contumaces, quz a patheticis occasionibus, vitio hæreditario, veneficiis, phlebotis, initium sumserunt, & consuetudine in habitum jam sunt deductz.
 6. Tandem tamen habitualis epilepsia cum hæctica complicari & scenam claudere solet.
 7. Epilepsia nocturna, quia specificorum commodam exhibitionem non ita admittit, in cura majores, quam diurna, involvit difficultates.
 8. Quid mutatio loci, temporis, vitz generis, & prxipue ætatis ad epilepsiz spontaneam mutationem conferat, ipse jam Hippocrates passim observavit.
 9. Hinc epilepsia, ante mensium eruptionem puellis eveniens, sæpe circa fluxus hujus eruptionem, nempe finem secundi septenarii, sponte remittit.
 10. Idem observare contingit in maribus, in quibus circa pubertatis annos epilepsia, priore tempore exorta, non raro solvitur.
 11. Epilepsia, quz circa mensium eruptionem exoritur, facile, licet debite cessaverit, tempore gestationis & prxipue partus, recrudescit.
 12. Mulier, ex abortu convulsa, raro evadit, teste Aretzolib. I. Cap. VI.
 13. Puer febricitans, variolas nondum perpeffus, si motibus convulsivis, & ardore circa lumbos, corripiatur, postero die variolarum eruptio expectanda est, observante Baglivio in praxi med. p. 79. & confirmante experientia frequente.
 14. Infantes epileptici, intra sex septimanas adhuc constituti, raro evadunt.
 15. Sic etiam convulsionones, febrilibus affectibus in infantili ætate supervenientes, ordinarie lethales sunt.

16. Epilepsia uterina, sub debita mali hysterici tractatione, sponte communiter evanescit,
17. Quando autem nulla (aut levissima) mali hysterici pathemata apparent, & ita convulsiones nullam magis proportionem cum causa hac materiali observant, tunc prius non solvuntur, quam post specifici remedii, epilepsiz idiopathicz convenientis, applicationem.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

1. Ante omnia consideretur, num epilepsia sit symptomatica, vel idiopathica.
2. In symptomatica primarius morbus respiciatur: hoc enim feliciter sublato, convulsiones sponte remittunt.
3. Ubique autem reliquæ curæ, exceptis febribus acutis, præmittantur blandæ primarum viarum expurgationes: in hunc finem commendantur præcipue cholagoga & melanagoga.
4. Evacuationum sanguinis debitaram suppressiones legitima methodo revocentur; qua ratione spissitudini humorum simul consulitur. Huc in specie pertinet epilepsia uterina.
5. In causa vermium, scabiei, vel aliarum efflorescentiarum retro-pulsione, Mercurius dulcis usu veniat, & reliqua medicatio iuxta methodo absolvatur.
6. Ad vitia lymphæ corrigenda exhibeantur anticatarrhalia, e. g. Essent. succini, alexipharm. pimpinell. alb. cum Tinct. antimoniæ remiscenda, in phlegmaticis liquor C. C. succinatus, essent. cort. sassafras.
7. Contra spermatis abundantiam & orgasmum præscribantur Nistrosa & sufficiens corporis labor.
8. In causa recrementorum biliosorum, infantibus familiarium, ordinentur rhabarbarina, e. g. Syrup. de Cichorio cum rhabarbarum fulminans cum crystallo montana, clysteres emollientes, qui in flatibus concurrentibus præcipuum usum præstant.
9. Dentitio difficilis & interceptio respirationis asthmatica tractentur, ut moris est.
10. Epilepsia, per phluctum inducta, vomitorium exposcit fatis marturum.
11. Idiopathica epilepsia sequente methodo tractetur,

- a) Lenia laxantia per tres circiter dies propinentur.
 b) Reliquarum excretionum debitus successus conservetur.
 c) Denique versus paroxysmum *Specifica* subleni Regimine exhibeantur. Horum ingens farrago apud Auctores invenitur, e quibus sequentem facimus selectum,

1) Radix & semen Pæoniz maris.

2) Viscus quernus & corylinus.

3) Carbo arthemisiz.

4) Cranium humanum.

5) Secundina primiparæ humanæ.

6) Stercus pavonis, item leonis.

7) Ungula alcis, de collo suspensa.

8) Cerebrum corvi.

9) Hippomanes, id est glandulosa illa massa, quæ in ore pulli recens nati reperitur. Hæc omnia Antiquorum tempore jam erant celebrata: a Recentioribus laudantur

10) Spiritus sanguinis humani, imo sanguis ipse ab homine, violenta morte perempto, desumptus, præcunte Helmontio.

11) Os triquetrum cranii humani, vel porcini.

12) Os semi-lunare carpcionum.

13) Excretio alba gallinæ ova incubantis, subumbra exsiccata, & versus paroxysmum ad Scrup. I. propinata, ac aliquoties repetita.

14) Bilis recens canis atrii cum unicornu fossili subacta, vel aliquot guttz seorsim propinatæ.

15) Malleus & incus e cranio vitulino, habito ad sexum respectu.

16) Spina lacertarum, in acervo formicarum exasarum.

17) Corda & hepata talparum, ranarum viridiorum, hirundinum, & aliorum adhuc animalium minorum.

18) Lingua ficcata e vivo tetraone sumta.

19) Rafura spinæ dorsii, violenta morte perempti.

20) Talus leporis.

21) Lumbrici terrestres in coitu mense Junio ante ortum solis post prægressam pluviam capti, spiritu vini abluti & pulverisati.

*antihysteriam magis servunt
 quoniam multum chymicis & herbis calidioribus.*

12) D. D. Stahl sequentem formulam passim commendavit.

Recip. Cord. talpar. exsiccat. num. V.

Talor. leporis Scrupul. I.

Ungul. alcis subtiliter pulverifat.

Cortic. visci quercini ana scrup. semis.

Lumbr. terrestr. Drach. I.

Cinnabaris si placeat, Drach. semis. Misc. dof. XV. gran.

23) Plura specifica videantur in praxi Barbettiana.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICAE.

1. Observatio illa generalis, quod generaliora specificis sint praeferenda, in convulsionibus potissimum locum habet.

2. Vera *specificis*, legitime etiam adhibita, non in omnibus pari promptitudine, neque una eademque constantia effectum edunt, quae res in causis magis moralibus quam physicis quae-
renda est.

3. Observatio differentiarum eximum in praxi habet usum, quando autem *specificis sine tali specierum respectu promiscue applicantur*, nullum effectum sortiuntur.

4. Barbettae purgandi scopo in epilepsia commendat sequentem haustum, qui paroxysmum miratu digno effectum gradatim immuere dicitur.

Recip. Sapon. Venet. alb. Unc. Semis.

Lact. Vaccin. Unc. VIII. Coq. & colaturae Unc III. exhibeantur.

Remedia adversus convulsiones alias efficacia, quando in convulsionibus ultimis funebribus offeruntur, loco sedationis, majorem motuum insolentiam excitant, donec mors sequatur; unde eo tempore nil nisi prognosis locum habet.

Hildanus allegat exemplum, quod a globulo vitreo, auri profundius intruso, post alia pathemata, convulsiones tandem epilepticae successerint, globulo autem educto statim cessaverint.

7. *Adstringentia*, ad motus generaliter sistendos, in hoc affectu exhibere, quovis modo improbat.

8. Sic etiam *Narcotica*, intentionem ad movendum paulisper obnubilantia, minus fideliter agunt, & ad specialis hujus motus sopitionem minime sufficiunt.

9. *Cinnabarina* in idiopathica epilepsia minimam habent efficaciam, plus autem in symptomaticis convulsionibus & spasticis circa caput restrictionibus præstant.
10. *Fortiora purgantia* in convulsionibus idiopathicis non solum inutilia sunt, verum etiam motus magis exacerbare observantur; in nonnullis autem symptomaticis affectibus, ubi materia crassa manifesta est, magis locum habent, præcipue in subjectis robustis, quibus etiam Vomitorium aliquando salutariter propinatur; cavendo tamen ubique, ne nimis sint drastica, neque sub ipsis paroxysmis talia exhibeantur, resurgente virium imbecillitate.
11. Epilepsia quando lenior est, *excitantia* per odora menta penetrantiora non adeo improbantur, præcipue in *uterina*; ubi autem gravior est affectus, in paroxysmo excitare non convenit, minime omnium per excitantia impetuosa, e.g. Salia volatilia, sternutatoria: causantur enim dolores capitis vertiginosos, febriles commotiones, insignem post paroxysmum lassitudinem, & quo sæpius turbantur, eo frequentius & promptius paroxysmi recurrunt.
12. Sic etiam violenta pollicum implicatorum eruptio dissuadetur, ob causas modò dictas; observentur saltem, ne caput lædere possint.
13. Post paroxysmum lenes clysteres seu lenia laxantia commendantur; subjunctis nervinis carminativis, præcipue Tinct. cortic. aurantium; cavendo ab usu castorei.
14. *Pulvis Cephalicus* Michaelis, licet non omni plane effectu destitutus sit, insignis tamen usus inde non expectandus est.
15. Antepileptica melius ante paroxysmum, quam post eundem, exhibentur: optati effectus infallibile signum est, si patientes in fronte fortiter sudent.
16. Pulvis antepilepticus, ex commendatione D. D. Stahlii sub methodo descriptus, non confundendus est cum altero specifico remedio, quod paucioribus granis propinatur, & a Dom. Auctore pro arcano habetur.
17. Caveant sibi patientes ab animi commotionibus, præcipue iracundis, ab otio, speculationibus, potu spirituofo, cibis acidis,

dis, refrigerationibus immodestis, rebus graveolentis, prospectu in profundum.

18. Ultimo loco mentionem facimus *oles illius rectificatissimi*, quod D. D. Dippelius tractatu, *morbus & Medicina vite animalis*, sub nomine *Democriti* inscripto, in convulsionibus commendat. Qui oleum hoc legitime præparare & dextro applicare poterit, in convulsionibus non solum idiopathicis, verum etiam in quibusdam symptomaticis, præcipue uterinis, admirandoe effectus observabit,



TABVLA CII.

DE

APOPLEXIA.

I. DEFINITIO.

Apoplexia est præceps & simultanea sensus ac motus per universum corpustalis abolitio, ut patientes vel simul & semel omnem harum rerum usum amittant, vel, si auditus & visus adhuc aliqua signa adsint, motuum tamen voluntariorum plena impotentia laborent; quæ motuum plenaria remissio a tædio Principii vitalis a motibus, antea frustra institutis, originem ducit. Derivatur ab ἀποπλήττω, percutio.

II. DIFFERENTIA.

1. Apoplexia dividitur in *sanguineam* & *serosam*; quam differentiam temperamentum, dixta & reliqua antecedentia, facile doceant.

2. Apoplexia differt *gradu*:

a) Alia enim *lenior* est, quæ de pulsu cordis & arteriarum paululum adhuc relinquit, sub qua constitutione rubor aliquis

lis genarum conspicuus manet: interdum etiam aliqua movendi facultas relicta est, quæ tamen mature evanescit.

b) Alia *vehementior*, in ^{Cu}supremo gradu omnis motus vitalis & sensus plane sublatus est: unde repentina mors inducitur.

3. Apoplexia a *Syncope* quomodo dignoscenda fit, sequentia docent.

a) Syncope juniori & seniori ætati promiscue convenit, apoplexia autem non æque, sed saltem seniori.

b) In apoplexia oculi sunt aperti & rigidi, in syncope autem clausi vel saltem torpidi.

c) In syncope pulsus quidem satis debilis est, plane tamen non cessat, uti in apoplexia vehementiore; imo licet in *leniore* apoplexia pulsus paululum adhuc sentiat; ita tamen non palpabilis est, sicut in syncope.

d) In syncope pallor faciei morti similis, in apoplexia autem, præcipue sanguinea, rubor genarum conspicuus est.

e) In syncope stertor e pectore seu sibilus non observatur, uti in apoplexia.

4. Apoplexia a catarrho suffocativo & asthma convulsivo distinguitur per signa horum affectuum inter se collata. *Vid. differentiam & signa Tabul. de Catarrho suffocativo & Tabul. de asthma convulsivo.*

III. SIGNA.

1. *Imminentia.*

a) Torpor & lassitudo, cum tremore artuum.

b) Afflictio capitis vertiginosa, stupido-gravativa, soporosa.

c) Imo dolores profundiores, prementes, perennantes, in occipite.

d) Tinnitus aurium & susurri repentini.

e) Splendores oculorum transitorii, & subitæ visus obfuscationes.

f) Mentis obnubilationes. *Spontanea sicut nunc in senibus nulli orbis*

2. *Præsentia.*

a) Post vertiginem in momento in terram conjiciuntur, & sine motu jacent.

- b) Stertor seu sibilus e pectore occurrit, tanquam infarctus, liberz respirationi obfistens.
- c) Oculi semi- aperti, & vitrei cernuntur, cum pupilla dilatata.
- d) In sanguineis vasa circa tempora ir flantur, & rubor quidam genarum apparet; in phlegmaticis autem aspectus magis est pallidus, & totum corpus tepet. *o admodum calid.*
- e) In malo leniore aliquis adhuc pulsus observatur; in affectu autem *vehementiore* omnis sensus & motus interne ac externe cessat.
- f) Post mortem, cranio aperto, in valvulis cerebri sanguineorum aliquot cochlearia extravasati sanguinis reperiuntur; qui sanguis alias, omissa sectione, per nares & os excernitur *post mortem.*
- g) In phlegmaticis autem, loco sanguinis, totidem feri mucosi invenitur, quod, sibi relictum, per fauces & os erumpere observatur.

IV. SUBJECTA.

Apoplexia plerumque corripuntur homines

1. Aetatis virilis, & potissimum senilis.
2. Dantur tamen juvenes apoplectici, plethorici, sanguinei, post vini abusum, vel immodicam animi indignationem.
3. Sanguinei circa annum 45 ad 50 &c. phlegmatici autem, lautz ditz, annis provectionibus.
4. Qui evacuationes sanguinis naturales, e. g. hzmorrhoides, inconditis artificiis suppresserunt, vel artificiales adfuetas neglexerunt.
5. Quibus excretiones serosz vel cohibitz sunt vel sponte cessarunt, e. g. fonticuli, ulcera manantia, corryza, ruffis humida, pedum sudores.
6. Sub his omnibus anni climacterici in considerationem veniunt, quibus Natura novas plerumque revolutiones suscipit. Ceterum apoplexia, licet rarus sit affectus, frequentior tamen est paralyfi.

V. CAUSÆ.

1. Causam apoplexiæ serosz & etiam sanguineæ in materia

mucosa quætere, irritum est, tot enim millia hominum mucositate abundant, & gravedine, coryza, tussi, sæpius vexantur, quibus tamen apoplexia non evenit, & sic motuum vitia a communibus talibus causis deducere non possumus.

2. Facilius autem agnosci potest plenaria destitutio ipsius energiz motoriz, quam durabilis & contumax averfio movendi, ac fastidiosa tergiversatio, qualis in paralyfi reperitur.
3. *Causa antecedens remota* est neglectus evacuationum consuetarum, & hinc inducta plethora, concurrente, in statu pituitoso, spissitudine lymphæ.
4. *Causa antecedens propinquior* est repentina congestio sanguinis (abundantis & satis expansi) ad cerebrum & tenerrima vasa ple-xus choroidæ, immediate nervorum medullæ incumbentis.
5. *Causa proxima & continens* est sanguinis, vel saltem feri, circa ple-xum choroidæ extravasatio per arterias carotidum: fieri etiam potest, ut *venarum* infarctus & obstructio ibi in causa sit.
6. *Causæ occasionales & procatartice* sunt:
 - a) Ventriculi mala dispositio, quæ multum ad vertiginem & de-mum apoplexiam inducendam valet.
 - b) Ætas ad senectutem vergens.
 - c) Dispositio hæreditaria.
 - d) Vitæ genus perpetuis crapulis deditum.
 - e) Violenta capitis læsio per contusionem, luxationem &c.

VI. PROG. VOSIS.

1. Apoplexia vehementior sæpissime est lethalis, & quidem intra pau-cas familiariter horas, *inno fudine pauca minuta*
2. Moriuntur communiter apoplectici convulsionibus, sed vix alibi, quam circa caput.
3. In apoplectis sanguineis, uti sub *signis* jam dictum, sanguis per nares vel infundibulum post mortem erumpit, sub manifesta oculorum protuberantia; faciei, & maxime vasorum jugularium, inflatione.
4. In serosis autem subjectis spuma mucosa per os excernitur.
5. *Leviior* autem apoplexia vel in paralyfin certis alicujus membræ

transmutatur; vel si, accedente inprimis febre, solvi videatur, serius ocyus majore energia recurrere solet.

6. Saepius etiam levior apoplexia sensuum internorum debilitatem, & artuum tremorem, imo interdum spasmus oris *cyanicum* relinquit.
7. Qui apoplexia semel tacti sunt, rarissime alio morbo, quàm hoc vehementius recurrente, moriuntur.
8. Oculi, nebula infecti, pessimum & lethale signum exhibent.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

1. Curativa.

a) Congestio sanguinis incompleta versus caput est derivanda: Laudantur in hunc finem

1) Venæ sectio largior ad Uncias VIII. X. in brachio instituenda; cui universali Venæ sectioni, si operæ pretium & spes adsit, sectio raninarum, aut in fronte, subjungenda, vel incisio narium per scalpellum scarificatorium, more Ægyptiorum, & hæc omnia in sanguinea præcipue apoplexia.

2) In apoplexia magis phlegmatica clysteres acres stimulantés
• e fol. sennæ, colocynth. electuar. hier. picr. salibus, saponē; qui clysteres, etiam in statu sanguineo, subjungi possunt, ad sanguinis extravasati in vasa resorptionem promovendam.

3) In casu phlegmatico, minus autem sanguineo, vomitorium locum habet, e. g. Salis Vitrioli Drach. semis cum vehiculo largiore. *idem v. eme. v. I. benedict. Aulanti.*

b) Natura quasi aufugiens & abhorrens est invitanda; quod faciunt & simul congestionem divertunt:

1) Spiritus nervini, e. g. serpilli, item spiritus vini camphorati temporibus, vertici & fronti, applicandi.

2) Spiritus oleosi, inprimis succinati, ori etiam guttatim instillandi.

3) Salia volatilia urinosa, naribus admovenda.

4) Frictiones partium inferiorum.

5) Complanatio capitis, abrasio capillis, mediante instrumento illo lotricum calefacto, mit einem warmen Bügel-Eisen.

6) Cata-

*manuale & mixtura
ty. dicitur qd. em
majori qd. dicitur
7. Regim. Hung.
Salt. iniqui.
S. Auer. Ester.
is interne. Div. 10
20. 90.*

6) Cata plasmata rubefacientia e radic. pyrethri, raphan. nigr. it. sinapi, pipere indico & murario, plantis pedum applicata.

7) Veficatoria.

8) Ligaturæ partium oppositarum.

9) Errhina fortiora cum euphorbio, in apoplexia serosa.

c) His conjungantur remedia, quæ congectionem repellere dicuntur, e. g. bufo exficcat, vertici impositus, sabina, oleum vulpinum, castorinum, ~~Myrum~~ Laurinum succin. majoran.

d) Præsentē sanguinis orgasmo temperantia, Nitrosa, Cinnabarina, nunquam omittantur.

2. Præservatoria.

a) Venæ sectiones in pede largiores circa æquinoctia instituantur: & in plethoricis ad annum 60. 70. & ultra continuentur, adspersendo anilem metum, ratione thesauri vitalis conservandi.

b) Hirudines tam circa aures, quam intestinum rectum, applicentur.

c) Singulis circiter mensibus congrua laxantia exhibeantur, e. g. in cholericis & sanguineis sennata, rhabarbarina, in mucoſis & magis frigidis Jalappa, helleborata, aloëtica: omnibus prodest extract. panchymag. Crollii.

d) Ad caput roborandum propinentur Tonica, e. g. Mixtura Tonico-Nervina Stahlī, sal volatile oleosum Sylvii, liquor C. C. succinatus: interpositis temperantibus & antispasmodicis.

e) Dixta sit parca & exquisita, vitando ebrietatem, præcipue spiritum vini, insignes refrigerationes; carbonum factorem &, præ omnibus, animi commotiones iracundas, ac profundas speculationes & anxias curas.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quam necessaria est Venæ sectio in sanguinea apoplexia, tam noxia illa evadit, si nimis parçè instituitur: hac enim ratione motus sanguinis magis invitatur.

2. Vomitorium, uti in apoplexia sanguinea locum non habet, ita etiam in phlegmatica illud vix consultum est, si deglutiendi facultas jam penitus sublata sit; facile enim acris illa fluida materia (in ~~est~~ tor-

forma sicca plane adhiberi non potest) in asperam arteriam & pulmones defluere atque damnum inferre potest.

3. *Sal vitrioli*, quod a Langio tantopere laudatur, ubi opem tulit, magis cardialgico suffocativum, quam simpliciter apoplecticum fuisse affectum, existimandum est.
4. *Balsamorum apoplecticorum* sterilissimus hic est usus.
5. Paulo magis conveniunt *spiritus oleosi*, imprimis succinati, si, quod methodus docet, non solum externe adhibeantur, sed etiam ori guttatim immittantur.
6. Temperantia cum antispasmodicis plurimis profuerunt, maxime in nimio sanguinis orgasmo & climate calidiore; qui etiam pulveres tum præcipuum locum habent, si apoplexia in paralyfin terminetur, conjunctis moderatis alexipharmacis & regimine modesto.
7. *Externa illa sub methodo* quidem commemorata sunt, ordinarie tamen sine effectu adhibentur, ita ut *vesicatoria* ne vesiculam quidem excitent.
8. Caveant sibi seniores plethorici, mobilem vitam in otiosam, & lautam in super dictam, commutare.
9. In Finlandia apoplexia omnis ætatis homines promiscue infestare dicitur, & hoc quidem potissimum ex subitanea frigoris cum calore permutatione, quando, post capitis in templo refrigerationem, calida hypocausta ingrediuntur.
10. E quibus causis junioribus nascitur epilepsia, ex iisdem senescentibus provenit apoplexia.
11. Licet in quibusdam apoplecticis *polypus* in vasis cordis sit inventus, vero tamen magis simile est, polypum talem jam diu ante hujus affectus invasionem adfuisse: nam & in illis, qui palpitationibus cordis & anxietatibus laborarunt, post mortem polypi sunt deprehensi. Nequaquam etiam polypus totam cavitatem arteriæ explere potest, & sic frustrare de illo sunt speculationes. *pro opimento cordis hanc periculis non est si quis.*
12. *Specificæ* in pertinaci hoc affectu magis optanda quam expectanda sunt: hinc primarius labor eo tendat, ut congestio humorum versus caput præoccupetur & deriveetur; siue sint sanguinei, siue serosi. *medicinis purgatio laoni ad quinquies*
Seri regie et extravasem venie he videri TA-
ppone si pley ca. male di. an. us
moreq. usq. curand. ea. no. m. q. usq.

TABULA CIII.

DE

PARALYSI ET HEMIPLEXIA.

I. DEFINITIO.

1. *Paralysis* est repentina motus tonici vitalis in certa aliqua parte remissio, sensum & motum sive in totum, sive plurimum tantum, in illa auferens. Derivatur a *παράλυσις*, dissolvo.
2. *Hemiplexia* est abolitio sensus atque motus in toto corporis latere. Derivatur ab *ἡμι*, semis, & *πλῆσσις*, percutio.

II. DIFFERENTIA.

1. Differentiam *paralyseos* & *hemiplexie* monstrant definitiones, nempe *paralysis* est affectus magis partialis, *hemiplexia* autem dimidium latus occupat.
2. *Paralysis* differt gradus.
 - a) *Levis* *paralysis* est, quæ successiva invasione contingit. Hic obscurus adhuc sensus superest, & pars sensim inflatur.
 - b) Absoluta & plenaria *paralysis* omnem motum & sensum in parte affecta uno impetu tollit: unde ingens statim illius inflatio, ob sanguinis irruptionem, sequitur; qui supremus gradus *paraplexia*, vel *apoplexia partialis*, a nonnullis vocatur. Hanc constitutionem familiariter excipit *sphacelus*, ut leviorera gradum aridura.
3. *Paralysis vera* discernenda est a *spuria* illa *scorbutica*, ubi affectum membrum potentia quidem movendi destitutum est, restat tamen sensus exquisitus: adsunt videlicet dolores tensorii, tractorii, gravissimi.
4. Sicutiam distinguenda venit ab illa specie, ubi membrum quidem movere possunt patientes, sed nullus sensus adest, torpor potius & stupor: das Glied ist eingeschlafen.
5. Alia adhuc datur species *paralyseos*, quæ colicæ accedere observatur, & ad differentiam *paræsis ex colica* dicitur. In hac, post diu

0000

per-

v paraplexia

perpeffam ad afflictionem colicam, repentinatoni remiffio in exterioribus artubus occurrit; præcipue quando colica narcoticis, vel regimine fudorifero coactò, tractata fuit.

6. *Hemiplexia* fuos etiam habet gradus, uti fub *signis* dicitur.

III. *SIGNA*.

1. *Paralyfes*.

a) Abolitio fensus & motus in parte quadam.

1) Sive in *exigua*, e. g.

α) Sphinctere ani: unde excrementa alvina fatis retineri non poffunt.

β) Sphinctere veficæ: quo cafu ftillididum urinz est continuum.

γ) Mufculo linguæ: hinc balbuties, impotentia loquendi.

δ) Mufculo laryngis: unde impotentia deglutiendi, modo folida, modo ipfa adeo liquida.

2) Sive in *diffufa* parte, e. g. pede, brachio &c.

b) *Plenaria* paralyfis, feu *paraplexia*, omnem fensum & motum aufert, uti fub *differentia* jam dictum, adeoque partem infigniter flaccidam & turgidam reddit, *lenior* vero paralyfis nonnulla motus indicia relinquit.

2. *Hemiplexia*.

a) Hic alterum totum latus, nempe brachium, crus, pes, imo viscera circa illud latus interna, motus & fensus defectu occupantur.

b) Loquela vel tota, vel faltem diftincta, evanefcit.

c) In latere *fano* sæpius accedunt motus convulfivi, fpasmus cynicus, tortura faciei.

d) Totum latus *affectum* colore livido occupatum est, & ante, quam plane emoriantur, *spacelus* interdum accelerat. *appropriat.*

IV. *SUBJECTA*.

1. Paralyfis obtingit

a) Vel ipfi aliquando *infantili* ætati, fed non nifi debilitatæ, idque ab exanthematum, scabiei aut variolarum malo fucceffu & reliquiis, maxime omnium a contufionibus ac diftorfionibus,

bus, per incuriam & silentium famularum: rarius ab epilepticis exagitationibus.

b) Medix ætati obtingit maxime a spasticis dolorificis exagitationibus, quando membrum illud ab iisdem diu vexatum fuit; item post vehementes convulsiones epilepticas. Hæc species communiter conjuncta est cum aridura partis, seu atrophia, aliæ autem species, senioribus evenientes, turgescen-
tiam magis & ruborem exhibent.

c) Senescenti ætati obtingit magis tacite & idiopathice, e causis corporeis prægressis, e. g. neglectu evacuationum sanguinis, concurrentibus animi perturbationibus.

2. De reliquo paralyfis occupat homines debiles, otiosos, somnolentos, vinosos, iracundos.

3. Hinc præcipue corripit sanguineos & sanguineo-phlegmaticos.

4. Hemiplexiam incurrunt vel apoplectici, vel cum spastico-arthriticis motibus & doloribus diu colluctati.

V. PROGNOISIS.

1. Cura difficilis est, quia non tam cum materia, quam Agente interno militandum est; quæ difficultas in omnibus talibus morbis, quibus Principium vitale concurrere & motus perficere recusat, observatur.

2. Hinc veræ paralyfes, quam infrequentes sunt, tam contumaciter artis auxilium aspernantur.

3. Sponte etiam sua nunquam solvuntur, nisi animi commotionibus activæ intentiones, intercedant, e. g. incendium, invasio bellica. Sic Vir quidam illustri, scala decidens, a paralyfi, secunda vice jam repullulante, liberabatur.

4. Quantumcunque etiam paralyfis curetur, certius tamen recidiva, eaque gravior, expectanda est, ita ut raro tertius recursus observandus sit.

5. Gravior recursus, qui in junioribus præcipue contingit, vel in hemiplexiam, vel apoplexiam lethalem terminatur.

6. Levior paralyfis, uti successivam partis ariduram inducit; sic vehementiorem & plenariam, tumidâ & flaccescente parte conspicuam, sphacelus intra 3-4 dies facile excipit.

7. Ebricif, quando in paralyfin prolabantur, omnem simul memoriam & ingenium perdere obfervantur.
8. Præcipue etiam *lipæ* paralyfis talem memoriz labem, & puerilem quasi infipientiam inducit; in quo ftatu, quando juvenes funt, diu fuperftites manere, feniores autem, recurrente novo infultu, paraplèxia feu plenaria & perfectà paralyfi citius expirare obfervantur.
9. *Parefis* e colica longe quidem rarior eft, quam alia paralyfis, eandem tamen in cura difficultatem, præcipue in annofis, involvit.
10. *Hemiplexia* vitæ quidem periculum in unum vel alterum diem, imo aliquot fubinde menses, differt, frequentius tamen; fi totum latus, & ita capitis etiam medietatem occupaverit, in plenariam apoplexiam, quam in nudam paralyfin, transmigrat.
11. Hæc quo magis exquisite omnem motum fustulit, eo brevior tempore eft lethalis, inprimis ob refpirationis graviffimam læfionem, ab immobilitate thoracis in afflicto latere dependentem.
12. Verbo: paralytici & hemiplectici affectus in junioribus raro, in fenioribus rariffime tolluntur.

VI. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

A. Curatoria.

1. Generalis paralyfis & hemiplexie.

- a) Præfente plethora, aut confuetudine evacuationum fanguinis, larga ftatim Venz - fectione locum habeat. *Conf. cantele.*
- b) Præmittatur clyfter nervino - carminativus, cum Electuar. diacolocynth, Unc. femis & Sal. gemmæ Drach. II, acuat.
- c) Subjungatur purgans aliquod ex Effentia hellebori nigri, methode Stahliana parata, vel, fi nihil contraindicet, Vomitorium e tartaro emetico præfcribatur.
- d) In progressu curæ lenia laxantia helleborina fubinde interponantur.
- e) Ad partem paralyticam roborandam exhibeantur
 - 1) *luterne:*

a) Ge-

- a) Generalius alexipharmaca, conjuncto moderato regimine, e. g. Essent. alexipharm. Stahlī, imo ipsa Theriac. *Andromachi.*
 β) Salia volatilia cum Tincturis alcalinis remixta, v. g. Tinctur, Tonico Nervina Stahlī.
 γ) Succinata, e. g. Essent. succin. liquor C. C. succinatus, interpositis ubique antispasmodicis, cinnabarinis.
 δ) Infusa e nervinis, e. g. herb. Meliss. betonic. chamæp. chamædr. rorismarin. flor. Lavendul. spic. nard. salv. puleg. lilior. convall. stæchad. Arab. calendul. Cort. aurantior. Winteran. cinnamom. *ide lasian*
 ε) Specialiter pulvis lumbricorum terrestrium & oleum cinnamomi laudari solent. *intra qdpa*
 ζ) Specificam efficaciam habere dicuntur pilulæ Wildegan. sū genuinz.
- 2) *Externe.*
- a) *Radices:* Angelic. imperator, pimpinell. alb. Valerian. Levistic. Mem. irid. Florentin. fraxinell. cyper.
 β) *Herbæ:* Thym. Majoran. Mar. ver. puleg. betonic. ferpill. basilicon. origan. meliss. &c. *mentha*
 γ) *Flores:* Lilior. convall. chamomill. calend. melilot. matri-car. tanacet.
 δ) *Ligna:* sassafr. santal. Aloes; quæ omnia in forma balneorum, infusuum, fotuum, sacculorum, adhiberi possunt. *cremas*
 ε) *Gummata odorata:* ladan. bdell. Styrac. calamit. præcipue galban.
 ζ) *Spiritus* aromatizati nervini, aquæ spirituosæ, salia volatilia oleosa, præ omnibus autem spiritus acidus formicarum & lumbricor. terrestr.
- η) *Olea:* laurin. vulpin. petræ, limacum, vermium majalium.
- f) Ad sensationem revocandam laudantur
- 1) Frictio partis adfectæ modesta cum linteis calidis, sive ficcis sive spiritu serpilli aut formicarum humectatis,
 2) Agitatio membri moderata.
 3) Embrocationes,
 4) Urticationes.

5) Sinapismi e semin. sinap. eruc. rad. pyrethr. cum acet. destil-
lat. parat.

6) Cefio cum virgis; cavendo tamen, ne in calidis subjectis per
ultima tria remedia inflammatio excitetur.

g) Ad ariduram, per paralyfin inductam, conveniunt pinguedi-
nes animalium, e. g. canis rubri, vulpis, taxi, urfi, ardez &c.

2. *Specialis.*

a) Paralyseos *lingue*.

1) Ad affluxum avocandum usu veniant

α) Clysteres stimulantés, supra descripti.

β) Venæ sectio larga in pede, si plethora adsit.

γ) Purgantia.

2) Ad discutiendum præscribantur nervina, superius commemo-
rata, e. g.

α) Recip. rad. Cyper. Unc. I.

irid. Florent. unc. semis.

herb. Majoran.

Salviz.

Serpilli ana Man. II.

Flor. lavendul.

Spic. ana Man. I.

M. infund. cum vino, coq. addi

Spiritus formicar. Unc. I.

Sal. volat. oleos. unc. semis.

cum hoc decocto os sæpius calideleluatur.

β) Item conducunt linimenta e spiritu formicar. serpilli,
oleis nervinis, pingued. castor. emplastr. de galban.
caranna, v. g.

Recip. spirit. formicar.

Serpill. ana Drach. II.

Essent. castor.

ambræ ana Drach. I.

Ol. lavendul.

Majoran. ana Scrup. semis M.

γ) Interne, ad discutiendum, simul adhibeantur, quæ sub
methodo generali dicta sunt, ubi in specie in aphonia,
a crapula exorta, Tinct. antimon. tartarifat. laudatur.

b) ra-

*Sumantur
ad os.*

Sumantur

b) Paralyſis *ſphincteris ani & veſicae.*

Hic externe applicetur caſtoreum cum herbis aromaticis, inprimis ſerpill.

) *Hemiplexia.*

Valet hic cura apoplexiæ, ſpecialiter etiam ſectio raninarum, & in latere oppoſito irritantia varia & excitantia.

B. *Praſervatoria.*

1. Tempeſtivæ Venæ ſectioes, præcipue in adſuetis, plus præſtabunt, quam reliqua fere in univerſum.
2. Sic etiam præcipue revocationes fluxuum naturalium efficaces deprehenduntur, ſive ſanguineorum, e. g. menſium, hæmorrhoidum, ſive ferroſorum, v. g. fonticulorum.

VII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Venæ ſectio* non ita raro nullum uſum, imo ſiniſtrum effectum, exhibet: hinc bene conſiderandum eſt, an vel ætas, vel habitus corporis plethoricus, vel ſuppreſſæ hæmorrhagiæ &c. eandem expoſcant: quo caſu tanta quantitate, quanta fere tolerari poteſt, inſtituatur, & quidem in parte magis affecta, vel ad minimum directe circa partem in illo, quam oppoſito latere. Præſervative autem adminiſtranda, quovis modo commendari meretur.
2. Caveatur, ne pars adfecta nimio calore ſoveatur, facile enim ita intumeſcit, ut, cum motus tonicus deſit, ſphacelus inducatur.
3. *Nervina*, uti optime in hoc affectu conveniunt, ita tamen a nimis acribus, calido-humidis cavendum eſt: acria enim reſinoſa ſulphurea, exſtuatione nimia poros obſtruunt & malum exaſperant, præcipue quando ſanguis nondum ventilatus & temperatus eſt.
4. Obſtruunt etiam poros *unguiñoſa*, nempe pingued. animal. e. g. caſtor. canis, vulpis, unguent. de cane rubro: quæ, ſub forti frictione applicata, in rigore & aridura, ab externa vi obortis, magis conveniunt, quam in vera paralyſi, tacite & repente inducta. *Vid. diſſertat. de motus voluntarii uſu medico.*
5. Maxima cautione opus eſt, ne inflammatio in parte adfecta exoriar, ſphacelus enim metuendus venit: unde *olea deſtillata calida*, immediate & nude adhiberi, diſſuadentur; *temperata* vero, e. g. *ol. terebinth.* cum ſpirituofis dilutum, facilius tolerantur: hiſce autem externis oppido parum obtinetur.

*ad codemp
ratum e.*

6. *Salia volatilia*, seorsim exhibita, fidem non merentur: uti enim in rheumaticis & podagricis stuporem molestum inferunt, ira stupentibus jam membris majorem stuporem inducere observantur. Si vero usus illorum placeat, cum duplo, imo triplo Tincturæ alcalinæ remisceantur, & alvo bene respondente, ac corpore perspirabili, mixtura talis, non tamen largiter nec diuturne, propinetur.
7. Sic etiam experientia confirmat, quod usus lumbricorum terrestrium crudorum, oleorum, pinguedinum, medullarum e ciconiis, vulpibus &c. vanis speculationibus superstructus sit.
8. Liqueantem, pinguedo, vel oleum e vermibus nigris majalibus, *Scarabeis*, quid efficiat, ulteriori experientia relinquatur.
9. Sic etiam *Limacum* pinguedo seu oleum non quidem contemnitur, præstat autem, quod potest, raro quod desideratur.
10. Veteres specificè laudant *confectionem anacardiam*, & sane optandum, ut experientia satis faceret.
11. *Radix & flores arnica*, in causa grumofitatis ex lapsu, aliquid, sed revera non adeo multum, præstant: licet a Borello tantopere extollantur.
12. Omnes fere scriptores laudant *castoreum*; quod de externo illius usu quadantenus valeat; interne autem exhibitum varia potius incommoda producit.
13. Herba *Sideritis*, *Tetrahitis*, seu *Judaica* a Borello observat. 99. Cent. 4. in paralyfi æque ac pleuritide laudatur, dicente: balneo adhibita, medetur paralyfi, sotu vero pleuritidi; nec negandum, quod ab ejus usu insperata pleuritidis resolutio, & in paralyfi aliqua, licet exigua, efficacia observata sit, modus autem adhibendi non placet, sed loco balnei, tonum adhuc magis relaxantis, in paralyfi forma sacculi sive cataplasmatismatis commendatur.
14. Majorem efficaciam, frequente usu firmatam, adscribimus præcellenti antiparalytico *spiritui acido formicarum*, bene saturato & mediantem spiritu vini rectificatiss. præparato, quo sacculi & epithemata imbuantur.
15. Neque *nervina* odorem gratum spirantia, & hinc Principio vitali accepta, laude sua privanda sunt. *Conf. num. 3.* item *factum* cum speciebus aromaticis in vino decoctis, sacculi e pervinis cum vipo

- vino & pauca camphora, *spiritus* nervini, aromatizati, præcipue *spiritus serpilli*, citrini odoris, non hirsuti, male olentis, aliquoties abstractus, & cum tantillo camphoræ exaltatus. Fottus autem vaporosi humidi non adeo commode applicari possunt.
16. Paralytici ab aliis sibi artus moveri patientur, ne sanguis temere onosus hæreat: *frictiones* etiam non sunt contemnendæ.
 17. *Antiscorbutica*, imprimis calidiora, in vera paralytici cautissime exhibeantur.
 18. paralytici communiter etiam sunt *hælici*: unde tanto magis ab acrioribus & calidis abstinendum est, ne janua hæctice aperiantur. Conf. num. 3, 5, 6.
 19. Refrigerantia & humectantia maxime nocent: *mitiores* enim in *plenariam* paralytin & *phacelum* devolvunt.
 20. *Paresis* e colica tractatur
 - a) *Interno*: lenibus abstergentibus, carminativis, laxantibus, clysmaticis.
 - b) *Externe*: aperta alvo, fomentationibus, balneis vaporosis nervinis, & denique, non ab initio, humidis insectibus nervinis penetrantioribus.
 21. *Opiata* uti arthricos motus facile in paralyticam contracturam præcipitant, ita *alexipharmaca* sine regimine iterato-data, huic inducto malo succurrunt, ad tollendum autem illud non sufficiunt: vehementes *sudationes* nocent.
 22. *Emplastica* non sint nimis mucosa, nec resinosa calida, sed odore leni penetrantia; inter quæ eminent ceratum de galbano camphoratum, seu, ut vulgo dicitur, matricale.
 23. Alvi legitimus successus uti semper respiciendus est, ita interpositis spatiis aliquando laxatio conducit; cavendo tamen a stimulantibus, ne ani paralytis inducatur.
 24. *Nitri* usus, præcipue sub initium affectuum paralyticorum calidorum, mitigationem adfert.
 25. Laudatur etiam *Cinnabaris* ad gran. II. adjicienda.
 26. Coagulationi sanguinis, a casu violento, subvenitur per

*Compositum
Balt.*

aperitivo - diuretica ; ubi *radix rubie unclorum* non contennenda est : habent etiam usum diuretico- colliquativum absorbentia marina , acido soluta , & ad Drachmam semis exhibitā , adjuncto sale digestivo & Nitro ; externe *camphora*.

27. Exhibent vulgo *sanguinem hirci* vel *corallia* , acido soluta , ad scrup. II. alii spiritum *frutigenis* , de quo notandum , quod in rebus angustis temere non sit exhibendus. Conf. num. II.

28. Tandem adhuc notandum est , quod duo motuum extrema, nempe paralytici & convulsivi affectus , in uno individuo conjuncta , non raro occurrant , & quando unum membrum paralyssi adfectum , alterum oppositum convulsionibus exercatur ; sed uti ad *excessus* motuum specifica remedia detecta sunt , ita ad *defectus* talia adhuc desiderantur , quod , ad inutiles speculationes evitandas , probe observandum.



TABVLA CIV.

DE

AFFECTIBUS SOPOROSIS.

I. DEFINITIO.

1. *Lethargia* est affectus soporosus , idiopathicus , a congestione sanguinis versus caput , & subsequuta inde stasi originem ducens , ac omnium rerum oblivionem involvens. Derivatur a $\lambda\eta\rho\eta$ oblivio.
2. *Coma* est affectus soporosus , symptomaticus , a restrictione humorum versus caput in febribus acutis , minus recte succedenti.

tibus, ortum fumens, cum deliriis ut plurimum complicatus. Derivatur ab *ἄνυστο* *κῦβος*, cubo.

II. DIFFERENTIA.

1. Appellationes horum affectuum a nonnullis invertuntur, qui *lethargum* pro symptomate febrili, *coma* autem, in primis *somnolentum*, pro idiopathico affectu habent.
2. Sicetiam alii *Carum* his addunt, & lethargo leviozem pronunciant, quem contra alii graviozem esse lethargo. & medium inter hunc & *apoplexiam*, sine sensibilitate & spe excitationis, credunt.

III. SIGNA

1. Lethargi

a) Imminentis,

- 1) In dispositis pigritia & lassitudo.
- 2) Vertigo, tremor capitis vel dolor in posteriore ejus parte gravativus, profundus.
- 3) Perpetua ad somnum inclinatio, somnus profundior, sussurrus aurium, & sensuum hebetudo. *Vid. Foresti observationes.*

b) Presentis.

- 1) Præceps lapsus in altissimum somnum vel soporem, ut non solum ægrius excitari possit patiens, sed & licet exciteretur, sui & quarumcunque rerum immemor sit, ac magis magisque in somnum relabatur.
- 2) Pulsus, respiratio, color & calor a statu naturali non multum recedunt.
- 3) Et licet motus febrilis concurrat, est tamen ille communiter admodum lenis, minime autem exquisitæ & acutæ periodi.

2. Comatis.

a) Somnolenti.

- 1) Sopor diuturnus & ita profundus, ut immobiles jaceant ægri, more lethargicorum.
- 2) Suscitantur tamen facilius, neque adeo sensibilitate aut præfractè delirant, nec plane immemores sunt.

b) Vigilia, seu insomniæ.

- 1) Maxime quidem in fomnum propendent; hunc tamen non adsequuntur.
- 2) Delirant plerumque.
- 3) In audiendo, si adlocutus fueris, promissimi.
- 4) Si tetigeris illos, mox oculos elevant.
- 5) Interdum malum inferre tentant, lecto repente exsiliantes.

IV. SUBJECTA.

1. Lethargi.

- a) Personarum phlegmatico-sanguinearum, crassarum & obesarum.
- b) Seniores otiosi, lautarum & humidarum dietarum addicti, ac meridiari soliti. *ebriosi*
- c) Cataractis capitis & pectoris vexati.
- d) Qui usum fonticularum, vel scarificationes aduetas, ob aetatem provectiorem, imprudenter negligunt.
- e) Qui usum tabaci, vel fumi forma haustum, vel pulveris facie naribus inspiratum, subito omittunt, non raro in sopores incidunt lethargicos, vel in apoplexiam ferocissimam.
- f) Idem periculum imminet, senibus maxime, post diuturnas vigilias, curas & aegritudines animi, narcoticorum usum, ebrietatem, graves capitis contusiones, largiorem moram sub radiis lunae.
- g) Infantes obesi ab achoribus retropulsis lethargici quasi evadunt.

2. Comatis.

Comata accedunt subjectis, febribus acutis, malignis, decumbentibus, progressis insignibus capitis doloribus, deliriis, usu opiatorum, stupefacientium.

V. CAUSÆ.

1. Causa *materialis remota* omnium horum affectuum est plethora.
2. Causa *materialis proxima* est stasis sanguinis, a congestione versus caput exorta.
3. Causa *formalis* est tardium principii vitalis ad motus illos eluctatorios, evacuationem sanguinis per nares respicientes.

4. Et

4. Et sic lethargus ratione caufarum magnam convenientiam habet cum apoplexia.
5. *Caufas occasionalis & procatarticas* in descriptione *subjectorum* jam indicavimus.

VI. PROGNOSIS.

1. Seniores fomnolenti, nisi dixta lauta & vitz genus otiosum mature mutetur, in fomnum denique profundissimum & lethalem delabuntur.
2. In plenario *lethargo*, ubi prorsus excitari non possunt patientes, intra quartum & septimum diem communiter moriuntur; nisi xtas vegetior, aut insperata eruptio purulenta ex infundibulo, naribus, vel auribus contingat, quod post vulnera capitis, aut acutos ejusdem affectus, interdum observare licet.
3. *Coma* vix non ejusdem discriminis est, cujus lethalityatem sudor frigidus denunciat.
4. Sarius est, ut lethargo superveniat phrenitis, quam phrenitidi lethargus.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

A. Curatoria.

1. In Lethargo.

- a) Ad sensus exfuscitandos, & decubitus humorum a capite partim revellendum, conducunt
 - 1) Clysteres stimulantis vel suppositoria acria e colocynth. spec. hirtz, diagrid. agaric. sal. gemmz.
 - 2) Ligaturz partium oppositarum.
 - 3) Frictiones.
 - 4) Vesicatoria.
 - 5) Cataplasmata rubefacientia, plantis pedum & volis manuum applicata.
 - 6) Salia volatilia, naribus admota.
 - 7) Pilorum evulsio.
 - 8) Clamores & acu puncturz.
- b) In plethoricis, post applicationem clysteris, statim Venz sectio instituat, & deinde, si necessarium videatur, hirudines applicentur: *ad venas pedum hinc & inde*.

c) Ad motum sanguinis translatorium & organicum componendum conjungantur

1) *Interne* pulveres antispasmodici Nitroso - Cinnabarini cum lenibus alexipharmacis.

2) *Externe* camphorata, bufo exsiccatum, pectinatio vel scalptio.

d) Et quoniam in nonnullis subjectis primarum viarum cruditates praesto sunt, ubi caput per consensum afficitur, adhibeantur in his praeparantia & evacuantia, nempe vel vomitoria, vel purgantia Jalappina, helleborata.

e) Subjunctis iis, quae materiam mucosam discutiunt, & caput roborant, e. g. radicibus catarrhalibus, Essent. succini, Tinctur. Antimon. cum spiritu C. C. rectificato.

Es. Alernph.
2. In Comate.

a) In utroque comate febris decursus respiciatur

1) *Interne* per antifebrilia, diaphnoica, conjunctis cinnabarinis & discutientibus.

2) *Externe* per camphorata, bufonem exsiccatum.

b) Adhibitis simul excitantibus, e. g. vesicatoriis, odore salium volatilium &c.

B. Praeservatoria.

1. Causarum antecedentium occupatio & sublatio ubique respiciatur.

2. In senibus mucosis temperamentum corrigatur, & humores a capite revellantur.

3. Praescribantur in hunc finem phlegmagoga ex agarico, jalappa, colocynthide, vel, in sanguineis, helleboro nigro; quae singulis anni quadrantibus repetantur.

4) Subjungantur amara sulphurea, e. g. radices & herbae catarrhales, item gummi-resinae, vel pilularum vel infusi forma, circa zquinoctia usurpanda.

5. Dixta conveniens ubique injungatur, nempe cibus parcius, arduatissimus, siccior, assatus, potus aliquando vinosus, vinum amarum medicatum, motus corporis consumptorius, excitantia per sal quoddam volatile.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Vene sectio* ante instituenda est, quam sanguinis stasis in suppurationem perveniat, alias plus nocet, quam prodest.
2. A *sternutatoriorum* usu plane abstinendum, quod affluxum ad caput magis provocant: quando autem justa suspicio adest, stasis in suppurationem & maturitatem jam transiisse, tum possunt adhiberi, sub spe, an forte per illas vias pus eliciatur.
3. *Fonsiculi* senioribus mucositatem serosam a cerebro revellunt, & sic itales soporosas occupant.
4. *Cucuphe* & similia topica nervina muniunt capitis partes ab infarctu seroso, & ita in phlegmaticis locum habent, modo camphora condiantur; in sanguineis autem congestionem accelerant, & obfirmant.
5. *Comati* uti directe nihil adhiberi potest, ita observandum, quod, si versus dies criticos patiens obdormiscat, & libere transpirare videatur, exiguus, imo plane nullus metus interveniat.
6. Hinc non turbandi sunt tales patientes, qui a die quarto ad septimum somnolentia tali corripiuntur, & vigiles facti, alacriter sese habent, ac vel urinam vel alvum excernunt, vel potum desiderant & iterum obdormiscunt; medicamenta saltem ipsis evigilantibus propinentur.
7. In *Comate camphorata*, vertici & temporibus largiter applicata, usum præstant; quo etiam pertinet emulsio ex aceto, nucleis persicorum cum camphora.
8. Sic etiam unguentum alabastrinum facit, quod potest.
9. *Castoreum* suo loco relinquendum est, solet enim, externe etiam exhibitum, narcoticum præstare effectum.
10. *Coma*, ab Opio inductum, per odorem aceti nihil auxilii expectat, & quando negotium eo processit, ut perpetua in somnum propensio jam appareat, res fere conclamata est; nisi forte salia volatilia, repetitis vicibus naribus adhibita, aliquid conferant.
11. *Lethargus*, uti in junioribus & alacrioribus subjectis raro evenit; ita somnolentia illa, ab externa violenta cerebri concussione inducta, vix lethargicæ indolis reputanda est: sæpius enim evigilant, non ita obliviosi sunt, & spes vitæ affulget,

melius dr.
epithema
fronti
velicis app
canda.

13
me
14

præcipue quia *pm* per aures & nares sponte erumpere in illis observatur, & sic sine Medici concursu, cujus manus in talibus casibus perbreves sunt, restituitur.

11. *Salsa volatilia oleosa* commovent quidem, sed non corrigunt, hinc nullo modo adhibeantur.



TABULA CV.

DE

LIPOTHYMIA ET SYNCOPE.

I. DEFINITIO.

1. *Lipothymia* est notabilis vitalium & animalium actionum, ad minimum quoad sensum, abolitio, a defectu motus vitalis pulforii originem ducens. Derivatur a *λείπω* deficio & *θυμός*, animus.
2. *Syncope* est plenaria vitalium & animalium actionum, ad minimum quoad sensum, abolitio, a defectu motus pulforii dependens. Derivatur a *συγκόπτω*, concido.

II. DIFFERENTIA.

1. *Lipothymia* & *Syncope* diversa quidem sunt nomina, unus autem idemque est affectus, & non nisi gradu differens, uti e signis patebit.
2. Hic affectus est vel idiopathicus, vel symptomaticus: ille sine aliis urgentibus morbis obvenit, hic autem accidit vel chronicis, vel acutis, e.g. *Scorbuto*, febribus malignis.
4. Differentiam *lipothymiz* & *synopes* ab *Apoplexia* docent signa utrorumque affectuum inter se collata. *Vide Tabulam de apoplexia* & quidem different. num. 2.
4. Differentia *Lipothymiz* a convulsivis affectibus innotescit ex flacciditate corporis, in *lipothymicis* præsentē,

5. Quo-

5. Quoniam mors ipsa non nisi gradu a Syncope differt, in dubio statu sciendum est, quod quamdiu Syncope adfit, flaccescentia artuum appareat, morte autem subsecuta, corpus rigidum redatur, præcipue sub ultimo convulsionis molimine.

III. SIGNA.

1. Præcedit communiter notabilis circa cor anxietas.
2. Succedit repentina virium & actionum veluti disparitio, non solum animalium, sed & ipsarum vitalium;
3. Ita ut sensus, motus & pulsus officia sua amisisse appareant.
4. In lipothymia quidem debilissima adhuc pulsatio, vel potius tremor solum cordis cum respiratione, vix tamen sentienda, observatur.
5. In syncope autem plenaria ἀσφυξία seu pulsus & respirationis omissio apparet, ita ut sine ullo vitæ indicio patientes conspiciantur.
6. Pallor faciei morti similis est.
7. Nullus in corpore vigor, sed torpor & flaccescentia sese manifestant.
8. Frigus, ad minimum in extremitatibus, sentitur.
9. Oculi sunt clausi, aut saltem turbidi.
10. Osetiam clausum est, sed non constrictum, aliquando autem indecore hians.
11. Quamprimum ad sese iterum redeunt, profunda suspiria & respiria in iis observantur.

IV. SUBJECTA.

1. Lipothymia *idiopathica* rarior est quam *symptomatica*, & evenit in genere
 - a) Admodum teneris, sensibilibus, animi commotionibus, præcipue terrori, obnoxii: Temperamento melancholico vel phlegmatico - melancholico præditis; vel denique e quacunque antea causa Lipothymiz ad suscitatis.
 - b) In specie autem iis, qui indefesso studio, ~~pro~~ ^{propter} dictas occasiones, speculantur.
 - c) Item gravidis, quæ pectus & abdomen nimium constringunt.
 - d) Sic etiam virgines aliquando inter partum syncope corripiuntur, unde suspicionem incestitatis, eamque non semper injustam, incurrunt.

e) Evenit etiam aliis, qui animi pathemata inter cibum admittunt, eaque suppressere coguntur.

2. Lipothymia Symptomatica evenit familiarissime

a) Fœminis spisso & mucido sanguine præditis, ob fluxum Mensium impeditiorem: ubi satis frequenter hysteriarum exempla occurrunt, quæ per plures dies syncoptico tali affectu corripiontur.

b) Qui Hyperemesei anxia defatigati sunt.

c) Profusionibus sanguinis, sudoris, diarrhœæ, lactis, magnis doloribus, insolitis laboribus exhausti cum inedia.

d) Voracibus, qui ventriculum insolita quantitate & perversa qualitate ciborum exonerarunt.

e) Puerperis post partum laboriosum, refrigerium, lochia nimia.

f) Qui adventitia extraordinaria passi sunt, e. g. Venena, Lapsus in ventriculum, refrigeria &c.

g) Qui febribus acutis vel intermittentibus correpti, corpus calidum, vel leni diapnoë tepescens, repente refrigerant, vel post easdem febres præmaturè crudis vel nimis cibis ventriculum replent. *Sem dysenteria aut colica laborant*

h) In specie ubi febres epidemicæ malignæ imminet.

i) Denique qui excretiones debitas e. g. Solutionem alvi, non experiuntur.

V. CAUSÆ.

1. Nexus Causalis in hisce affectibus, præcipue idiopathicis, eandem, quam in Apoplexia & Paralyfi, involvit difficultatem: nulla enim planè connexio & proportio harum mentis fictionum cum crasi & motu sanguinis apparet.

2. Materiales sane causæ hic non sufficiunt, tam magnam desperationem Naturæ inducere; quod velexinde elucescit, quia affectus tales lipothymici & syncoptici sine conspicua materia occurrunt.

3. Hoc autem certum est, quod animus meticulosus & diffidens, cum statu plethorico conjunctus, hisce motuum defectibus fundamentum in genere subministret.

4. Causas præcatarrhicas & occasionales in descriptione subjectorum jam

item à corruptione à commiseratione, ab aspectu venarum, febri emissa, semper apparet Epistemicorum.

indicavimus. Hisce accedunt: fama mortis personæ alicujus dilectæ, periculum vitæ ex improvise coarctans, incendium vel quæcunque alia Naturæ adversa,

VI. PROGNOSIS.

1. Lipothymia idiopathica, quæ in sensibilibus, sanis, Melancholicis, evenit, & aliquid pathetici, e. g. Terroris, timoris, anxietatis conjunctum, seu proxime prægressum, pro fundamento habet, magnam raro considerationem, ad minimum in præsens, meretur.
2. In futurum autem pejoris semper ominis est: tum ad morbos in genere, si hi aliquando ingruant: tum in specie, quod tanto facilius in tali constitutione expectandi sint.
3. Lipothymia autem symptomatica majoris est momenti: adfecta quidem, & quæ morbis chronicis conjungitur lipothymia, minoris est periculi, quam quæ acutis & malignis accedit.
4. Morbus acutus, qui a Lipothymia initium sumit, non est boni augurii.
5. Quæ lipothymia incremento morbi, vel status initio supervenit, paulo minus periculosa est, cum ibi omnia sint laboriosa.
6. Quæ autem morbi statui, ad Crisin vel debitas declinationes spectanti, accedit, longe pejoris est præ sagii: quamvis & hic adfectio periculum minuere possit.
7. Quæ suppressioni debitarum, in certis morbis, excretionum supervenit, tantæ non est considerationis, quam quæ sine evidente aliqua causa morbis accedere solet.
8. Quæcunque Lipothymiz aliis affectibus accedunt, per se comode non tractantur: quando enim ipse morbus per legitimas secretiones & excretiones feliciter decurrit, & symptomata urgentia congruo modo mitigantur, tum sponte sibi restituitur Natura.
9. Syncope diuturna sæpe febres post se relinquit.
10. Syncope ab Hæmorrhagiis nimis periculosa est, maxime in subjectis trepidis, & minus adfuetis: unde Puerperæ, lipothymicæ, quod à syncope ad mortem sæpius transeant sollicitè observari, & à somno quavis ratione distineri debent.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

A. Methodus generalis, Lipothymiam magis idiopathicam respiciens.

1. Principium agens ad motus exfufcitetur. Faciunt hoc
 - a) Clyfteres ftimulantes.
 - b) Adfperſio aquæ frigidæ.
 - c) Odoꝛifera penetrantiora, e. g. Salia volatilia, nempe ſpiritus C. C. Salis armoniaci, item ſpiritus Cinnamomi, Lilliorum Convallium, Aqua Hungarica. *Balmum Anagiſt.*
 - d) Relaxatio veſtium.
 - e) Decubitus Horizontalis in lecto calido.
 - f) Frictiones.
 - g) Sternutatoria.
 - h) Piper vel ſal volatile, linguæ imponenda.
2. Facta excitatione natura trepidans refocilletur, & diſcuſſio ſanguinis intendatur; quod obtinetur
 - a) per analeptica, e. g. fiat potio aromatifa ex aqua ceraſorum nigrorum, borraginis, Flor. tiliz, acaciz, lil. convall. naph. lavend. Cinnamom.
 - b) per eſſentiam alexipharmacam Stahliz.
 - c) per Syrupum acetofitatis Citri, Roſarum, de canell.
 - d) per hauſtum vini generoſi, vel eſſentia croci imbuti.
3. Febris præcaveatur. In hunc finem conducunt:
 - a) Continuatus modicus uſus dictæ eſſentiz alexipharmacæ.
 - b) præcipue pulveres Nitroſo - abſorbentes, cum Sale quodam digeſtivo, Antimonio diaphoretico & momento cinnabaris combinati; ubi verſus ſomnum lene anodynum, e. g. Theriaca, exigua doſi addi poteſt.

B. Methodus ſpecialis, pro diverſis cauſis lipothymiz ſymptomaticæ varians.

1. Ubi lipothymia a prægravatione ventriculi poſt paſtum, vel etiam a debilitate primarum viarum, ſine occaſione, cum imminuto appetitu & ruſtibus nauſeoſis obtingit, ibi digeſtiva, laxantia, & ſi nihil contraindicet, matura emetica, conveniunt.
2. In turbato uteri ſtatu, & ſanguinis menſtrui impedito ſucceſſu, pilulæ Beccheri omnibus aliis palmam præripiunt, ſi ſufficiens humectatio & corporis motus ipsis conjungantur.
3. In cauſis hypochondriaco - hyſterici mali tractandus eſt affectus, uti Tabula de malo hypochondriaco - hyſterico indicatum eſt; præcipue autem in tali ſtatu locum habet Elixir antihypochond-

*Elixir Anagyſt.
ſolichondriacum.*

chondriacum, e Mixtura simplice & extracto panchymagogo Crollii paratum.

4. In febribus intermittentibus quando lipothymiz occurrunt, cruditates per digestiva & lenia laxantia eliminantur, subjunctis, ut moris est, alexipharmacis temperatis, *Conferantur Tabule de febribus intermittentibus.*
5. In febribus acutis si lipothymiz obveniant, nitrosa, digestiva, & absorbentia in principio, alexipharmaca in statu, continentia tranquilla cum regimine, diapnoico in declinatione, adhibenda sunt: conjunctis ubique analeptics ex aquis fragrantioribus temperatis, Syrupo acetositate citri, manibus Christi perlati, confect. de hyacinth. alkermes, &c.
6. In Causa hyperemeseos prescribatur vinum aromatizatum calidum, & versus noctem theriaca.
7. Quando terror lipothymiam induxit, tum profunt gemmata, specificis hyacinthus preparata, adjecto gran. I. M. P. de Cynoglossa. Vulgus exhibet specificum cephalicum, pulverem Marchionis.
8. Ubi ab ira excitatur lipothymia, quo casu saepe prodromus est febrium cholericarum, ibi emesis satis matura, vel Nitroso-absorbentia, profunt.
9. In lipothymia post nimias haemorrhagias, sudores, diarrhaeas, immodicos labores, cum inedia conjunctos, analepsis alimentosa requiritur, e.g. gelatinosa, restaurantia, cum tonicis coralatis, gemmatis.
10. Homines de reliquo sani, quando sub Venae sectione preservatoria lipothymia corripuntur, medicatione non indigent, facies modo aqua frigida adspargatur, vel acetum destillatum aut sal quoddam volatile naribus admoveatur.
11. In lipothymia cum apoplexia conjuncta, vel in statu dubio, suspectis etiam causis antecedentibus, Venae sectio in senioribus, ad hunc affectum alias minus proclivibus, commendatur.

C. Methodus preservatoria.

1. Causae antecedentes, quantum fieri potest, removeantur.
2. Cruditates primarum viarum, ut fomes ἀσφυζίας, tollantur per digestiva & congrua laxantia.

*Frigidum
ore desinit
idem si v. e.
deumbent*

3. Animus a passionibus & speculationibus liberior conseruetur.
4. Excretionibus debite promoveantur.
5. Excitantia remedia in subjectis, ad lipothymiam inclinantibus, semper presto sint, ut affectus statim preoccupari possit.
6. Motus corporis moderatus nunquam negligatur.

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Clysteres ad Naturam excitandam prius adhiberi non debent, quam si lipothymia ad quadrantem horæ duraverit.
2. Ubi vero aliqua vitæ signa adhuc presto sunt, ibi illorum usus plane potest prætermitti.
3. Durante lipothymia medicamenta interna tuto propinari non possunt, quia facile arteriam asperam ingrediuntur.
4. Methodus vulgaris commendat *spirituosa* fortiora, interne propinanda, ad spiritus, ut dicitur, excitandos, sed sanguinem fortius exagitant, ac morbo præjudicium adferunt. Et licet ad sensus revocandos aliquid præstent, plus tamen velleitationes, frictiones & punctiones in partibus sensibilibus ad hunc scopum contribuunt. *vg. ad præcedenda*
5. Sic etiam post excitationem vitrum generosi vini plus analepticæ virtutis præbet, quam omnia balsamica acrica, nisi forte speciali odoris gratitudine aliquid præstent. *vg. Bras. Apoc. Hoff.*
6. Non vana est vulgaris illa commendatio, quod lipothymicis post paroxysmum propinari debeant Medicamenta, sanguinem coagulatum *resolventia*: in tali enim ad interiora congestione non tantum spissitudo sanguinis inducitur, sed facile etiam stases circa viscera, & febres inflammatoriz, exoriuntur.
7. Natura ipsa hanc indicationem subministrat: nam profunda illa *respiria* post excitationem nihil aliud intendunt, quam sanguinis, præcipue circa pulmones & hypochondria hærentis, diffusionem.
8. *Somnus* post paroxysmum non statim concedatur.
9. Hilaris animus ad vires recuperandas, & anomalias motuum san-

sanguinis przveniendas, magis hic valet, quam ulla medicamenta.

10. *Febris* si statim post lipothymiam percipiatur, analeptica illa spirituosa, imo ipse haustus vini, prztermittantur, & mox antifebrilia in usum vocentur.
11. *Vomitivum* commode propinatur in lipothymia, a terrore vel iracundia tacita post pastum exorta: melius enim est, ut cibus rejiciatur, quam male digeratur; modo vires respondeant, & subiectum sit evemetum.
12. Calore tolerabili patientes tales foveantur.
13. *Quæ* subiecta sub Venæ sectione ad lipothymiam inclinant, illis Vena non nimium est liganda; caveant etiam sibi, ne pleno Ventriculo sanguinis ventilatio infixuatur, neque statim post eandem assurgant.
14. Denique consideratu dignissimæ sunt duæ sequentes observationes:
 - a) In lipothymia, quæ a rebus *presensibus* excitatur, corpus ægrotorum vehementissime constringitur, vasa fortiter detumescunt, patientes non prorsus in terram procidunt, sed aliqualem adhuc impetum resistendi ac sese salvandi ostendunt, e. g. sunt lipothymici, qui sub Venæ sectione omni vi chirurgi manus, vulnusculem ligantes, detrudere conantur; de qua actione, finito paroxysmo, vix possunt persuaderi.
 - b) Quando autem lipothymia ob res adhuc *futuras* exoritur, ægrî facile in terram procidunt, & ab omnibus animalibus & vitalibus actionibus desistunt.



TABULA CVL

DE

TREMORE ARTUUM.

I. DEFINITIO.

Tremor artuum est membrorum perpetua vicissitudine in contrarium agitatio, a deficiente tono & nisu partium originem ducens.

II. DIFFERENTIA.

1. Tremor artuum contingit

a) Vel *active*, e. g. in terrore, ira, gaudio, febribus intermitentibus &c. quales artuum tremores ad motus semi-convulsivos referendi sunt.

b) Vel *passive*, qui tremores a causa privativa dependent, & ad affectus semi-paralyticos pertinent; de quibus hic agimus.

2. Hi passivi tremores distinguendi etiam veniunt a motibus illis tremulis, qui a causis mere externis oriuntur, e. g. humida partium exteriorum refrigeratione, copioso potu calido, Thee, Coffee, in conclavibus frigidis ad sudorem usque adsumto.

III. SIGNA.

Hæc per se satis sunt manifesta.

IV. SUBJECTA.

Tremor artuum, a privativa causa dependens, evenit familiariter annosioribus, in quibus Principium vitale a vigore suo notabiliter remittit.

V. CAUSÆ.

1. Causa interna est nervorum flacciditas & toni remissio.

2. Causæ externæ sunt:

a) Evacuationum artificialium, tam sanguinis quam reliquorum humorum, neglectio.

b) Regi-

b) Regimina positive diaphoretica.

c) Abusus spirituosorum.

VI. PROGNOSIS.

1. Tremor artuum in senibus est affectus valde pertinax.
2. Quo magis in habitum deductus est, eo difficilius curatur.
3. In recentiore tamen casu spes est restitutionis.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Primæ viæ ante omnia expurgentur per rhabarbarina & helleborata, e. g. Essentiam hellebori nigri, methodo Stahlianâ paratam.

2. Adsueta Venæ sectiones & scarificationes reassumantur,

3. Tonus partium restituatur

a) *Interne per*

1) Mixturam Tónico-nervinam Stahlî.

2) Vinum medicatum e nervinis paratum, e. g. herb. serpill. chamæpith. rorismarin. Flor. lavendul. spicæ, lign. juniper. santal. citr. sassapar. guajac. aloës, bacc. lauri, juniperi.

b) *Externe per*

1) Spiritum abstractitium serpilli &c.

2) Castorina.

3) Fodus ex herb. matricar. tanacet. sabin. aliisque coronariis paratos.

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quæ Cautelæ Tabula de paralyfi traditæ sunt, illæ etiam hoc loco observentur.

2. Præcipue a nimis calidis abstrahendum est, alias atrophia facile inducitur.



Rrrr

TA-

TABVLA CVII.

DE

MEMORIÆ DEBILITATE.

I. DEFINITIO.

Debitas memoriæ est species sensuum internorum læsionis, varia phantasiæ & iudicii vitia sensim inducens.

II. DIFFERENTIA.

Debitatio memoriæ, quæ per ejusdem abusum & fatigationem inducitur, differt a reliqua obliviositate aut simplice debilitate, quæ non tam nudum defectum, quam contusionem memoriæ involvit.

III. CAUSÆ.

Memoriæ debilitatem inducunt:

1. Frequens illius usus seu potius abusus in ediscendis vocabulis variarum præcipue linguarum.
2. Paralytica capitis, in specie linguæ, afflictio.
3. Violentæ capitis læsiones.
4. Tolerati gravissimi capitis dolores in affectibus phreniticis &c.
5. Ebriositas. *abusus Tabaci Catholici & non per nos.*
6. Veneris abusus. *nam p. p. p. p. p.*

IV. PROGNOISIS.

1. Omnes memoriæ læsiones, si medicamenta spectemus, curatu sunt difficillimæ, nec, nisi vitæ genere mutato, & omnibus animi pathematibus ad tranquillitatem gratam ac lætabundam reductis, vix ullo modo sublevandæ.
2. Ante omnia summe difficilis successus est illa memoriæ læsio, quæ cum paralytica debilitatione quarumcunque circa caput partium, in specie linguæ, connexa, & communiter simul leviter delira existit.
3. Inclinant vel ad somnum profundum, eumque fatis tranquillum, qui tantum abest ut stupiditatem illam imminuat, ut notabiliter potius eandem augere observetur;

4. Vel

4. Vel vigiliis excedunt, & hac ratione deliria invitant.
5. Ex his duobus incommodis per mediam semitam emergere, difficultimum est, nisi ipsa Natura, subjucunda praezipue totius vitae mutatione, ad sese redeat.

V. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

Ad hanc motuum & sensuum vitia, seu, ut loquuntur, spirituum defectus, sequentia remedia vulgo commendantur:

1. Odore & sapore grato praedita, e.g. Essent. ligni aloës, ambræ.
2. Volatilem & spirituosam indolem exhibentia, v.g. aqua magnanimitatis, aromatica, spirituosissima.
5. Alia sic dicta Nervino-analeptica, inprimis ubi notabilis virium defectus occurrit: sunt enim non pauci, qui sub obliuiofo stupore maxime robusti sunt, copiose edunt, optime nutriuntur, ac proinde analepticis talibus non indigent.

VI. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICAE.

1. Uti speciales medicationes huic adfectui non satis faciunt, ita generales ventilationes debitarum excretionum, inprimis, ubi locum habere videtur, sanguinis, partim subleuant Naturam, partim officii sui debiti illam admonent.
2. Non expedit, obliuiofis talibus aliquid aduersi & ingrati injungere: his enim occasionibus ad promptius succedentia deliria disponuntur.
3. In quibus Vena scelis locum habet, in illis prius non instituat, quam primæ viz mediocriter evacuatæ sint.
4. Externe laudantur Cucurbe & nervinis & aromaticis paratæ, nempe herb. majoran. hyssop. flor. spic. lavendul. cinnamom. cardamom. cubeb. caryophyll. lign. aloës &c. item commendantur spirituosissima, oleosa, balsamica; sed optandum, ut eventus expectationi responderet.
5. Pulvis Abbatis Trishemi a Joh. Wolfio tanta in hoc genere laude extollitur, ut hinc memorabilibus suis eundem inferendum duxerit; sed specificam aliquam ab illo efficaciam expectare, frustraneum est, licet omnia fere, quæ profant, aromata, & vulgo credata meliora analeptica, perlas, corallia, contineat.

2. fol. 55. f. 10.
 Sem. cumin.
 Aneth.
 Rad. Zedaira.
 Ambr. 3p.
 Caryophyll.
 calam. Arom.
 Rad. yalaag.
 Bimprill.
 nuc. mosch.
 Herb. Calu.
 Rad. valer.
 Sem. anij.
 an. 3.
 Sauber. 3.
 M. p. 10. 3.
 in hoc libro
 dentes in v. 10. 3.
 maj. sch.

vid. sine de replexia

TABVLA CVIII.

DE

MELANCHOLIA.

I. DEFINITIO.

Melancholia est læsio & perturbatio phantasiæ, quæ rectam ejus & ordinatam agendi ideam interrumpit, ut aliena inde idea quasi inferatur, & secundum hanc actiones perperam exercentur. Derivatur a μέλαινα, nigra & χολή, bilis; secundum hypothesein Antiquorum.

II. DIFFERENTIA.

1. Melancholia est vel *tristis*, vel *juvunda*, vel *mixta*; quæ differentia temperamentorum diversitati potissimum innititur.
2. Differt Melancholia ratione *causarum*:
 - a) In aliis enim a sola mentis falsa præfiguratione & æstimatione dependet, & høs perpetuo communiter affligit:
 - b) In aliis a corporeis læsionibus excitatur, & in his per occasiones satis proportionatas evenit; quo nomine melancholia præcipue *hypochondriaca* satis nota est.
 - c) In aliis *mixtus* occurrit affectus, e. g. quando Melancholia a corporalibus causis prima rudimenta accepit, per accedentes autem morales causas talia augmenta nanciscitur, ut, sublatis licet corporeis causis, perpetua tamen anxietate & inquietudine detineantur.

III. SIGNA.

1. Animi anxietas sine omni rationabili causa, unde conqueruntur: Das Herz sey ihnen so schwer / die Welt zu enge / es wäre als ob sie einen Mord begangen / oder als wenn Himmel und Erde auf ihnen lägen.
2. Fastidium omnium rerum, antea etiam acceptarum, ipsius adeo vitz.
3. Lacrymarum frequens effusio,

4. Alii

4. Alii amplius spatium desiderant, fenestras aperiunt, & effugere conantur; incarcerati enim sibi videntur.
5. Alii habitacula clausa desiderant, & ob metum capturarum, supplicii capitalis, &c. sese abscondunt.
6. His animi angustiis junguntur vitia motuum in corpore, nempe
7. Palpitatio cordis.
8. Respiratio profunda, laboriosa.
9. Motus tonici modo stricturne: unde horror, pallor, & aspectus extenuatus.
10. Modo illius remissiones: unde repentinus rubor, volaticus ætus, lassitudo & virium defectus.
11. Alvus ut plurimum pertinaciter adstricta est.
12. Animi anxietatibus etiam adnumeranda veniunt gravia *insomnia*, talibus subjectis familiaria, quando scilicet melancholico - sanguineis de repentinis incendiis, sanguinis in proprio corpore per alios effusionibus; ferosis autem magis de profundis aquarum gurgitibus, transitu per illos, cum periculo submerisionis, *insomnia* obtingunt.
13. His accedunt pavores sub somno, a quibus sæpius excitantur cum summa animi consternatione & anhelitu laborioso.
14. In melancholia *jucunda* circa res ludicras, obscenas, occupati sunt patientes. Huc spectant levia illa chronica deliria, ubi Reges vel Principes se esse existimant.

IV. SUBJECTA.

1. Melancholiz subjecta vel solius affectus denominatione innotescunt, sunt nempe personarum
2. Temperamenti præcipue melancholici, vel sanguineo - melancholici, ubi & animi & corporis constitutio, ad hunc affectum fovendum, optime quadrat.
3. Specialiter huic affectui subjacent litterati, hypochondriaci, splenerici dicti, & sæminæ hysterice.

V. CAUSÆ.

1. Sub *differentia* jam dictum est, quod melancholia modo a solis animi præfigurationibus, modo a corporis læsionibus originem ducat.
2. Licet enim anima, secundum substantiam sui, *anima sensitiva* sit, intima

nam tamen ac realem *συντάξις* subit, quatenus cum corporis necessitatibus conspirat.

3. Unde læsiones in corpore sive præsentēs, sive saltem imminentes, in animam redundant, & anima, immoderatis conceptibus & æstimationibus turbata, anxias tales ideas in corporis directiones iterum impendit, & sic reciproco damno corporis perturbationes menti, & mentis iterum corpori laborem facessant.
4. Causæ itaque sunt
 - a) Vel *materiales*, e. g.
 - 1) Sanguinis spissitudo, detentio, & incarcerationio circa Venam portæ.
 - 2) Mala dispositio partium nobilium internarum, e. g. constitutio scirrhusa, ulcerosa imo actu ulcerata; quales patientes non solum ad mœrorem, pavorem, fastidia, omnis spei abjectionem, verum etiam ad iracundiam inclinant.
 - 3) Fluxus hæmorrhoidalis suppressus in viris, & mensium perturbationes in fœminis, ad causas antecedentes pertinent.
 - b) Vel *immateriales*, v. g.
 - 1) Abusus speculationum & profundarum impressionum.
 - 2) Conscientiæ labes, contemptus, illusiones.
 - 3) Frustratio spei diuturnæ.
 - 4) Terrores, timores, ab infantia jam inducti.
5. Deducuntur communiter hæ & aliz mentis læsiones a mala spirituum crasi, unde tumultu quodam agant, turbulentas ideas formant, easque animæ objiciant; quæ perversum inde conceptum *patiatur* potius, quam *agat*: sed actiones non sunt tumultuariz, verum fictioni mentis exacte respondent.
6. Sic etiam idea mentis periculose corporis constitutioni admodum analogæ est, e. g. incarcerato sanguine, de carcere & captura loquuntur; cui rei accedunt subsidia illa spontanea, quæ rationi omnino conformia sunt, nempe profunda & anhelosa suspiria, quibus sanguinis circa Venam portæ stagnationes insigniter expediunt; item conamina ad sui liberationem, desideria in amplum campum &c.

VI. PROGNOSIS.

1. Melancholia a causis immaterialibus, nudis animi imaginationibus, profundis speculationibus &c. dependens, longe obstinatio est, quam quæ causam materialem pro objecto habet.
2. Hinc melancholia *hypochondriaca* præ aliis meliorem adhuc spem facit restitutionis, præcipue si hæmorrhoides superveniant.
3. Quando autem speculationes tales in habitum deducuntur, difficillimè sunt tractationis.

VII. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.


1. Quæ Melancholia ab immaterialibus causis ortum duxit, indiget Medicina mentali potius, quam corporali, nempe
 - a) Patientissima, placida & amica, conversatione.
 - b) Abstinencia a stolidè dictorum & factorum taxationibus, præcipue importunis, multo magis autem a verberibus & vinculis, extra tempus insuperabilis necessitatis.
 - c) Oblatione mediorem idoneorum, quibus timores & anxietates talium ægrorum funditus auferri queant, e.g. auxiliorum victus & amictus, solationum divinatorum &c.
2. Hæc methodus locum habet, etiam quando melancholia prima sui rudimenta a materialibus causis, augmenta autem a moralibus sollicitudinibus, accipit.
3. Quando autem melancholia a materialibus causis originem duxit, hæc legitima ratione removendæ sunt.
4. Hinc in Melancholia *hypochondriaca* sequente methodo incedatur.
 - a) Primè viz per laxantia melanagoga expurgentur.
 - b) Venæ sectio in pede ad Unc. IV - VI instituat.
 - c) Deinde ad organum sanguinis componendum, temperantia Nitrosa exhibeantur.
 - d) Denique, ad tonum partibus restituendum, Martialia electiva propinentur.
 - e) Præter ea in viris negotium hæmorrhoidum, in sæminis autem mensium fluxus, respiciatur, & ubique sufficiens motus ac potus commendetur. *Conf. Tabula de Malo hypochondriaco-hysterico.*

VIII. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Ingens discrimen est inter turbas motuum, quæ ab ipso animo per

morales causas inducuntur, & contra illas, quæ a veris corporeis impedimentis & periculis animo offeruntur; quæ proinde circumstantiæ solertissime discernendæ sunt, ne cura præpostere instituat.

2. In Melancholia, a speculationibus simpliciter inducæta, dolendum est, quod mortales in verorum remediorum applicatione tam gravissime hallucinentur, & stultius sæpe se gerant, quam ipsi patientes: sane enim *Verbera & vincula* stultitiam bona fide non superant, sed solam forte malitiam conjunctam.
3. Melancholia *hypochondriaca*, *gravior* etiam, a *Vene sectione* plus solatii, quam ullis aliis remediis, accipit; imo, quod bene notandum, si talis ventilatio non præmissa fuerit, reliqua cura irrita & vanaprehendetur.
4. In fœminis usum aliquando habet *Tinctura alcalina acris*, e. g. antimonii, tartari; modo Nitrosa præmittantur.
5. *Nitrum*, in potu etiam exhibitum, sensibilem hic efficaciam præstat.
6. Post *Vene sectionem* & spasticæ stricturæ per nitrosa & cinnabarina mitigationem, locum habent: tum sanguinem crassum resolventia: tum motum ejus distributorium adjuvantia. Laudatur in viris *Mixtura simplex*, leniter camphorata.
7. *Specificæ* passim celebrantur, in specie *anagallis* punicea, unde germanice *Secken-Heyl* dicitur, *adianth. album*, *vitriolum lunæ*, *pulvis Julii Palmarii*, & alia, de quibus plura sequente *Tabula* dicemus.
8. *Vomitoria* Melancholicos in Maniam frequenter conjiciunt. Conf. *Tab. de Malo hypochondriaco-hysterico*.



TABULA CIX.

DE

MANIA.

I. DEFINITIO.

Mania est acutissima species deliriorum, a perturbatione phantasiae & iudicii originem ducens. Derivatur a μαίνομαι, insanio.

II. DIFFERENTIA.

1. Deliria sunt

- a) Vel manifestius *symptomata*, quae evidentem alium corporis affectum sequuntur.
- b) Vel *idiopathica*, quae nullum corporis evidentem morbum comitantur.

2. Porro deliria sunt

- a) Vel *acuta*, & brevioris periodi, quae in morbis acutis, e. g. phrenitide &c. obveniunt, & indefinita habent objecta, v. g. mortem praesagiunt, in lecto peregrino se jacere, domi suae non esse, conqueruntur, & ad sua, tanquam meliora, proficisci velle contendunt. De his tractandis sub febris suscitatis diximus.

b) Vel *chronica seu diuturna*, cujus indolis sunt

- 1) *Melancholia*, de qua praecedente Tabula actum est.
- 2) *Mania*, quam haec Tabula exhibet.
- 3) *Deliria lunatica, canicularia; & noctambulatio*, quae lunae phaenomenis exacerbari sentitur.
- 4) *Furor uterinus*.
- 5) *Erotomania personalis*.
- 6) *Tarantismus*.
- 7) *Chorea Sancti Viti*.
- 8) *Hydrophobia inveterata*; quorum omnium sequentibus duobus Tabulis mentio fiet.

III. SIGNA.

Mania.

1. *Aspectus* audax cum facie pallida & oculis sanguine suffusis: qui autem a *spectrorum phantasmatis* maniam incurrunt, illi medio *adspectu* inter *timorem* & *audacem resistendi conatum* se habent.
2. Aliis hominibus *aetui nocendi* invigilant tales patientes, & *insidiosa* saepius *simulatione* opportunitates quærunt.
3. Imo aliquando alios jugulant; ad quod *perpetrandum* stupendo robore *præditi* sunt.
4. Et licet, in *graviore* etiam *affectu*, febris nulla adsit, tanto tamen *Maniaci calore* pollent, ut *frigus enorme* non sentiant, nec *ul- lum inde damnum*, e. g. *perniones, sphacelum*; *aperiantur*.
5. A sensu enim *abstracti* ad *res speculativas*, unde etiam *verbera* & *vulnera* vix sentiunt, & ob *audaces aetui depulsorios partium* calorem semper *conservant*.
6. *Præsentibus rebus speculationibus* suis ita *implicantur*, ut *futurarum vel extranearum nullam curam habeant*, imo aliquando *aliorum quascunque adlocutiones* non audiant.
7. *Hilares ut plurimum* & *curis vacui observantur*: *cantionibus* & *musica instrumentali oblectantur*: *Reges & Principes se esse existimant*.
8. *Levissimis tamen occasionibus, nedum increpationibus, irascuntur* & ad *resistentiam excitantur*.
9. *Variis sub somno visionibus perturbantur*.
10. *Venerem immoderate* & *proterve concupiscunt*.
11. *Alvum in conspectu omnium exonerare, illos non pudet*.
12. *Alii in deserta loca discedunt, vel tamen colloquia cum hominibus fugiunt*.
13. *Alii longius iter decurrunt, & reversi ac de scopo hujus itineris quæriti, nihil respondent*.
14. *Alii latrocinium aut vim illatam conqueruntur*.
15. In *declinatione morbi alii sunt stupidi, quieti & tristes, & propriam ægritudinem agnoscunt*.
16. *Alii ex religione & præjudicio membra sua dilacerant, de reliquo tamen erga alios modeste se gerunt*.

IV. SUBJECTA.

1. *Evenit Mania familiariter cholericis melancholicis, iracundis hominibus,*

2. Qui multiplici altercatione & contradictione domesticorum fortius exacerbantur.
3. Præcipue vero sæminæ, post longam mensium perturbationem, & varia animi pathemata, in specie lascivas speculationes, hoc malum incurrunt.

V. CAUSÆ.

1. Immateriales.

- a) Mania frequentius a malis animi moribus introducitur, vel etiam fovetur, quam a corporeis proportionatis causis.
- b) Præcipuum autem sibi locum vendicant iracundia, & profundæ, immodestæ, speculationes.
- c) Ad causas etiam immateriales pertinent incantationes, item Spectrorum visiones.

2. Materiales.

- a) Suppressio vel mensium vel hæmorrhoidum, vel spermatis.
- b) Vermes malindolis & munimentis fere insuperabilibus absconditi. *Conf. Causel. Tab. de Vermibus.*
- c) Ebrietas.
- d) Philtra, & veneficia.

VI. PROGNOSIS.

1. Mania a causis immaterialibus dependens longe obstinatoris indolis est, quam quæ causa materiali fundatur: hinc in casu incantationis, vel graviorum animi perturbationum, & præcipue speculationum, res fere conclamata est.
2. Ex causis materialibus plurimam restitutionis spem facit suppressio mensium, hæmorrhoidum, & seminis, unde jam Hippocrates Sect. VI. aphor. 21, dicit: infanientibus, si vericæ aut hæmorrhoides supervenerint, infaniz fit solutio.
3. A philtris autem exorta Mania præ aliis, a causa materiali indolis, pertinaciter se gerit.
4. Maniaci, quando post profundum & diuturnum somnum jugiter delirant, difficulter restituuntur.

VII. METHODVS MEDENDI & REMEDIA.

1. Alvus purgante aliquo aperiatur.
2. Deinde, ad plethoram imminuendam. Venæ sectio largior ad X, imo plures, Uncias instituat.

3. Ad sensum excitandum Vomitoria, eaque fortiora, subinde exhibeantur: quo nomine helleborus *albus* ab antiquis jam temporibus famosus est. *Vide Cautelas.*
4. Ad orgasmum fastu, in Mania jam peccantem, & per Vomitoria augmentum accipientem; propinentur nitrosa & precipitantia.
5. Denique *specifica* in subsidium trahantur; quo nomine clarent
 - a) Anagallis punicea, cujus folius decocto plures Maniacos restitutos esse fidem facit Quercetanus.
 - b) Inter sic dicta splenetica aliquid tribuendum est herbis capillaribus, precipue adiantho *albo*, & aliquantum *aureo*.
 - c) Præparata ex *argenteo*, e. g. Vitriolum Lunæ, Tinctura Lunæ cærulea, calx lunæ cum regulo antimonii leni candefactione & mutua quasi fixatione præparata; ubi effectus argenteo magis, quam cupro, in illo contento, tribuendus videtur.
 - d) Baccæ herbæ Paradis.
 - e) Sanguis assui, retro aures, mense Martio, uti quidam volunt, emissus & exsiccatus.
6. Præterea in feminis negotium mensium, & in viris hæmorrhoides respiciantur.
7. In causa retenti feminis ad veneris incitamenta temperanda plurimum valet usus nistri copiosus, imo prodigus: quo casu simul externe circa testiculos, in forma epithematis, cum aceto applicari potest.
8. In Mania ex philitris, præparata *enuce vomica*, e. g. electuarium de ovo, specificè commendantur.
9. Erotomania personalis & furor uterinus eandem exposcunt medicationem. *manicium D.*

VIII. CAUTELE & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Plethora, quia in omnibus Maniacis peccat, omnibus etiam *Vena sectio* est necessaria: emissio autem sanguinis e vena frontis, quam vulgus die Nase & Alder appellat, si omnino effectum aliquem adidisse videatur, rebus *contingentibus* id adnumerandum est.
2. Sic etiam sentiendum de remediis *attractivis* ad plantas pedum, & *repellentibus* ad verticem.

3. *Camphorata* a Recentioribus, & præcipue Ettmüllerō, in deliriis multum commendantur; quod de usu illius externo, minime autem interno, locum habeat.
4. Laudant præcipue illius usum ad veneris incitamenta, si hoc in morbo peccent, contemperanda; quam sententiam suam superstruere videntur traditioni illi, in *Schola Salernitana* reperiundæ: *Camphora per nares castrat odore mares*; quod de extinctione activitatis spermaticæ interpretantur, cum tamen Poëta per phrasin, *odore castrare*, hæud dubie intelligat, olfactus energix labefactionem: Certe enim neque in sanis, neque insanis camphora per odorem castrat.
5. Cæterum de hoc negotio notabilis est locus apud *Nicolaum Blegny* in *Zodiaco gallico* de Moniali e furore uterino, tandem maniaca, mortua, quod scrutinio anatomico unicum testiculum exhiberit, pugni magnitudinem referentem, & numerosis vesiculis, racemi uvarum instar, tumentem.
6. *Opiatorum* usus, uti in omnibus deliriis non solum suspectus est, sed etiam frequenter irritus & malum exasperans deprehenditur, ita præcipue in Mania talem effectum præstat, ut vehementius inde & non aliter insaniant, quam si inebriamine exagitati sint; soporiferum autem correctum, quod non stupefaciendo, sed revera placando agat, magis locum habere possit.
7. Fatigationes virium per impetuosas vomitiones & purgationes multis Antiquis & Recentioribus placent, sed hæc generalia tentamina tam incerti sunt eventus, ut tam facile, ubi promiscue exhibentur, in deterius, quam melius, patientem deducant.
8. Quid de *helleboro albo* in deliriis Antiqui sibi promiserint, proverbium; *helleboro opus habet*, satis illustrat; sed cum ille maximam partem fortibus evacuationibus effectum suum edat, magna circumspectione adhibendus est: in deliriis sane hypochondriacis fortiores tales commotiones certissime nocent.
9. D. D. Stahl de *Empyrico* quodam refert, quod per herbas aliquot Cephalico-nervinas & carminativas, v. g. verbenam, salviam, betonicam, plantaginem, cum adiantho albo, in variis mente captis operæ pretium fecerit: Sunt hæc herbæ e censu illarum,

quz famosum illum pulverem Julii Parmarii contra morsum canis rabidi ingrediuntur.

10. Denique quod de *vinculis*, *verberibus*, & aliis, magis quam stultis, stultorum remediis diximus, sano sensu in ipsa Mania potest applicari: leviter enim delirantes celeriter maniam graviolem incurrunl, quando ante tempus insuperabilis necessitatis vinculis ligantur: sensibilis enim talium subjeclorum animus, si parum ad sese redcat, memor eorum, quz peracta sunt, perpetua inquietudine detinetur.
11. *Sanguis asini*, linteis imbibitus, exsiccatu8 & frustulum ejus potui injectum, a multis ad Maniam sedendam commendatur: fides sit penes experientiam, quam etiam frustraneam fuisse certum est.



TABVLA CX.

DE

HYDROPHOBIA.

I. DEFINITIO.

Hydrophobia est species deliriorum, liquidorum & splendidorum aversionem, sub febre communiter acutissima, inferens: a morsu canis rabidi, vel alio eidem analogo contagio inducta. Derivatur ab ὑδωρ aqua & φοβέω, timeo.

II. DIFFERENTIA.

1. Hydrophobia, quando a cane rabido inducitur, *rabiù8 canina* vocatur.
2. Quando autem a lupi rabidi morsu provenit, *lycanthropia* dicitur.
3. Hinc *rabiù8 canina*, *lycanthropia*, & quz utrorumque horum affectuum comes est, exquisita *hydrophobia* propriè non differunt, sed uni-

unius morbi schema exhibent, excepto, quod hydrophobia non statim sub initium, sed post nonum ordinarie diem, superveniat.

4. His affectibus analoga quodammodo sunt *Tarantismus*, quem *Tarantula* ictus infert, & *Chorea Sancti Viti*.
5. Lycanthropia dividitur alias in *physicam* & *theologicam*, ubi lupus a diabolo obsessus dicitur.

III. SIGNA.

1. Post morsum a cane, vel lupo, patiens timidi & abjecti animi deprehenditur.
2. Febris accedit acutissima, quæ summâ anxietate, profundis spiriis, & exquisitissimis doloribus, conjuncta est.
3. Nono demum die rabies impetum exhibet.
4. Hæc quando prævaluit, respuit patiens, & mordendo avertit, omnia liquida: unde sub febre acuta ineffabili siti affligitur.
5. Facillime accedunt convulsiones.
6. Post mortem scrutinio anatomico inflammationes viscerum, præcipue pulmonum, detectæ sunt.

IV. SUBJECTA.

1. Rarissimus hic affectus occupat vix non omnes, quæ a tali rabido animali morfi sunt.
2. Et quoniam morbus contagiosus est, per morsum ab homine rabido etiam aliis hominibus communicatur.

V. CAUSÆ.

1. Uti Theoria & physica, & multo magis medica, de venenis in genere satis intricata est, ita etiam de venenis animalium nulla suppetit ratio, cur ita cito, intime, & citra proportionatam violentiam, æconomiam vitalem destruant.
2. Hinc, quoniam neque Natura, neque ars *methodice*, consulere valet, sed unice artis *empiricæ*, venena theoriarum medicarum non sunt objectum.
3. Sufficit itaque de his & aliis venenis scire, quod præsentissimam & penetrantissimam, summe noxiam, efficaciam possideant, & nisi festinatim feratur auxilium, mortem successu ut plurimum satis veloci introducant.

VI. PROGNOSIS.

1. Hic atrox morbus, ubi ad exquisitam rabiem prævaluit, vix ullam spem evadendi relinquit.
2. Præcipue quando hydrophobia, omnem medicamentorum ingestionem respuens, jam successit. *Conf. D. D. Strablii Theoria medica pag. 1285. seq.*

VII. REMEDIA.

1. Nulla hic suppetit methodus, sed, quæ Dei clementia est, remedia specifica.
2. Abstrusum sane & admiratione dignum, quod omnium præsentissimum & velut infallibile remedium sit, *hepar, cor, vel cerebrum*, non solum de illo ipso animali, quod momordit, sed etiam de aliquo ejusdem speciei, imo lupi, canibus anxie exagitati, & tandem trucidati; cujus hepar ad morsum canis rabidi, præfente jam delirio, efficax observatum est.
3. Externe *pila* illius animalis, quod momordit, vulneri illigatæ, efficaciæ sunt; modo tempestive adhibeantur.
4. Sic etiam repentina & diurna membri vulnerati in aquam demersio effectum præstat; ubi alii, non sine ratione, aquam *marinam* laudant, cui non ubique præfenti *salsa* substituenda est.
5. *Limatura Orichalci* tenuis, ad *Drahm. I.* exhibitæ, pluribus vicibus salutarem efficaciam præstitit.
6. Weickhardus in Thesauro suo pharmaceutico maximopere commendat *Scarabeos* illos communes majales, in melle suffocatos, & horum circiter tres tempore necessitatis contusos; exhibendo quidquid inde succulenti exprimi potest: assererat, quod hoc experimentum nunquam fefellerit.
7. Si commodiora ad manus non sint, *electuarium* de ovo cum *nuce ygmica* exhibeatur.
8. Vel *amygdalæ amaræ*, quæ; quoniam animalia talia alias enecant, impressam ab illis ideam venenatam etiam extingere creduntur.
9. *Cancris combusti*, & vulneri insperfi, à Galeno jam pro morsu canis rabidi laudantur, & hodierni Practici, in specie Michaëlis ad Jonstonum, asserunt, quod *nostrates* æque ac *marini* efficaces sint, spiritum etiam ex illis destillatum attollunt.

10. *Julius Palmarius* libro de morbo contagioso pro infallibili ad hunc affectum experimento sequentem pulverem commendat.

Recip. Rutz,

Salviz,

Verbenz,

Betonicz,

Melissz,

Plantaginis acut.

Hyperici,

Centaur. min.

Abfinth.

Artemisf.

f. Sub. palmari.

- vid. l. 10. p. 100.* Polypod. ana. Dosis Drachm. I. singulis diebus semel aut bis sumenda, & decocto illius vulnus simul eluendum.

11. Radicem *gentiane verae* seu *rubrae* pari usu & dosi commendat, uti & radicem *pimpinella albae*.

12. Itali ad pleraque venena radicem *Valeriane* laudant.

13. Chirurgica praesidia sunt:

a) Scarificatio profunda.

b) Exsuctio per cucurbitulam.

c) Efficacior est ustio actualis, lata & tolerabiliter profunda.

d) Praeterea sola vulneris exstercio sufficit, neque consolidatio prius, quam vulnere funditus repurgato, locum habet.

14. Specialissimae observationis est Simonis Pauli de baculo Corni arboris assertio, quod scilicet, in manibus ad incalescentiam detentus, rabiem post multos annos in illis resuscitet, qui antea eodem morbo curati fuerint. Conf. ipse Auctor & D. D. Stahlis dissertatio de metaphematis morborum p. 42.

vid. Stahlbart von der weil. Hof. Medic. chirurg. 100.

TABULA CXI.

DE

NOCTAMBULATIONE.

I. DEFINITIO.

Noctambulatio est species læsionis phantasiæ, nocturno tempore sese manifestans, & insolitas plane circumstantias involvens.

II. DIFFERENTIA.

Noctambulatio differt gradu;

1. Qui patientes *leviter* tantum illa afficiuntur, loca periculosa nocturno tempore non adeunt, sed repetunt quasi actiones suas, quas ratione officii sui per diem perpetrant, e. g. discipuli de lecto nudi surgunt, & exercitia elaborant: ancillæ domum scopis purgant &c.
2. Qui vero majore gradu hoc morbo corripiuntur, per loca quævis alta, etiam periculosissima, obambulant. Dicuntur etiam *Lunatici*, quia paroxysmi illorum secundum phasæ lunæ recurunt.

III. CAUSÆ.

1. Pro causa *materiali* plethora præcipue accusanda venit,
2. *Immaterialis* causa est phantasia, in quibusdam subjectis insigniter operans.

IV. METHODUS MEDENDI & REMEDIA.

1. Præmittatur primarum viarum blanda expurgatio.
2. Deinde Venæ sectio in pede instituat, & pro re nata, Scarificationes usu veniant.
3. Subjungantur Nitrosa & cinnabarina.
4. Lunæ phasæ & æquinoctia ubique respiciantur,
5. *Externa* simul in subsidium trahantur, nempe
 - a) Castigationes mediantibus virgis, tali nempe tempore, quo obambulant, instituendæ.
 - b) Appositio vasis alicujus, aqua repleti, juxta lectum patientis, ut surgens in illud delabatur, & ita evigilet,

TABVLA CXII.

DE

AFFECTIBUS GRAVIDARUM.

I. **SIGNA GRAVIDITATIS.**

Hæc in simplici graviditate satis plana sunt: quando autem alia incommoda conspirant, vel mulier malitiose dissimulat, tum nuda saltem probabilitas locum habet.

1. *Emanatio mensium* in recte sanis & robustis, sine manifesta alia causa, primum signum est, sed non absolutum; aliquando enim *morbide* menses emanant, citra præsentem dysphoriam.

2. *Insignis nausea a carnibus*, ipso etiam illarum odore, præcipue si alios cibos bene toleret fœmina, & de reliquo tolerabiliter se habeat.

3. *Ventris intumescencia*, non complanata nec inæqualis, sed globosa, & præcipue circa umbilici regionem summitatem hæmispheeræ efformans.

4. *Placidum & successivum hujus intumescencie augmentum*, pedibus a tumore liberis: rarissime enim *morbidus* tumor in abdomine directe incipit.

5. *Motus sætus*, circa vicesimam circiter septimanam contingens, luculentissimum est signum, modo a borborygmis & aliis flatulentis volutationibus perite distinguatur, sensu scilicet sub hypogastrio altiore.

6. *Dissimulante autem matre*, manus *aliena*, bene calida, tepido ventri, vel frigida calenti, imposita motum quidem sætus aliquando percipere, rem tamen certius definire non potest.

7. Sic etiam in tali casu fœmina quædam perita, oculari ventris inspectione, majorem vel minorem probabilitatem detegere valet.

8. *Urine inspectio*, secundum traditiones præcipue instituta, licet fallacissima sit, verum tamen, quod imprægnatæ *sane* sanam etiam quoad colorem & claritatem urinam exhibeant: hæc si cla-

*corruptio
vris.*

ro loco versus subobscurum alium, aut angulum, spectetur, subtilibus atomis internatantibus, Sonnen, Staubchen, conspicua est; qui quidem atomi in *morbida* mensium obstructio-
ne aliquando etiam occurrunt, sed, accurata inspectione, mul-
to crassiores.

9. *Suffimigia* gummatum, utero applicata, ad gustum pervenien-
tia, & aliz antiquarum traditionum probationes, vel mere
fabulosæ, vel, ob subjectorum diversam sensibilitatem, satis in-
certæ sunt.

II. DIFFERENTIA.

1. Legitimus foetus a falso, motus solo sensu, discernendus est: ob-
scuræ enim foetus perceptiones, ad debitum usque tempus ma-
nentes, molæ præsentiam reddunt suspectam; quam confir-
mant fluxus uterini irregulares, inflatio cito augescens, cum
variis spasticis flatulentis motibus, aliz insolitæ ex utero eman-
nationes, taciturna foeminae anxietas, partus ultra debitum tem-
pus emansio.
2. Intumescencia ventris gravidarum a cachectico-ascitico tumore
discernitur præcipue
 - a) Statu vitali prægresso corrupto, cachectico.
 - b) In specie tumoribus pedum prægressis & concurrentibus.
 - b) Quando autem, docente experientia, graviditas & tumores
abdominis morbofi complicantur, hæc diagnostica signa
locum non obtinent.
3. Ipsi autem morbidi affectus differunt secundum causas, alii enim
a plethora, alii ab animi pathematibus, alii a vitiis dietæ, alii a
violentis causis externis, alii a mole & pondere uteri distensi,
proveniunt.

III. SUBJECTA.

1. Non omnes promiscue gravidæ affectibus subsequenter obnoxie
sunt: longe enim maximus numerus rusticarum, laboribus
addictarum, ab illis immunes vivunt, & ita vividis exemplis
docent, ficta & affectata multarum pathemata non tam ad gra-
viditatis, quam vitæ generis, circumstantias pertinere.
2. Sunt autem affectibus talibus familiariter obnoxie

a) Te-

- a) Teneriores & delicatuz, quz & corpore & animo sensibiles sunt;
- b) Præcipue plethoricz, desides, intemperantes,
- c) Multis animi pathematibus exagitatuz, sollicituz, meticulosz, tristes, iracundz.

IV. AFFECTVS & METHODVS MEDENDI.

A. Affectus a plethora dependens.

- 1. Hemorrhagia narium enormis: hæc tractatur secundum methodum, quz Tabula de hæmorrhagia narium commendata est.
- 2. Hemorrhoides nimis minuuntur temperantibus nitrosis, cinnabarinis.

v. s. ad 3.
in brachio

- 3. Hemorrhagia uteri: hæc duplici modo, licet rarius, contingit:
 - a) Vel enim sanguis prioribus mensibus, menstrui fluxus instar, erumpit, & ita calculum notabiliter turbat;
 - b) Vel, rarioribus adhuc casibus, a medio gestationis tempore, aut serius, sanguis prorumpere incipit, & ad partum usque continuat; quz duz species periculo abortus propiores sunt.

- Tractantur
 - 1) Nitrosis, cinnabarinis.
 - 2) Roborantibus gemmatis. *v. s. Jmaragd. Hyacinth.*
 - 3) Pilulis Stahlianis.
 - 4) Congrua Venz sectione in brachio, ad majorem profusionem, abortus prodromum, præoccupandam. *Conf. Tabula sequens de Affectibus pamentium.*

4. Cephalalgia.

Hæc potissimum excitatur causis occasionalibus sequentibus:

- a) Immodesto corporis aut animi motu.
- b) Partium inferiorum refrigeratione.
- c) Potu spirituoso. Exposit
 - 1) Interne: temperantia Nitrosa & lenissima laxantia.
 - 2) Externe: spiritum vini camphoratum, si odorem possint perferre. *See 2 20 jar spiritus illudum*

5. Gravitas & lassitudo artuum, præcipue pedum.

Hæc tollitur

- a) Congrua & tempestiva Venz sectione.
- b) Placido corporis motu,

c) Pulveribus antorgasticis.

6. *Tussis sicca, & Anhelitus difficultas.*

Hæc eadem remedia exposcunt: quando autem difficilis respiratio post cibum largiorem evenit, vel ultimis mensibus ab ipsius uteri sarcina introducitur, priore causa salina digestiva, posteriore vero patientia ad partus usque exclusionem, requiruntur.

7. *Abortus.*

Hic in genere quidem plethoram pro causa agnoscit, & primis præcipue mensibus, maxime primiparis, plethoricis præ aliis evenire solet, causæ tamen sequentes occasionem ad eundem sæpius suppeditant,

a) Vehementes animi perturbationes, e. g. iracundia; terror repentinus. *Tristitia*

b) Largior mensium fluxus, extra conceptionem familiaris.

c) Dixta vinosa, aromatica.

d) Vomitiones vehementes, & purgantia fortiora.

e) Fluxus alvini, diuturni, lienteriodes, fœtui nutrimentum subducentes.

f) Vel conatus saltem dejiciendi, torminosi, spastici, tenesmodes.

g) Unde etiam clystereæ stimulantibus aliquando damnum hoc inferunt.

h) Vehementes corporis commotiones, e. g. saltationes, vecturæ, violentæ concussiones abdominis, lapsus, *Sullusææ.*

i) Veneris incontinentia. *Fraxinea fumum, & piperis*

k) Largior Venz sectio in pede. *Cepææ.*

l) Emmenagoga fortiora.

m) Nidores fœdi, inprimis pinguium accensorum, e. g. sebaceorum ellychniorum,

n) Nephritici dolores.

o) Cachexia.

p) Fluor albus, vel alia uteri vitia.

q) Opiata, vid. Etmull, Coll. pract.

r) Fascinationes.

s) Fœtus debilis vel plane mortuus.

Hic fonticus affectus præ aliis prudentem exposcit medicamentum,

- 1) Ad præservandum commendantur :
- a) Venæ sectio iterata in brachio, nempe sub initium & medium gestationis.
 - β) Temperantia, præcipue nitrosa, sub qualicunque sanguinis commotione propinanda.
 - γ) Roborantia, quo scopo pilulæ Stahlianæ, subinde exhibitæ, aliis præferuntur : laudantur etiam carminativa, e. g. Essent. cort. aurant. item Tragæa e rad. Carlin. cum sem. fenicul. & nuc. moschat.
 - δ) Dixta temperata, lubrica, cum placido corporis motu & mentis tranquillitate.
 - ε) Specificè laudantur *testæ ovarum* exclusorum, præcipue gallinarum & perdicum. Item *atini passularum* majorum, qui tamen evidenter adstringunt.
- 2) In hæmorrhagia vero uteri emicante & doloribus dorfi lancinantibus, abortus periculum minitantibus, tentari quidem potest embryonis conservatio per temperantia Nitrosa, tonica gemmata cum leni anodyno, versus somnum exhibenda; *vg. species de hyacinth.*
- 3) Quoniam autem, præfente jam uteri hæmorrhagia, omne auxilium communissime irritum observatur, eventus harum rerum, sub usu analepticorum & carminativorum temperatorum, expectandus est.
- 4) Ubi autem gravior hæmorrhagia uteri vires patientis exhaurire videtur, ibi otiosum spectatorem agere non convenit, sed ipsam potius excussionem per remedia promovere decet; quo casu optime sane se commendant pilulæ Stahlianæ, vel Beccherianæ genuinæ.
- 5) Post abortus elisionem tanto minus opus est adstringentibus: nam hæmorrhagiæ tales sponte mitescunt, vel tamen mitissimis analepticis & tonicis auscultant.
- 6) Ad fungosa autem uteri concrementa præoccupanda, & felicem in posterum sæcunditatem obtinendam, pilulæ Stahlianæ, per novem præcres dies usurpandæ, commendantur.

B. Affectus a diæta vitiosis dependentes.

I. Vomitus,

a) Li-

- a) Licet familiaris hic affectus a congestione sanguinis versus ventriculum sæpius oriatur, ad dicitur tamen vitia eundem referendum putavimus, quia ventriculi vitium, intemperantia & voracitas ut plurimum concurrunt.
- b) Conspirant reliqua appetitus vitia, nempe *fastidium*, imo insignis *nausea* a carnibus. *ceresia, vino.*
- c) Alius appetitus eximie augetur.
- d) Aliz *malacta* & fastidioso ciborum selectu laborant.
- e) Aliz plane *pica* seu ingente desiderio rerum vel toto genere alienarum, vel pro tempore non impetrandarum, corripiuntur.
- f) Aliz molestam oppletionem a cibis experiuntur, quæ post unam vel alteram horam iterum evanescit, & quia ultimis maxime mensibus observatur, sarcinæ potius uteri, quam vitio dicitur attribuenda videtur.
- g) Vomitus autem ipse & nausea primis quatuor aut sex septimanis communiter occurrunt, raro diutius, rarissime per totam gestationis periodum durant.
- h) Rariora sunt exempla, quibus hæc incommoda post aliquot demum menses, vel plane circa finem gestationis eveniunt.
- i) Exserit autem sese vomitus tempore familiariter matutino, cui tolerabiliter peracto euphoria per diem succedit.
- k) Quando autem appetitui nimium indulgent, vomitus facile excedit, diutius continuat, & graviora incommoda causat.

Hic excedens vomitus sequente modo tractetur:

- 1) Venz sectio in brachio instituat, huic enim magis, quam medicamentis, vomitus auscultat.
- 2) *Interne* propinentur incidentia, digestiva, stomachica e radic. ari, helen. galang. Zedoar. zingib. cubeb. cort. aurant. conditis, mala cydoniorum, cinnamomo, nuce moschata, rore marino. cum vino infusis; item e salibus tartarus vitriolat. arcan. duplicar. nitr. porro: gemmata, pilul. Stahlianæ, Beccherianæ, millefol.
- 3) *Externe* imponantur ventriculo roborantia, balsama stomachica ex oleis nuc. moschat. meliss. absinth. &c. vel empla-

. plastrum de tacamahaca cum oleo anethi, vel sacculi carminativi,

4) Malaciz & picz tractationem vide Tab, de vitiis appetitus.

2. *Alvi adstrictio vel obstructio.*

Hæc familiariter ob potum parcum & desidiam gravidis evenit, rarius directa graviditatis culpa, nempe sarcina uteri, in intestinum rectum incumbente; quo posteriore casu tenesimum communiter comitem habet. Succurritur

a) Per dietam emollientem, præcipue potum sufficientem, & placidum corporis motum.

b) Per usum pilularum Stahlî, Beccheri, vel e gummi-resinis, e. g. ammoniaco, paratarum, item pot. fennat.

c) Externe per *suppositoria* e globulis moschatis, vel clysteres e decocto avenaceo. *3. Lodenæ*

3. *Termina alvi & Flatulentia.*

Hæc tolluntur carminativis e cort. aurant. pimpinell. alb. aromat. nostratibus, nempe sem. anisi fœniculi, cumini.

4. *Diarrhœa.*

Hujus causz licet a diarrhœz communis causis multum non recedant, majorem tamen considerationem in gravidis diarrhœa meretur: diu enim continuans, & spastico-tenesimodei molestiis stipata, abortum minatur. Hinc placide sistenda est.

a) Interne conducunt roborantia, stomachica, carminativa, e. g. condit. cort. aurant. calami aromatici, galang. Zedoar, zingib. miva cydon. &c. *Spec. confect. de ryanth. de Jussurag.*

b) Externe usum habent Balsama & Emplastra stomachica.

5. *Fluor albus.*

Hic uti rarissime gravidis evenit, præcipue quando mariti fideles sunt, ita indolem exhibet pertinacissimam: ob imprægnationem enim laxantia, per multos dies necessaria, non possunt adhiberi. Secure tractatur

a) Corrigentibus & depurantibus carminativis, e. g. *sem thabarb. manna.*

1) Essent. e rad. ari, pimpinell. alb. herbis amaris.

2) Infus. e Meliss. galeops. flor. alb. & præcipue abrotano. *millafix.*

b) Singulis septimanis semel vel bis interponantur pilulæ Stahlîanæ vel Beccherianæ genuinæ,

C. *Affectus a mole & pondere uteri dependentes.*1. *Dolor coxarum & lumborum.*

- a) Exerit se hic dolor postremo maxime tempore, ob ventrem acrius antrorsum ac deorsum pendentem.
- b) Aliis dolet ipse venter exterior, cum nitida & striis transversis distincta rubedine, non aliter ac si abdomen fissuras agere minaretur. Non indiget medicatione, post partum enim sponte evanescit.

2. *Inflationes crurum Varicose.*

- a) Hæ inflationes in phlegmaticis, tumoribus œdematosis stipatæ sunt.
- b) In aliis temperamentis ecchymomata, sugillationum instar, eveniunt, blaue und braune Flecken um solch Geäder herum.
- c) Vulgus crura ita affecta vocat Kindes-Beine. *Kindsbühnen*
- d) A medio gestationis tempore ad partum usque occurrunt, ob uteri molem, vas iliacum seu crurale prementem.
- e) Post partum quidem evanescunt, sed in quibusdam subinde recurrunt, certissime futura nova imprægnatione.
- f) Indigent medicatione sequente:

1) *Curative*

a) *Interne* ad dolores temperandos pulv. antispasmod.

β) *Externe* frict. cum excutia, camphorat. & in puerperio ligatura.

2) *Præservative* exposcit Venæ sectionem medio gestationis tempore, alvi successum, sessionem altiorem, motum corporis lenem, & a partu, uteri depurationem.

3. *Urina frequens stimulus.*

- a) Hic affectus ultimis maxime septimanis occurrit, aliquando etiam circa medium gestationis tempus, nempe quando uterus, obligamentorum laxitatem, plus deorsum incumbit.
- b) Edito partu tollitur & hoc symptoma.

4. *Stranguria, & suppressio urina temporaria.*

His succurritur

a) *Interne* temperantibus nitrosis, cinnabarinis.

b) *Externe* cataplasmatibus. *parietar. und mit ep. de.*

5. *Hæmorrhoidum inflationes vesiculares.*

a) Hæ

a) Hæc dolore ardente, imo interdum ulcerosa erosione, molestissimæ sunt, præcipue plethoricis. Germanis dicuntur *Nasse Körner* / *Sacken* / Belgis *Sacken*.

b) Expetunt

1) *Interne* temperantia Nitrosa & usum Millefolii.

2) *Externe* unguentum de Linaria.

6. *Tumores pedum.*

a) Hi, quando ultra genua non extensæ sunt, nullius periculi observantur.

b) Ubi autem ipsum etiam abdomen invadunt, ibi asciticam indolem exhibent.

c) Sed præstat graviditatis tempore hydropicos tales tumores tollerare, & symptomatum saltem mitigationi insistere, quam directe ipsum morbum aggredi.

d) Convenit interea ambulare potius, quam plurimum stare, aut, in humilibus præcipue scabellis, diutius sedere.

D. *Affectus a causis singularioribus dependentes.*

1. *Nimia corporis extenuatio.*

a) Hoc casu infantes bene habiles & auctiores observantur.

b) Exposcit macilentus talis habitus dietam gelatinosam, amygdalatum, temperantem, & corporis quietem.

2. *Nimia pinguedo.*

a) Abundantior hæc matris nutritio minorem ut plurimum & gracilem infantem edere observatur.

b) Requirit Venz sectionem, dietam moderatam, vitam mobilem, & laxantia subinde leniora.

3. *Debilis synoptica.*

a) Hæc differt a lassitudine plethorica.

b) Exposcit alvi legitimum successum, & stomachica carminativa.

4. *Prematura aquarum evacuatio.*

a) Hæc abortum & partum præmaturum minatur.

b) Requirit roborantia interna & externa.

5. *Lichenes.*

a) Hæc exanthemata in facie & collo, præcipue biliifarum, exoriuntur, & vulgo *Leber-Glecke* vocantur. *Wignandoplinch.*

b) In aliis pallores, in aliis vero rubores volaticos inducunt.

c) Non indigent medicatione, quia post partum evanescent.

6. *Incommoda prater consuetudinem.*

a) Sunt, quæ aliquot ejusdem sexus proles gestarunt, si deinde diversi sexus prolem concipiant, multis modis incommodius habere observantur.

b) Hæc tamen incommoda pro indubio signo, alterius sexus concepti, non habenda sunt.

c) Multo magis reliqua signa, quæ ad sexum dignoscendum vulgari traditione recepta sunt, fallere observantur, e.g. quod color gravidæ floridus, & animus alacrior, masculi; pallidus autem aspectus, & mentis torpor, femellæ gestationem denotet. Item valet prognosticon e diverso situ fœtus in alterutro uteri latere; eadem incertitudine laborat signum gemellorum, nempe *fusca* linea per longitudinem abdominis, & venter in medio *planior*, circa latera autem *protuberans*.

7. *Nimius embryonicus motus.*

a) Materni animi commotionibus iracundis potissimum inducitur.

b) Suum etiam contribuit calor immodicus, abdomini admissus.

c) Aliquando a mala ipsius fœtus dispositione dependet.

d) Expescit temperantia & acrimoniam biliosam corrigentia remedia, conjunctis nervinis epithematibus, corporis etiam & mentis tranquillitate.

sem. vis.

8. *Dolores a calcstratione fœtus.*

a) Postremis mensibus hi dolores contingunt.

b) Tenerioribus lacrymas sæpius excutiunt, imo lipothymias plane causantur.

c) Abortum nullo modo minantur; nam infans ad partum suum nihil contribuit. *Quædamque subdit æthere.*

d) Tolerandi sunt hi dolores, qui proxime ante partum evanescent.

9. *Debilitas embryonica.*

a) Hæc e motu rariore, leniore & vix sensibili dijudicatur.

b) Dependet communiter vel a debili matris constitutione, vel terroribus repentinis, aut mæroribus diuturnis.

in nimia obestitate

c) Succurritur roborantibus

- 1) Interne stomachico-carmīnativis. *V. Malvat. Juvocat. marthopan.*
- 2) Externe Balsamis & Emplastris aromatizatis. *Bals. Embuyi. in- ex-
trā.*
10. Concretio secundinarum.
- a) Certa signa non dantur, hanc secundinarum cum utero, *ext.*
tra placentam, concretionem dignoscere: hinc tanto mi-
nor est occasio, ut illi affectui occurrere possimus.
- b) Causam communiter in nimia desidia, & multa, ultimismen-
sibus, ad ignem observatione quærunt.
- c) Ubi hujus adfectus suspicio occurrit, ibi teneræ pinguedines
gallarum vel anserum meliorem usum habent, quam spi-
ritus vini, aniso vel carvo imbutus, qui vulgo abdomini
illinitur. *iste bala.
V. dulce.*
11. Circumvolutio funiculi umbilicalis, circa corpus, vel plane collum
infantis.
- a) Hæc a mulierculis perperam tribuitur motibus sursum fortius
extensis; unde fœtum circumagitari credunt: sed talis vo-
luntatio tardis potius, quam repentinis, progressibus con-
tingit. *in frequent. incubatione. funiculus oblongus et in fœtu
circumvol.*
- b) Remedio pharmaceutico destituitur hic affectus, imo & chi-
rurgico, nisi sub ipso partu bona fortuna secundet *et manus obstetricæ.*
12. Superfœtatio.
- a) Rarissimum est accidens, ita ut inter numerosissimas millena-
rias vix uni eveniat; prostant tamen exempla apud Sen-
nertum & alios.
- b) Dependet omnino a cohabitatione post conceptionem. *nimis salaci*
- c) Utrique fœtui, & grandiori & superinducto recentiori, abor-
tus periculum impendet.
13. Febris intermittentes.
- a) Hæc nullum adeo periculum portendunt, nisi incongrue sup-
primantur; contumaciores tamen sunt in gravidis, quam
aliis subiectis.
- b) Tractentur lenissima methodo, suo loco commendata.
14. Febris acuta.
- a) Hæc gravidis semper sunt periculosa, nisi vel sponte benigna
se gerant, vel arte congrua moderamen obtineatur.
- b) Præcipue autem abortum minantur.
- c) Unde cautius tractandæ sunt, nempe

- 1) Lenibus temperantibus nitrosis, præcipitantibus, & anti-
moniatibus fixis.
 - 2) Regimine lenissime diapnoico.
 - d) Anceps hic est Venæ sectio. *Conf. D. D. Stablii dissertatio de
Venæ sectione in febribus acutis.*
15. *Fœtus mortuum.*
- a) *Signa.*
 - 1) Matris languor, debilitas, imo lipothymia.
 - 2) Horrores & volatici ardores.
 - 3) Angustia præcordiorum.
 - 4) Anxietates animi. *papillarum decoloratio & hæmorrhag. circuli.*
 - 5) Dolores capitis vertiginosi.
 - 6) Mammarum flacciditas & notabilis præsentia lactis tenuio-
(ris.
 - 7) Cessatio motus embryonicæ.
 - 8) Venter ad inguina delapsus, & onere insolito flaccide pen-
dens.
 - 9) Sensibile frigus in illa regione.
 - b) *Causæ.*
 - 1) Insignis gravidæ plethora.
 - 2) Gravia animi pathemata, iræ, terroris, mœroris,
 - 3) Morbida matris constitutio.
 - 4) Diarrhœæ diuturnæ.
 - 5) Dolores in ipso partu male succedentes aut administrati,
cum diuturniore fœtus in utero strictura.
 - c) *Methodus.*
 - 1) Ad maturam cadaveris expulsionem propinentur pellentia
specificæ, e. g. hepar anguillæ, borax Veneta, *Secundum*
 - 2) Ad vires restaurandas interponantur analeptica gratio-
ra.
 - 3) His autem irritis, & cessantibus ad partum doloribus, ma-
nualis extractio per Chirurgum tentetur.
 - 4) Expulso fœtu fœmina, puerperarum more, sollicitissime
tractetur.
 - 5) Si vero neque per interna, neque per externa auxilia negoti-
um succedat, embryo abibit in putredinem, & febrem pu-
tridam, sæpius lethalem, provocat; quæ caute & leni-
ter

ter tractetur, ac elifio, criticis maxime diebus, per remedia, febrem non turbantia, denuo tentetur: analeptici ubique conjunctis.

V. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Gravidis in genere, & univerfis propemodum earum affectibus conveniunt:

a) Plethoræ imminutio per Venæ sectionem, exceptis febribus acutis. *conter. anell. de febr. bilios.*

b) Humororum contemperatio per pulveres antispasmodicos.

c) Lenissimæ laxationes, repetitæ, sed non diu continuatæ.

d) Analeptica gemmata & carminativa, inprimis Tragea e rad. Carlinæ & sem. fœnicul.

a. *Venæ sectio* omnibus modis laudatur, præcipue in junioribus, non obstante Hippocratis observatione, utpote de largissima tum temporis usuali sanguinis profusione, agente; in sensibilibus tamen caute procedendum est.

a) *Tempus*: optime instituitur vel primis adhuc septimanis, nisi proxime ante conceptionem adornata fuerit; vel medio gestationis tempore, quod præcipue huic scopo quadrat; vel denique ultimis duabus aut tribus septimanis; vel sub initium, medio tempore, & circa finem.

b) *Mensura*: hæc ad 3-4 unicas accedat, majore enim copia sanguinem emittere, periculum minatur, præstat potius hunc actum repetere; minore autem quantitate illam adornare, periculosiores adhuc turbas concitat.

c) *Locus*: celebratur in brachio e vena mediana: in pede venam secare, singulare quidem periculum non involveret, & in rheumatico-arthritis affectibus circa lumbos, coxas & femora, præcipuum certe usum haberet, sed opinionibus aliquando cedendum est.

d) *Ufus Venæ sectionis* post abortum præcipue necessarius est, nempe ante vel sub initium novæ conceptionis; quo casu non contentendum est Waldschmidii consilium de triplici Venæ sectione. *protola periodo gestis.*

3. Pilulæ *Beccheriana*, multo magis autem *Stahlinae*, in quam plurimis gravidarum affectibus optimum usum habent; modo caveatur, ne loco genuinarum falsæ offerantur.

4. Neque spernendum effectum edunt *Essentie succini & pimpinella alba*, moderate usurpatz; quz sane multis parasangis antecellunt speciosis illis Balsamis embryonum, aquis cordialibus, carbunculi, vitz mulierum, & variis talibus odoriferis spiritibus, oſis, carminativis calidis, elixiribus uterinis, aromaticis, oleosis, myrrhatis, quz sanguinem nimis turgefaciunt, & in vero periculo non indemnia deprehenduntur; *externe autem odorifera illa & nervina non improbantur.*
5. Sic etiam sollicitè abstinendum est a *diureticis acrioribus, purgantibus, emeticis*, quz nimiam sanguinis commotionem & abortus periculum introducunt. Sufficiunt *salia media* pro digestionè, *nitrum* pro temperatione, *potiunculz seminatæ & rhabarbarino* cum passulis, cremore tartari, sem. anisi, cinnamom. item rob. Tamarind. passul. pro catharsi.
6. *Fluxus sanguinis uterini* uti præternaturalem statum in gravidis involvit, & paucissimis saltem exemplis innoxius observatur, ita maturum moderamen postulat.
7. Si vero jam proxime ad eruptionem tendant commotiones, *adstringentia sæpissime vel frustra* adhibentur, vel heteroclitos eventus inducunt; nisi causz illarum materiales sufficienter prius correctz & subactz sint.
8. Ubi vero *inhibitentia* locum habent, ibi cæteris præminent *gemmata*, species de hyacintho, corallata, nuces moschatz, in vino maceratz &c. ad motum elisorium placandum.
9. Si gravidz *prioribus* mensibus, præsertim tempore menstruo, hæmorrhagia obtingat, placidis adstringentibus non auscultans, & feminam ad syncopen usque exhausti, prognos abortum inevitabilem præſagit: hinc, pro vita matris salvanda, exclusio sine omni trepidatione promoveatur, nimis enim illz sanguinis profusiones longe certius & citius, abortu excluso, moderamen admittunt.
10. Quid autem de illa uteri hæmorrhagia sentiendum sit, quz vel proxime, vel plures etiam septimanas, ante partum aliquando obtingit, sequente Tabula indicabitur.
11. *Lassitudo plethorica* cautius discernenda est a vera Naturz debilitate, ne spirituosus analeptics, plethorico statui quovis modo contrariis, major sanguinis orgasmus concitetur,

12. *Spontaneus vomitus* rarissime abortum caufatur: peior eventus ab emeticis, inprimis fortioribus, metuendus est; dantur tamen gravidæ, quæ gestationis tempore emeticum aucter, & quasi ordinarium suum, non obstantibus dehortationibus Medicorum, cum euphoria & nullo infelici successu, adsumunt.
13. De *Varicibus* præter ea, quæ supra diximus, adhuc notandum; quod aliquando, licet rarissime, rumpantur: quo casu spiritus vini rectificatissimus, ad hæmorrhagiam inhibendam, secure adhibetur.
14. *Animi pathematum* non datur cura pharmaceutica, effectus tamen noxii, ab illis metuendi, aliquando possunt occupari, præcipue si causæ materiales concurrant, e. g. biliosa acrimonia, sive *crassior* in primis viis, sive *subtilior* per sanguinem diffusa. Crassiori plus quadrant *absorbentia*, quam alia temperantia: tenuiori bili dicta absorbentia *segnius* succurrunt, præsentius autem *nirum*, perire usurpatum. Ubique laxationes rhabarbariæ, pilulæ Stahlianæ, post iracundiam, clausa alvo, conveniunt.
15. Commotionum ipsarum ferociam *anodynis opiatis* compescere, infausum est tentamen: tutius exhibetur Massa pilularum de *Cynoglossa*, quæ parvissimo usu satis efficax est, efficacior tamen usus *cinnabaris* peritus.
16. *Balnea*, quæ aliis circa proximum partus tempus, aliis maturius placent, non improbantur, præcipue in adsuetis & minus sensibilibus: modo plethora sit imminuta, & reliquæ excretiones legitime succedant; improbantur autem nimis calida, diuturnior in illis commoratio, & aëris frigidi admissioe *repentina*: Substituunt aliz emollientia *Linimenta*.
17. Quod ad *dietam* gravidarum attinet, consuetudo multarum regularum vim enervat, & aliis alia concedit vel interdicit.
18. In genere notandum, quod non adeo facile in *qualitate*, sed potissimum in *quantitate* peccetur: hinc *temperantia* optima est norma.
19. *Dixta* nimium delicata, electiva, & scrupulosa vanitatem magis quam veritatem involvit; quod exemplo numerosissimarum rusticarum toto die confirmatur, quæ sub simplice sui victu, & corporis laboribus, a quam plurimis incommodis *otiosas*

- & delicatulas, sub pomposo suo apparatu, vexantibus) satis liberz vivunt.
20. Interea tamen, ubi sermones de conveniente dixta instituendi sunt, ibi crudi & crassi cibi, item *diuretica*, nempe allium, cepz, petroselinum, baccz juniperi, raphanacea, chzrefolium, nimium salita, acida, flatulenta quodam modo improbentur.
 21. *Calidis aromaticis* peregrinis przferantur nostratia, utpote temperata.
 22. *Perversa appetitui* mature resistendum commendetur, ne ille per habitum confirmetur, & fœtui, ultimis przferim mensibus, noceat.
 23. Rejjiciatur *potus spirituosus*, utpote przmaturum fœtus exitum provocans: vinum autem, sufficiente aqua dilutum, cerevisia tenuis, clara, Thèe, Cofcèe satis concedantur, ut noxia alvi ficcitas przcludatur.
 24. Inter *motum & quietem* tale temperamentum observetur, ne nimia quies concoctionem impediatur, lassitudinem plethoricam & dolores artuum augeat; neque vehementior motus abortum causetur.
 25. De *Vellura* in specie notandum, quod *vehemens & diuturna*, alvo przcipue obstipata, minus adsueta abortum non ita raro provocare soleat; *moderatio* autem, proximis adeo partui diebus, boni usûs sit, vias uterinas angustiores laxando, & ita ad feliciorum partum przparando.
 26. Nocet *sublatio & gestatio onerum*, cum graviore nisu contingens, ob diuturniorem halitus retentionem, & diaphragmatis inde ac uteri depressionem.
 27. Nocet etiam manuum repentina in altum extensio: hac enim ratione abdomen & uterus simul contrahuntur. Magis autem omnes ejusmodi motus primis, quam posterioribus, mensibus nocent.
 28. Somnus & vigiliz idem moderamen postulant, respiciendo corporis temperamentum, ubi cholericis diuturnior somnus magis, quam phlegmaticis, concedendus est.
 29. De *aere* eadem valet temperatura: nimius enim calor humores in orgasmum concitat.
 30. *Venus* summo studio fugiatur, quia abortum provocare, & super-

superfoetationem, licet hanc rarissime, causari potest: alias causas tacemus.

31. *Animi pathemata* reliquis omnibus sunt potentiora, & hinc quam maxime suas merentur cautelas.
32. *Ira & terror* hæmorrhagiam uterinam & abortum suscitant, foetum interimunt, aut infantem pavoribus & epilepsia reddunt obnoxium: insuper terror maxime signat foetum, quo si forte gravida perturbetur, caveat sibi a faciei contactu, & dosin pulveris antispasmodici, cum absorbente quodam combinati, assumat.
33. Quibus antea *abortus* contigit, circa illud ipsum præcipue tempus, ab his & novæ commotionis occasionibus, non minus autem ab ipso metu reversuri abortus, præ aliis sibi caveant.
34. *Affectus animi primis & ultimis*, phantasia ultimis mensibus præcipuam suam efficaciam exerunt, & in embryonem derivant. Post tales casus, præter pharmaceutica, ubique conveniunt placida requies & modestum animi oblectamentum, nocivas impressiones dissipatura.
35. Tandem, quoniam certissimum est, quod mentis affectiones maternæ cum animo embryonis communicentur, gravida bene meminerit, se duplici vinculo esse ligatam, animum, divinis ideis & oblectamentis imbutum, conservare.



TABVLA CXIII,

DE

AFFECTIBVS PARIENTIUM,

I. SIGNA PARTUS IMMINENTIS.

1. Frequentior urinz emissio.
2. Tenesmodos intestini recti constrictio, non quidem durabilis; sæpius tamen revertens.
3. Prodit aliquando brevi ante partum e vagina uteri mucus cruentus, cum insequente urina turbida & sordida.
4. Uterus successive subsidet & ad os pubis vergit; quod mulieres exprimunt: *Der Leib hat sich gesencket.*
5. Mensura temporis, 40. nempe septimanarum, a prima menstrui fluxus emanatione, vel 10. aut 21. septimanarum a primo fœtus motu computando.
6. Præcipue si ea phasis Lunæ, qua alioquin gravida menstruum fluxum experiri consuevit, simul coincidat. *Plura de his vid. infra.*
7. Dolores dorsi & lumborum deorsum ad pubem usque protensi.
8. Motus ipsius uteri spastici cum tremoribus genuum, pedum, & insequente apertura orificii uterini, wenn sich der Leib nach unten rechten Wehen gebührend öffnet.
9. Secundinarum ruptura, & contenti liquaminis effusio, succedente majore uteri reseratione, ut convexitas capitis quoddammodo quasi promineat; sæminæ dicunt: *Das Wasser ist gesprungen, das Kind ist in die Geburt getreten.*

II. PROGNOSIS.

1. Partus facilius succedit junioribus, vegetis, frugalibus, rusticis, & quæ sunt animi moderatioris: quo magis consueto menstruo tempore respondet, eo meliorem successum pollicetur.
2. Difficilem autem partum sequentes circumstantiæ minantur,
 - a) *Ex parte matris:*
 - 1) *Habitus corporis plethoricus, nimis obesus,*
 - 2) *Vel debilis morbosus aut delicatulus.*

3) In

- 3) In specie calculus vesicæ, cujus inde crepatura metuenda est.
- 4) Quæ inobedientes sunt, suisque affectibus moderari nesciunt.
- 5) Primiparæ, præcipue annoſæ, bey welchen es schwerer bricht.
- 6) Terror instantis thori, *percipere.*
- 7) Mala & cruda dizta.
- 8) Dolores juſto diutius emanentes, languefcentes, aut rario-ribus intervallis revertentes.
- 9) Dolores spurii, qui non ad partum, ſed ſurſum verſus præcordia & caput tendunt, cum levi animi deliquio, anxietate præcordiorum, odontalgia & cephalalgia, da ſich die Wehen in die Höhe ſehen/ und in den Kopf ſteigen.
- 10) Hæmorrhagia uteri partum antecedens.
- 11) Præmaturus aquarum effluxus.
- 12) Membranz ſecundinarum firmiores, rumpi nescientes.
- 13) Convulſiones parturienti ſupervenientes.
- 14) Deſectus aperturæ uteri, ob ſcirrhofas excreſcentias vel alias vaginæ læſiones,
- b) *Ex parte embryonis.*
- 1) Concretio ſecundinarum, vel harum ante ^{ſecundum} partum excretio.
- 2) Circumvolutio funiculi umbilicalis, circa collum embryonis.
- 3) Fœtus male conformatus, hydrocephalicus, vel plane intermortuus.
- 4) Gemelli, æquali enixu ad egreſſum promoti.
- 5) Fœtus male ſituatus, in ſpecie, ubi capite prono ſuper os pubis imminet, wenn das Kind über den Bogen ſtehet; vel pes aut manus præcedit.
- 6) Mola, quæ interdum cum ipſo fœtu geſtatur: de hac inferiorum plura.
- c) His accenſeri merentur;
- 1) Imperitæ obſtricticis machinationes & perverſæ actiones.
- 2) Partus circa plenilunium contingens, qui uti difficilior, ita etiam in junioribus rarioſe obſervatur.

III. AFFECTUS IPSI & ILLORVM TRACTATIO.

Inter symptomata, parientibus familiaria, occurrunt

1) Dolores spurii.

- a) Hi torquent aliquando gravidam vel instante partu tempore, vel interdum 2-3 septimanas ante partum.
- b) Dignoscuntur e vago motu dolorifico, flatulento, modo transversim per abdomen, modo sursum versus prœcordia & caput, excurrentes.
- c) Suscitantur per regimen incongruum, dietam crudam & calidam medicationem.
- d) Discuriuntur

1) Interne: carminativis temperatis, e. g. pimpinell. alb. momento costivi veri, caryophyll. aromatic, cardamom. marit. frustulo panis melliti, exiguo calidi vini haustu.

2) Externe: nervinis, iisdemque carminativis: fomentis ex herb. pulegii, serpilli, chamomill. menth. suffum e nucemofchata, caryophyll. cardamom. pauxillo croci cum vino dilutis, & fervido lateri vel filici affusis.

2. Dysfocia, seu partus difficilis.

a) Hujus causas sub prognosi jam indicavimus.

b) In genere partus facilitatur

1) Emolliatione partium per balnea & infusus e fursuribus & paucis semine lini per 14. dies ante partum usurpanda. Vulgus interne utitur jusculis pinguibus cum multo oleo olivarum; externe olea & unguenta abdomini illinit.

2) Alvi expeditione per victum humectantem & leniora laxantia, per clysteres pure lubricantes e decocto hordei, avenæ, lacte, pingui jusculo carniæ cum saccharo, vel sale communi, & oleo amygdalarum dulcium vel olivarum.

3) Justis temporis expectatione, motu corporis tolerabili, deambulatorio in hypocausto, donec veri dolores evidenter accedant.

4) Moderate pellentibus & stœmoventibus, quæ tempore necessitatis, post aquæ effusionem, orificii uterini referationem, & fœtus in illud ingressum, locum habent. e. g.

a) Borax veneta.

β) Crocus parcius exhibitus.

γ) He-

- γ) Hepar anguillæ ad scrup. I. propinatum.
 δ) Pulvis secundinarum exsiccatarum, seu spiritus illarum; secundum Ettmullerum.
 ε) Pilulæ Beccherianæ, Stahlianæ.
 ζ) Aquæ destillatæ, e. g. Melissæ, puleg. lil. alb. Verben. cheir. cinnam. sed moderate, ad drachmas potius, quam uncias, sumendæ.
 ς) Eodem tempore etiam externa conveniunt, nempe
 α) Nervino-aromatica e pane mellito, piperato, quem vino Hispanico vel balsamo embryonum madefacere, & nuce moschata, caryophyllis, croco, cardamom, confersum abdomini imponere licet.
 β) Suffragia ex his & aliis; quibus nothi dolores evanescent, & legitimi promoventur.
 c) In debilitate & morbosa matris constitutione succurritur debitis analepticis.
 d) Quando delicata animi sensibilitas subest, dolores fugiens, non solum analepticis, sed etiam adhortationibus seriis, ad constantiam laborum gravida animanda est.
 e) Ubi dolores interrupti, vagi, vel languidi sunt, ibi eadem conducunt, quæ superius jam laudavimus.
 f) In doloribus sursum versis, angustias præcordiorum, respirationem difficilem, odontalgiam & cephalalgiam proritantibus, pulvis antispasmodicus, pilulæ Beccheri, Stahlî, & Clyster rem expediunt.
 g) Peccante plethora & nimis obeso parturientis habitu, Venæ sectio in brachio præservative, imo etiam in ipso partus termino curative, sed tum in pede potius adornanda, uti & temperantia commendantur.
 h) Deficiente nisu ad fortiora tandem, aliis irritis, progrediendum est, qualia sunt sternutationes & emetica, junctæ in habitioribus Venæ sectione.
 i) Quando membrana secundinarum nimis firma sunt, (quo casu interdum, licet difficillime, integris membranis fœtus involutus excluditur) sufficientia tamen imminentis partus indicia prostant, embryonetiam debito situ deprehenditur, perita & cauta obstetrix, non tam unguibus, quam

Si ad jij

retrogradi

massis
capituli

- quam scalpello superius obtuso, easdem rumpat, & separet; qua ratione aquarum & fœtus egressio promoventur. Vulgo dicunt: Das Wasser kneipen. Vid. Ettmullerus,
- k) Quando autem *aque maturius* effluunt, & viz nimis inde efficiantur, obstetrix vaginam uteri & abdomen moderate unguat oleis amygdal. dulc. lil. alb. ^{Acet.} chamomill. olivar, unguent. alth.
- l) *Convulsiones*, parturienti supervenientes, exposcunt moderatorem per antepileptica, cinnabarina lumbricos terrestres præparatos.
- m) In *hemorrhagia uteri*, sive proxime, sive aliquot septimanis parturum præcedente, & tam fœtui, quam matri, viz periculum minitante, temperantia pellentium usum suppleant.
- n) Si fœtus *legitimum situm* non occupet, pellentia maximo damno adhibentur: hinc manus obstetricantis seu chirurgo in debitum situm embryonem prius reponat, & in specie, ubi capite prono super os pubis imminet, wenn das Kind über den Bogen steht / fœtus caput blande sursum adigere nitatur.
- o) Fœtus vel *male conformatus*, vel hydrocephalicus, vel funiculo umbilicali circumvolutus, vel plane intermortuus, ubi dystociam causatur, ibi res fere conlata est. De fœtu tamen mortuo tractando videatur Tabula antecedens.
- p) Eandem difficultatem premunt, nullum autem auxilium pharmaceuticum admittunt, *gemelli* æquali nixu ad egressum promoti.
- q) Tandem de *Mola*, utpote non minima dystociz causa, aliquid dicendum restat.
- 1) Est concrementum membranaceum, fibrosum, quod apertum, sanguinem spissum nigricantem exhibet.
 - 2) Interdum *sola*, interdum cum *fœtu ipso*, gestatur.
 - 3) Moronus indicat exempla vivarum, monstrosarum molarum, fœtum enecantium, rostro, unguibus &c. conspicuarum. *idem et absq; fœtu. p. 52. nuptarum.*
 - 4) Unde oriantur molz, quæstio est majoris momenti: non leve enim præjudicium adfert illis, quæ extra conjugium easdem excludere solent; tumentur tamen Recentiores, quod

- quod & sine viri congressu lascivis ovula decedere possunt.
- 5) Familiariter autem a progressu abortu, præcipue immaturo, originem ducunt, retentis nempe laciniis secundinarum.
 - 6) Quæ molæ solæ gestantur, in junioribus facilius decedunt, & ad summum ultra annum spatium in illis non durant, in annosis autem per duos vel tres annos hærent, & non raro mortem inducunt; quæ vero cum fœtu simul gestantur, ambiguum nutritionem, anxia symptomata, fluxus uterinos heteroclitos, & abortûs periculum minantur.
 - 7) *Signa* subinitium satis dubia sunt, certius vero tum demum indicium habetur, quando post dimidium gestationis tempus verus embryonis motus non percipitur; sed palpitaciones saltem lenes, rariores, & obscuræ. His accedunt perpetui quasi irregulares fluxus uterini. *Vid. Differentia Tab. CXII.*
 - 8) Quo casu communiter concurrens talis flacciditas uteri & illius ligamentorum, ut sub mutatione decubitus ex uno latere in alterum pondus quasi in eodem hypogastrio volutari sentiatur.
 - 9) Et licet abdomen, justæ imprægnationis instar, turgescat, in eo tamen familiariter discrepat, quod planius, & versus hypochondria latius, frequenter etiam certo tempore flaccidum, & dimidiâ parte quasi vacuum, conspiciatur.
 - 10) Sentitur etiam magis, quam ordinarie, pondus versus infimam abdominis regionem.
 - 11) Tanto certius vero molæ præsentis signum est, quando vel nulli dolores ad partum justo tempore contingunt, vel non sufficientes, vagi & inconstantes, aut vehementes etiam, nullam expulsionem producant.
 - 12) Quando mola cum fœtu gestatur, prius non admittitur medicatio, quam post veræ & falsæ conceptionis exclusionem; quo casu uterus legitime depurandus est, ad methodum sub abortu commendatam.

13) Quando autem mola *sola* gestatur, & indubia illius signa prostant, singulis mensibus, ad exclusionem usque, pilulæ Stahliz per decem & plures dies possunt propinari, conjunctis aliquoties circa plenilunium balneis temperatis.

3. *Retentio secundinarum.*

a) Hæc citius expedienda est, antequam uterus post partum iterum occludatur, alias graviores hæmorrhagiæ, lipothymiz & febres inflammatoriz putridæ succedunt.

b) Promovetur autem secundinz

1) Per tussim voluntariam, vel sternutationem puerperæ.

2) Per lenem attractionem funiculi umbilicalis, cavendo tamen, ne fortiore conatu abrumpatur.

3) Per modestam & cautam manum obstetricis, mit geschmeibigen / dünnen Händen.

4) Per dosin pilularum Stahliz vel Beccheri, sive in pulverem redactam, sive aqua sceniculi solutam. *Absecund. hu. vro.*

5) Per hepar anguillæ, aqua quadam uterina propinatum.

6) Per juscula crocata.

7) Per clysteres domesticos.

c) Si vero frustra quædam remanserint, & post duodecim fere horas motus febriles insequantur, putredo inhibenda & exterminanda est: in quem finem laudantur

1) Pilulæ balsamicæ Stahliz, Beccheri, per aliquot dies continuandæ.

2) Essent. alexipharm. cum essent. succin. myrrhæ, cort. cascarill.

3) Salina colliquantia & temperantia.

4. *Prolapsus uteri.*

a) Evenit hic sæpe sub vel post sætum enixum.

b) Restituitur

1) Manuali repositione, antequam intumescencia superveniat.

2) Asperione aluminis & Mastichæ pulverisat.

3) Sufficiente calore, in specie incubando asseri calido.

c) Quando autem prolapsus talis in habitum degeneravit, tractandus est uti *procidencia ani*. Conf. Tab. de Tenesmo, item Tabula LXXIX. Cautel. 4.

d) Dan-

d) Dantur peculiare machinz, quarum applicatione habituali tali affectui occurritur.

IV. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Principium vitale uti intentionem suam in aliis affectibus non semper continuis, sed per intervalla repetitis motibus profequitur, ita etiam in negotio partus tales motuum spasticorum interruptiones occurrunt, quæ sane non culpandæ, sed perite, potius considerandæ & æstimandæ sunt.
2. Sic enim observare licet, quod parientes motus experiantur sub initium leniores, quibus fœtus sensim ad legitimum situm promovetur; germanice, daß sich das Kind sencket / und vor die Geburt trit.
3. Post hunc laborem Natura paululum acquiescere sæpius observatur, deinde motus de novo reassumit ad uterum aliquo modo aperiendum.
4. Hunc laborem ut plurimum nova sequitur requies, donec tandem ad ultimum laboriosissimum actum Natura accedat, nempe ad secundinarum rupturam, uteri majorem reserationem, fœtus ingressum, daß das Kind in die Geburt trete; & tandem ejusdem exclusionem.
5. Hic successivus Naturæ labor, admiratione dignissimus, non solum non attenditur, sed toto etiam die, imprudentia præcipue obstetricum, turbatur, præcocibus nempe ad partum hortamentis, pellentibus præmaturis &c. unde parientis vires frivole consumuntur, ut justo deinde tempore ad labores impares existant, vel fœtus ipse in situm incommodum deveniat.
6. Ad graves hosce errores evitandos notetur, quod vix unquam consultum sit, ad labores parientem excitare, antequam notabilis uteri reseratio supervenerit, cum aquarum effusione, & fœtus ingressu. Deambulet potius seu circumducatur parturiens in hypocausto, vel sedendo aut stando propiora partus indicia expectet.
7. Maximum parturientis officium in eo saltem consistit, ut spasmos seu dolores ad partum, a Natura excitatos, prudenter administret, abdomen nempe comprimendo, halitum profundius inspirando, inspiratum sub vigore dolorum diutius detinendo, detentum non uno impetu, sed lenissime exspirando, ab

vg. orbis
 p. v. mag.
 involub. se
 A. sup. v. d. u.
 c. t. a.

inutili ejulatu, quiritatione, immorigera situs mutatione & volutatione abstinendo.

8. Clamores autem contentiosi, qui sub ultima fœtus eruptione contingunt, non adeo compescendi sunt, quoties cum abdominis pressione junguntur: hi enim non retardant exclusionem, sed potius quodam modo eandem promovent.
9. Quod ad *pellentia* & partum promoventia remedia attinet, merito prius considerandum est, num iisdem opus sit: si enim energia Naturæ jam sufficiat, metuendum sane, ne, addito stimulo, nimium motus intendatur, & nisus superfluus dolorificus, aut hæmorrhagiæ nimix postea insequantur.
10. Maxime hoc valet de *emmenagogis* vulgatis calidioribus, e. g. myrrha, succino, elixiribus uterinis, oleis destillatis, croco & borace largiore; quæ omnia vel plane non, vel caute & parce usurpanda sunt.
11. Imo ipsæ usitatæ *aquæ spirituosæ*, e. g. cinnamomi, vini Hispanici, quæ scopo analeptico sub partu exhiberi solent, discrimen subjectorum postulant: plethoricis enim & cholericis junioribus moderatissime concedendæ sunt; alias hæmorrhagiæ vel febres acutæ inducuntur.
12. Conferunt potius talibus *Nitrosa temperantia*, e. g. pulvis antispasmod. quæ orgasmum sanguinis contemperant, & facilitatem partus successum promovent.
13. *Obstetricæ* communiter valde imperitæ, imo stupidæ sunt, & hinc illegitimum fœtus situm sæpius falso accusant, ac eundem corrigere satagunt: unde arcendæ sunt a tali conatu; quod si vero mali situs suspicio obveniat, res peritioribus, sive fœminis, sive chirurgis, relinquenda est. Cæterum imperitia esset, iudicium de situ fœtus exquisitum ab obstetricæ ante assumere, quam secundinæ ruptura & aquæ effusio facta sit.
14. Eisdem temperare sibi debent a stolidâ & audacè *apertione secundinarum*, sive acicula, sive unguibus illa tentetur; nisi membranz tenuiores una cum fœtu prodeant, vel admodum promineant, aut, in præternaturali partu, placenta prius sese offerat: hæc enim artificialis apertio non æque, ac spontanea ruptura, late dehiscit, neque ita justum fœtui exitum præbet. Vid. *Estmullerus*.

15. Sic etiam tales imperitæ quovis modo arcendæ sunt a rudi tractatione, ne læsionem vaginæ, vesicæ, imo ipsi infanti inferant.
16. In partus conatibus, quando fœmina sellæ vel lecto inflexis genibus impedita est, collum & genua mantilibus circumligantur, ne spastici dolores ista inflent, & tumores relinquunt. *et dolore partus*
17. Ad ultimum exclusionis nisum tolerabiliorem reddendum, sustentatio ossis sacri, sive manibus validioribus, sive alio fulcro, magnum levamen adfert. *et dolore partus*
18. Hemorrhagia uteri ante partum, uti periculo non caret, ita operæ pretium esset, si remedium illud, quod Henricus ab Heer tanquam indubium commendat, ulteriori tentationi subjiceretur. Est autem illud *testiculus equinus*, in taleolos concisus, vino immerfus, clibano exsiccatus, pulverisatus, & ad usum repositus. *idem non*
reperitur
reperitur
19. Alvus sicca remoratur partum, unde emollienda est clysteribus, laxantibus, fenna, passul. min. jusculis. Denudatio vero corporis & refrigerium, præcipue humidum, magna pericula minantur.
20. Præ cæteris etiam corporis & animi mollities, inquietudo, impatientia, & anxiz querelæ exclusionem fœtus reddunt difficiliorem; præcipue quando hypocaustum est angustum & nimis calefactum.
21. Denique *expectatio legitimi temporis* non infimum in negotio paræus locum habet: quæ fœminæ statum tempus mensium non habent, nihil exquisite expectare possunt; hæc quando ad tolerantiam sanæ sunt, & distinctum fœtus motum adhuc perferunt, de partus ultra calculum suum dilatione nihil habent metuendum.
22. Quæ vero statos menses habent, illæ medio gestationis tempore motum fœtus adnotent, & viginti abhinc septimanas numerent: Si harum finis incidat in illud tempus, quo menses fluere solent, de partu instante satis certæ esse possunt; ubi autem consuetæ mensium evacuationi illarum finis non respondet, partus vel paululum differtur, vel maturius expectandus est, prout nempe mensium terminus finem viginti septimanarum transgreditur, veleundem præcedit.

TABVLA CXIV.
DE
AFFECTIBUS PUERPERARUM.

I. AFFECTUS.

1. Nihilus Lochiorum fluxus.

Hunc affectum superius peculiari Tabula exhibuimus.

2. Suppressio Lochiorum, five in totum, five in tantum. De hoc affectu itidem speciali Tabula superius actum est.

3. Febres inflammatorie.

a) Hæc puerperis non raro accedunt.

b) Oriuntur

1) Vel a secundinis retentis;

2) Vel lochiorum suppressione;

3) Vel animi pathematibus, e. g. terrore, iracundia;

4) Vel refrigeratione.

c) Sæpius sunt funestæ.

d) Tractantur uti aliz inflammatoriz febres, & ita exposcunt

1) *Resolutionem* per salina, absorbentia semi-faturata, pulveres temperantes.

2) *Discussionem* per Essent. alexipharm. Cort. aurantior. inprimis cort. cascarill. cum regimine leniter diapnoico.

3) Non neglecto *alvi successu* per globul. moschat. clysterem domesticum, e decocto hordei cum oleo anethi & sale, item per pilulas Beccheri vel Stahlîi.

4. Febris miliaris seu purpura.

a) Hæc puerperas, ut ad læsionem subeundam magis dispositas, in uno & altero loco non ita raro infestat.

b) Exhibuimus hanc febrem superius Tabula speciali.

5. Febris papularis.

a) Hæc, latioribus maculis conspicua, puerperas etiam subinde invadit; germanice; *Die Nessel oder Wiebel-Sucht.*

b) Mi.

b) Mitescit solis temperantibus & absorbentibus cum leni regimine & aquis diapnoicis temperatis.

c) Tandem, post 14. circiter dies, sordes biliosæ laxante quodam conveniente, e. g. rhabarb, vel Manna jusculo carnis soluta, eliminantur.

6. Diarrhœa cholericodes,

a) Huic ansam facile præbent

1) Iracundia.

2) Potus vel frigidus vel sæculentus, tanto magis uterque simul concurrans.

3) Suppressio fluxus sanguinis.

b) Magnis torminibus, doloribus & febre intestinorum inflammatoria stipata, satis periculosum symptoma gravidarum existit, præcipue si post 3-4 dies non imminuatur.

c) Tractantur

1) Interne

a) Absorbentibus, e. g. Matre perlarum, oc. cancri, corall. C. C. usto.

β) Post correctam materiam ad roborandum rad. gentian. rubr. convenit. *Spec. ex conc. de ryanth. in spl.*

γ) Interpositis subinde rhabarbariis & subjunctis anodynis correctis. *M. de Cynogl.*

δ) Exhibendo ubique potum temperantem largiorem. *vg. poliana.*

ε) Evitando adstringentia & Narcotica.

ς) Nitrum non nisi in potu dilatiori adhibeatur.

2) Externe fomentis e resolventibus & tonicis. *maslin. et. v. d.*

7. Flatulentia Lochialis.

Hanc discutunt.

a) Interne.

1) Pulvis e conchis præparatis, antimonio diaphoretico & croco martis antimoniato teneriore paratus.

2) Oleum amygdalarum dulcium. *3 ij de die.*

3) Spiritus tartari, salis armoniaci anisat.

4) Effent. cort. aurantiorum.

5) Nitrosa in calidioribus, spiritus nitri dulcis.

6) Juscula carminativa, crocata.

b) Ex.

b) Externe nervina conducunt, *o. o. Thomasi. Craton. et.*

8. Dolores post partum.

a) Hi oriuntur facile

1) Post partum difficilem.

2) A residuo quodam frusto secundinarum, vel ad minimum a sanguine in utero coagulato.

3) A vitis lochiorum sive excedentium, sive suppressorum.

4) A refrigerationibus. *ventris & mammillar.*

5) A neglectu legitimæ ligaturæ abdominis post partum.

6) A vehemente infantis suctione.

b) Sopiuntur

1) Tinctura Cort. aurant. recent. saturat. cum syrupo cort. aurant. & de citro mixta, ac mediante aquâ melissæ exhibitâ; cavendo a Tinctura Castorei.

2) Compositionibus e zedoar. carlin. pimp. alb. angelic. chamomill.

3) Jusculis carminativis, nuce moschata conditis. *Sem. carvi.*

4) Aquis pulegii, melissæ, ceras. flor. tiliz; cinnamom. cydonior. *menth. matricar. chamomill. fenic.*

5) Specificis, e. g. semine nigelli jusculo pingui exhibitio, urina maritiad cochlear I. propinata.

6) His tamen omnibus palmam præripiunt pilulæ Stahlianæ vel Beccherianæ genuinæ.

7) Externe

a) Clysteribus carminativis.

β) Fomentis odoriferis e spiritu salis armoniaci cum spiritu apopleptico; item e dictis radicibus cum chamomill. rosmarino, mentha rubra, flor. sambuc. bacc. lauri.

γ) Linimentis scrobiculo cordis applicatis, ex ol. anethi, irino cum oleis destillatis carminativis, menth. carvi. *ma.*

c) Licet autem hi dolores rarius in primiparis, quàm aliis, occurrere credantur, docent tamen non pauca exempla, quod non prorsus ab hoc incommodo liberæ sint.

9. Pavores.

His succurrunt

a) Analeptica temperata, emulsiva, gelatinosa, *opul. & nat. Anagall. ali.*

b) Usus

b) Usus modicus vini generosi,

c) Gemmata.

10. Tumor abdominis.

a) Hic ortum communiter ducit a ligatura abdominis post partum neglecta.

b) Exigit carminativa & resolventia, quæ inquinamenta uteri expurgare ac debitum tonum restituere valent, e. g.

1) Rad. bryon. hellebor. nigr.

2) Herb. betonic. organ. chæresol.

3) Præ omnibus pilulæ Stahlî vel Beccheri per 14. dies continuatæ, & post mensis intervallum repetitæ.

11. Tumor pudendorum.

a) Ortum sumit a partu difficili.

b) Præter alia incommoda dysuriam inducit,

c) Succurritur

1) Unguento althææ, quod præfente ardore & inflammatione qualicumq; remisceatur cum unguento albo camphorato.

2) Sacculis e floribus chamomill. sambuc. semin. lini & paulul. camphoræ paratis, lacte coctis, leniter expressis & impositis.

d) Ipsi autem dysuriæ quomodo succurrendum sit, suo loco quæzatur.

e) Quando vulneratio in illis locis præsto est, liquamen myrrhæ, oleum ovorum, vel alia balsamica congrua locum habent; evitando pinguinosa, quæ tumores facile invitant.

II. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quam primum fœmina peperit, quantocyus in lectum bene calefactum deferatur, & abdomen illius, unter denen Rippen in weichen / latiore mantili ligetur.

2. Præcipue autem ab omni aëre frigido defendatur: supernè enim sudore & inferne secundinarum liquamine madida ægerrime refrigerationem tolerat.

3. His insuper habitis, facile lochiorum suppressio, fœbres, tormina, flatus, tumor abdominis ein sackigter Leib / gleich einer schwangeren Frau / succedunt.

4. Cæterum vulneratæ instar tractanda est, & vires refocillandæ sunt

a) Per summam corporis requiem et firmum in latere dextro.

b) Per concessionem ipsius somni, neglecta illa traditione, quod

foment
 est viscerum
 cui add. but
 ligatum, ap
 estur c. l. l.
 camelæ d. d.
 p. myrrhæ.

In

- puerpera intra tres post partum horas non debeat dormire; nisi quidem lipothymica vel syncoptica plane metuenta pericula contrarium suadeant. *Vid. Caustela, n. 16*
- c) Per *juscula*, non spirituosa, sed temperata, e carnibus gallin. bubul. quibus cuminum incoquatur.
- d) Item per *juscula* e cerevisia defœcata cum cumino.
- e) Per *gelatinosa* e *rasur*, C. C. ebor. cum citro, ol. amygdal. dulc. cum ovo recente, momento cinnamomi. *Yng. alk.*
- f) Per *potum* ex aqua hordei, passul. typhor. C. C. paratum.
- g) Per *vinum* aqua largius dilutum, quod post quartum diem, quando lactis horrores perpeffi sunt, liberalius concedi potest; quo tempore ipsum vinum generosum exoticum, modicè sumtum, egregie reficit.
5. Calor hypocausti æqualiter ubique conservetur, & potus frigidus summopere fugiatur. *not. utroque*
6. Vulgi fœminarum illa est superstitio, quod puerperæ longe minimum bibere debeant; quod tamen de potu frigido unice intelligendum est: imo ne conducit quidem, solo calido illo potu & decocto puerperas ita macerare, ut sæpius conquerantur, viscera sua a fervidis illis jusculis semi-cocta quasi & adusta esse. *potus hic e factu non ppe in utero*
7. Inter *excretiones* primum locum tenent *lochia*; ubi cavendum, ne per inquietudinem & calida remedia ac regimina ad excessum perducantur, neque etiam, sive actuali, sive potentiali refrigerio, supprimantur.
8. *Diapnoe* moderate promoveatur, & si etiam largissime succedat insucculentis, phlegmaticis, minime tamen turbetur.
9. Ad *alvi solutionem* primis diebus non ita properetur, habet enim Principium vitale in massa sanguinea tantum occupationis, nempe negotium lochiorum & lactis dirigendum, ut primas vias aliquo modo negligere cogatur.
10. Hinc non consultum est alvum eo tempore irritare, multominus ventriculum incongruis & solidis cibis onerare, ne Natura a labore suo maxime necessario avocetur.
11. Cum gaudio sane, non semel sed sæpius, observare licuit, quod *Pilula Stabliane*, sigillo Auctoris munitz, & hinc genuinz, puerperis, usque accuratam dictam observantibus, a primopar-

- tus die usque ad nonum exhibitæ, alvum prius non solverint, quam quarto circiter die, sub optima interim puerperarum euphoria: testimonio satis evidente, pilulas hæc non agere stimulando, sed Naturam confortando, & ad scopos suos necessarios cooperando. *et dirigende.*
12. Quibus tamen pilulæ hæc ad manus non sunt, illæ ad alvi ficitatem, flatulentos & anxios motus inferentem, adhibeant clysterem pure emollientem, oleum amygdalar. dulc. & cibos lubricantes.
 13. *Animi pathemata* cane & angue pejus fugienda sunt: terror enim lochia supprimit; ira hæmorrhagias insolescentes, febres acutas, diarrhœas cholericas producit; utraque vero pathemata syncopticas reddunt puerperas.
 14. Absit *lucis splendide* adspæctus; sæpe enim in tenerioribus visus inde debilitatur: unde tinnitus & susurrus aurium, vel plane auditus gravitas, inducuntur,
 15. Fugiantur crebræ & diuturnæ *sermocinationes*, exalescentiam sanguinis facile concitant. *et cephalalgia inducentes.*
 16. Puerpera, largioribus lochiis exhausta, si in *syncope* aliquoties delabatur, & perpetuo abdormiscere gestiat, resuscitetur, ne hinc in lethalem soporem transeat.
 17. Solent mulierculæ protinus a partu *sacculos* carminativos abdomini imponere; quod minime improbandum; ad flatus enim discutiendos conducunt.
 18. Sic etiam genitalibus, pariendi labore tumefactis, vinum calidum, linteis imbibitum applicant.
 19. *Calida* in juvenculis, præcipue plethoricis, maxime vitanda, & vires vinosis circumspæcte excitandæ sunt.
 20. *Orgasmi* sanguinis ubique occupetur per absorbentia, & Nitrofa.
 21. Ante nonum diem *lectum* non deserant puerperæ; neque prius *hypocaustum*, quam post 5-6 septimanas; quo tempore non incommodum est, nodulo quodam laxante, vel pilulis Beccherianis leniter illas repurgare.
 22. Si lochia sufficienter non fluxerint, & largior diaphoresis successerit, pellentibus ea non revocentur, sed diaphoreticis fixis & alexipharmacis res expediatur.

TABVLA CXV.

DE

AFFECTIBUS LACTANTIUM.

I. AFFECTUS.

1. *Horrores lactis, Milch, Schauer. milchfröst.*
 - a) Hi circa tertium vel quartum diem perferuntur.
 - b) Nulla directa medicatione indigent: sufficit circumspēctum regimen diapnoicum, & promotio perspirabilitatis mammarum.
 - c) Quando autem notabilis calor, vel febris plane inflammatoria jungitur, antifebrilia temperata adhibeantur.
2. *Inflammationes erysipelacea mammarum.*
Hæ, uti aliarum partium, optime discutiuntur
 - a) Spiritu vini camphorato, essentia croci parce mixto;
 - b) Sollicita externi caloris conservatione.
3. *Lactis perruptio difficilis.*
 promovent hanc
 - a) Alvus laxa, per clysteres carminativos obtinenda.
 - b) Lenis diaphoresis.
 - c) Temperantia cum interpositis alexipharmacis.
 - d) Obtectio mammarum cum panno,
 - e) Frictio illarum cum excutia.
 - f) Frotus per pelliculam mustelæ.
 - g) Suctio. *in infantibus alienos.*
4. *Lactis defectus.*
 - a) Defectus lactis est vel *totalis*, ubi nullum plane lac mammas ingreditur; vel *partialis*, ad infantem alendum non sufficiens. *sem in lubid. & febr. & d. imo vobis in suventis.*
 - b) *Totalis* defectus observatur præcipue in illis, quæ nimis sero matrimonium inierunt, & insuper temperamenti sunt cholericæ,

c) *Imminutio autem, seu partialis lactis defectus dependet vel a sero falso; vel ab alimenti sufficientis inopia; vel a mororibus & aliis animi afflictionibus.*

d) Ubi humores falso-biliofi peccant, ibi

1) Corrigantur per absorbentia, e. g. crySTALL. præparat. item Lac Lunæ, lumbricos terrestres.

2) Evacuentur per pilulas Stahlî, Beccheri.

e) Ubi vero justum alimentum deficit, ibi lactis defectus refarcitur

1) Cibis eupetis, nutrientibus, emulsionibus, lacte animalium, pultacéis, *lenticis.*

2) Carminativis, præcipue semine cumini, nigelli, *fam. confect. anis.*

3) Plebs lardum cum lacte coctum celebrat.

5. *Lactis abundantia.*

a) Hæc imminuenda est, alias varia incommoda circa mammas, nempe nodi & abscessus, oboriuntur.

b) Occurritur

1) Suctione alius simul infantis, vel catulî.

2) Emulsionem.

3) Dixta parciore, diluta, potulenta.

4) Sufficiente corporis labore.

e) Ad plenariam vero lactis *discussionem*, si vel non possint, vel, pro moribus corruptis, nolint lactare, adhibeantur

1) *Interne alexipharmaco- diuretica, & digestiva salina.*

2) *Externe*

a) Sacculi sicci ex herb. chærefol. petroselin. menthæ, semin. Coriandri, petroselini, camphora, parati, *recept.* *super.* *lepise applicandi.*

β) Spiritus Vini camphoratus, crocatus, mediantibus linteis applicatus.

γ) Pro ditioribus cera alba liquetur, paululum succi citri & camphoræ, in oleo solutz, Drach. I, addantur: huic liquamini linteum intingatur, statim per frigidam trahatur, & postea applicetur.

6. *Lactis tenuitas aquosa.*

a) Hæc vel a dixtæ, vel concoctionis, vel humorum vitio dependet.

- b) Infantes atrophici inde redduntur.
- c) Corrigitur hæc tenuitas
- 1) Dixta mutatione.
 - 2) Primarum viarum expurgatione per pilulas Beccheri, extract. panchymagog. Crollii.
 - 3) Harum deinde confortatione per stomachica appropriata.
 - 4) Serosorum humorum evacuatione per convenientia phlegmagoga, e. g. Jalappina.
7. *Lactis falsedo, & biliosa flavedo.*
- a) Hæc vitia tormina, diarrhæas, vomitus, affectus cutaneos scabiosos, imo exulcerationes & febriles ardores infantibus inducunt.
- b) Emendantur
- 1) Absorbentibus, e. g. Ocul. Cancr. conch. præparat. Matr. perularum: nitrosis, rhabbarinis.
 - 2) Dixta conveniente, abstinendo a cibis nimium falsis, acidis, aromatizatis, item a potu spirituosos, corporis & animi ex-candescencia.
8. *Lactis mucida crassities.*
- a) Hæc facile nodos mammarum inducit.
- b) Attenuatur
- 1) Alexipharmacis.
 - 2) Lenibus laxantibus, e. g. pilulis Beccherianis.
 - 3) Moderato vini usu.
9. *Stasis lactis.*
- a) Hæc discutitur iisdem remediis, quæ num. 5. litt. c. ad lactis plenariam discussionem commendata sunt.
- b) His adnumeranda veniunt
- 1) *Interne* absorbentia, in specie crystallus montana, item sperma Ceti.
 - 2) *Externe*
 - a) Emplastrum de spermate Ceti cum sale volatili urinoso subactum.
 - β) Emplastr. diaphoret. Mynsichti.
 - γ) Compressio per vestimenta arctiora.

10. *Nodi mammarum.*

- a) Hi a lactis uberiore affluxu, mucosa crassitie & stasi exoriuntur.
- b) Resolvuntur
 - 1) Emplastris, modo commendatis, bona portione seminis petrofelini & coriandri imbuendis.
 - 2) Frictionibus cum excutia setacea, non valde aspera.
 - 3) Pellicula mustelæ confricando & imponendo, quæ res insensibilibus non contemnenda est.

11. *Abcessus mammarum.*

- a) *Maturandus* est tempestive, ubi locum non magis habet discussio.
 - 1) Emplastrum quoddam maturativum circumferentiæ saltem dolenti imponatur.
 - 2) Latius autem circa vel spiritus vini camphoratus crocatus, vel emplastr. de spermate ceti, aut diaphoreticum Mynsichti.
- b) Facta maturatione *aperiendus* est abcessus per lancetam, si sponte rumpere recuset.
- c) Deinde, ut *penitus emolliatur* apertus abcessus, emplastrum diachyl. simplex, five solum, five Diachylo cum gummi ana remixtum, addita camphora, applicetur.
- d) Hoc scopo obtento a digestivis abstinenceatur, & solis balsamicis mundificantibus res absolvatur, e.g. liquamine myrrhæ, vel, si hoc non sufficiat, mixtura ex essentia myrrhæ, succini & modico spiritu terebinthinæ parata.
- e) Si ulcerosa inquinamenta simul adsint, lenia septica decoctio tabaci, ol. philosoph. addantur.
- f) Interne, si nihil contraindicet, laxatio tam in stasi, quam abcessu conducit, conjunctis diureticis, præcipue salinis, & nitrosis.
- g) Chirurghi vana imaginatione difficultatem faciunt, in media mollitie abcessus apertionem instituere, utpote in loco decliviore: hinc communiter ambitum ejus, adhuc duriorum, gravissimo certe periculo, infestant.

12. *Papillarum fissura.*

a) Hæc

a) Hæc multa incommoda, in signi dolore stipata, infert.

b) Sanantur

1) Oleo ovorum cum liquamine gemmarum populi, loco alius pinguetudinis, subactò.

2) Oleo ceræ.

3) Oleo lini cum ovis conquassato.

4) Butyro cum recentibus floribus calendulæ in formam lini-menti redactò.

5) Liquore florum verbasci maris, & calendulæ in clibano parato.

6) Liquamine myrrhæ. *Bals. peruv. in vit. ov. sicut.*

7) Unguento de glycyrrhiza.

8) Suctione matura, mediante vitro ad hoc negotium adaptato, *Ziehe-Glaß* / antequam lac spiffescat.

9) Præcavet hanc fissuram cupula ceræ papillis jugiter ante & post partum iraposita.

13. Papille nimis parvæ.

Parvæ & nimis latitantes papillæ evocantur

a) Maturò emulsionis tentamine, præcipue in primiparis.

b) Suctione infantis robustioris.

c) Applicatione vitri, angustioris colli, antea tolerabiliter calefacti. *idem nisi bene subact.*

d) Quando autem justam papillarum conformationem compressionibus vestium & thoracum a juventute turbarunt, non mirandum, si posthac auxilia frustra adhibeantur.

14. Ablationis incommoda.

Hæc evertuntur

a) Vel rara & parca suctione alius infantis, minus minusque die in diem suppeditando.

b) Vel emulsionis rarius & parcius, præcipue mediante vitro, instituta. *confer. dos. n. 5.*

II. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Commodum alimentum ad boni lactis productionem omnino necessarium est: consistit autem illud non in scrupulosa, delicata & electiva dicta, sed in simplice magis victu, sub corporis sufficiente motione assumto.

2. Hoc adeo verum est, ut rusticæ plurimæ, tenui avena utentes, lon-

- ge melius lac infantibus suis offerant, quam delicatulæ, otioſæ, pleniffimo cupediarum apparatu.
3. Convenit tamen a dyſpeptis, flatulentis, acidis, nimium ſalitis, abſtinere: hæc enim, licet non ſemper matri, ſæpius tamen infanti varia incommoda cauſantur. *Acria* quoque & *aromatica* parcius ſumenda ſunt.
 4. Quod *potum* concernit, uſu veniat *cereviſarius*, bene deſcatus: ſpirituofus autem, imo, in minus adſuetis, perpetuo vinofus, minime commendetur, ob metuendas inde infantum convuſiones.
 5. Potus *frigidus*, & externæ refrigerationes mammaram, lactanti & lactenti ſæpius detrimentum adferunt.
 6. Placidus corporis *motus univerſalis* uti plurimum confert, ita *particularis mammaram* inſignem habet uſum, nempe frictio & preſſio illarum, ut aquoſum lactis propellatur, & ductus lactiferi amplificentur.
 7. Hic accuſanda eſt vanitas illarum, quæ a primis juventutis annis, ad juncæam corporis gracilitatem ſibi conciliandam, *thoracibus* mammas arcte conſtringunt, ut non ſolum tubuli lactei, ſed & papillæ repreſſæ, debitam conformationem non adſequantur.
 8. *Animi pathemata* quam maxime noceant, quotidiana docet experientia; præcipue autem incommoda mammaram eryſipelacea, nodi & abſceſſus inde proveniunt: hinc terrore aut ira commotæ mammas molliter prius fricent, & lac emulgeant, quam infantem admittant. *moderata* *omnino* *dimittant*.
 9. Menſium, lactationis tempore, eruptio infantem varie alterat: hinc nec exſpectanda, nec promovenda eſt.
 10. Ad coagulationem lactis præoccupandam, infans, ſi vegetus ſit, ſtatim applicetur: utile enim eſt coloſtrum; vel moderata mammaram expreſſio ante ſurrogetur, quam prævaluerit inſarctus.
 11. Spiritus vini camphoratus *aquoſior*, uti alias in affectibus eryſipelaceis, ſenſibilia ſubjecta & loca occupantibus, inſigniter nocet, ita & hic non exigua mala parturit. Idem damnum a mixtura illius cum unguinoſis tenacibus, baſam, Peruvian. &c, exſpectandum eſt.

- a) Familiaris quidem est hic color, sed nullius periculi.
 b) Cedit aquis diapnoicis cum antimon. diaphoret. & Syrupo laxante.
3. *Difficultas deglutendi, & hincendi.*
 a) Quando a frenulo linguæ majore provenit, hoc incidendum est.
 b) Aphthæ si in caulis sint, hæc methodo, inferius commendata, tractentur.
 c) In tumore linguæ aquæ discutientes adhibeantur.
 d) In ejusdem vero exulceratione oleum ovorum usu veniat.
 e) Mater quando in culpa est, ut vel lac deficiat, vel papillæ non satis promineant, &c. hæc vitia corrigantur secundum methodum, præcedente Tabula commendatam.
4. *Distorsio calvarie.*
 a) Hunc adfectum fœminæ vocant: geschobene Köpfe.
 b) A partu difficili exoritur, nempe quando fœtus caput diuturna, intra collum uteri, incarceratione fortius comprimitur.
 c) Prudentis obstetricis vel chirurgi manu ad naturalem statum caput reponendum est.
5. *Hydrocephalus.*
 a) Hæc serosa capitis intumescencia communiter excipit calvarie distorsionem, & eadem causa fundatur.
 b) Maturum auxilium postulat, quod evolvatur Tabula de Hydrope particulari.
6. *Imperforatio.*
 a) Contingit aliquando, licet rarius, ut emunctoria non solum urinæ, sed & fœcum alvinarum, obturata sint.
 b) Enascuntur hinc gravia damna, & nisi mox auxilium præstetur, res conclamata est.
 c) Ubi membrana præternaturalis præsto est, ibi sola manus chirurgica requiritur.
 d) In causa obturantis mucositate leniora abstergentia, e. g. lapis percarum, conch. semi-saturat. exhibeantur.
 e) Conjunctis externe cataplasmatibus, cathetere, clystere.
7. *Nevis materni.* Mutter-Wähler.
 a) Non a quolibet visu, sed illo demum exoriuntur, qui cum pe-

culiari æstimatione ipso animo confingitur: sive desiderii, sive aversionis, terroris, timoris.

b) Hæc maternæ mentis fictiones infantis animæ postea imprimuntur. *Vid. D. D. Stahlis Dissertatio de affectibus gravidarum.*

c) A medio gestationis tempore ad partum usque contingere observantur.

d) Dissolutio erroneæ hujus structuræ passim obtinetur

1) Per secundinarum & sanguinis recentis lochialis applicationem, non solum de matre propria, sed etiam alienis puerperis: modo infans, nævo tali adfectus, ætate adhuc sit teneriore: in sensibilibus pubertatis ætas non omnem spem excludit.

2) per sanguinem piscis barbi,

3) per lignum fulmine tactum,

4) Laudantur etiam magnetica,

5) Item ros majalis,

3. Retentio Meconii.

a) Hæc multa graviora mala inducit, præcipue tormina flatulenta, cardiogmum, inquietudines, clamores, difficilem respirationem, pavores, convulsiones.

b) Vel tandem prorumpunt deiectiones biliosæ, decolores, æruginosæ, vitellinæ, wie gehackte Eyer.

c) *Evacuandum* hinc est Meconium primis post partum diebus

1) per Syrup. de Cichorio cum rhabarb, cui paululum oxymell, squillitic. addatur.

2) per Syrup. rosar. solutivum.

3) per oleum amygdal. dulc. cum Saccharo penidio.

4) per succum rhabarb, cum manna vel Syrupo folior. fennæ remixtum.

5) per colostrum infanti propinatum.

6) per pilulas Beccheri vel Stahlis, matri vel nutrici singulis primis diebus exhibitas.

d) Quando autem in diarrhœam erumpit, evacuantibus hæc conjugii debent alterantia, quæ ardorem contemperent, in quem finem conducunt

1) *Absorbentia*, præcipue crySTALLUS montana, five per se, five cum grano semis auri fulminantis exhibitæ; *Vid. Stimulæ.*

2) *Mucilaginosæ*, e. g. gummi tragacanth. arabic. decoctum hordei, avenæ.

9. *Oppletio pectoris asthmatica*: Das Nöcheln auf der Brust. Occurritur huic

a) Prædictis laxantibus; item Syrupo de alth. erysim. capill. Ven.

b) Mercurio dulci ad gran. 1 - 2. propinato.

c) Emetico e Syrupo & conserva flor. perfic.

d) Vel antimonio diaphoret. cum duabus partibus nitri detonato.

e) Sulphure antimonii *teneriore* cum acido tartari præcipitato: dosis a quarta grani parte, pro infantis ætate, ad granum integrum ascendit.

f) *Resolventibus*: rad. irid. Florentin. ari. spermate ceti, essent. alexiph. succin. aquis diaphnoicis, tartaro vitriolato cum absorbente combinato.

10. *Tussis.*

Hæc auscultat iisdem remediis solventibus & laxantibus, quæ adversus pectoris oppletionem modo commendata sunt.

11. *Coryza & gravedo.*

a) Hæc pariter per modo dicta remedia expugnantur.

b) Externe simul in subsidium vocentur aqua vel butyrum majoranz.

c) Lactanti autem fzminæ in ejusmodi casibus catarrhalia exhibeantur.

12. *Oculorum & aurium manationes serosæ.*

a) Exhibeatur ad aliquot guttas essent. pimpinell. alb. cum essent cort. lign. sassafr. remixt.

b) Interponantur laxationes, præcipue per Mercurium dulcem.

c) Quo magis acris est materia, eo magis conjungantur mucilaginosæ, e. g. mucilag. femin. cydon.

13. *Raneco.*

Hæc demulcetur incrassantibus, obrudentibus & delinientibus,

e. g. oleo amygdalar. dulc. Syrupo violar. aquis diapnoicis, Mucil. Sem. Cydonior.

14. *Intertrigines.*

a) Hæc communiter exoriuntur per occasiones sudoris, urinæ, & acrimie fecum alvinarum, præcipue si a nutricibus ita squallide habeantur, ut harum rerum contactum diutius tolerare debeant infantes.

b) In tali casu succurritur inpersione farinæ volatilæ cum pauillo camphoræ & cerussæ, item farinæ triticæ vel secalinæ. *tem. arisum.*

c) Si vero causæ interne subessent, interna simul pro rei conditione requirentur.

15. *Obstructio narium mucosa.*

Hæc referatur aqua & butyro majoranæ.

16. *Vomitus.*

a) Hic moderate succedens subleuat potius, quam debilitat infantes.

b) Quando autem excedere videtur, mucus intestinalis κατὰ per clysterem educendus est.

c) Applicato simul externe emplastro, vel balsamo potius, stomachali.

17. *Diarrhæa biliosa, eruginosa, viridina.*

Hæc tuto sistitur abstergentibus e matre perlarum, Crystallo montana & antimonio diaphoretico.

18. *Obstructio alvi.*

a) Excretio alvina durior & rarior, educto prius legitime meconio, præstat quidem molliore: robur enim infantis defignat;

b) Quando autem alvus vere obstructa est, solvitur

1) Interne lenioribus laxantibus, superius sub num. 8. indicatis.

2) Externe per clysterem, suppositorium, præcipue e radice petroselinæ adaptatum. *tem. cereo Zenni.*

19. *Achores, Crusta lactea, Tinea, & alie cutaneæ ulcerationes.*

a) Lactanti & lactenti exhibeantur lympham corrigentia, maxime Essent. Cortic. ligni sassafras.

b) In-

b) Interponantur convenientes laxationes, præcipue per mercurium.

c) Externe infanti applicentur

1) Oleum ovorum cum oleo philosph. remixturæ, quod mundificat & consolidat.

2) Oleum cheirinum, per infusionem paratum, cum olei philosphorum parca quantitate mixtum.

a) Interne conveniunt laxationes, alexipharmaca & absorbentia sulphurata.

b) Externe capilli evellendi sunt, sive manibus, sive emplasticis e pice, colophon, fermento &c. paratis: subjuncto fotu ex oleo laterin. ovar. essent. succin. sulphure.

21. Parotides.

a) Interne ad resolvendum exhibeantur lympham corrigentia, e.g. essent. alexipharmaca.

b) Externe

1) Emplastrum de tacamahaca.

2) Epithema siccum e rad. irid. Florentin. aristoloch. long. herb. hyssop. sem. sænicul. farin. fabar. flor. chamomill. camphora, paratum & sæpius calefactum.

22. Aphthæ.

a) Dignoscuntur inflatione linguæ, cortice albo obductæ.

b) Oriuntur vel a suctione, vel interno fervore.

c) Absterguntur linteo, vino calido, cui mel & salvia immittenda, imbuto; item panno paululum aspero, syrupis acriusculis, e.g. diamor. dianuc. rob cerasor. acidor. dilut. cum aqua salviz.

d) Interne, si febris concurrat, jungantur antifebrilia, præcipue aquæ diapnoicæ, & laxantia rhabarbarina.

23. Dentitio.

a) Prorumpunt ordinarie dentes priores circa vicesimam septimanam.

b) Præcedit pruritus gingivæ, e digitorum, vel aliarum rerum, in os intrusionem colligendus.

c) Succedunt veri dolores, ex inquietudine, vigiliis, clamoribus conjiciendi.

d) In

24 herb. ...
T. meent.
cognant ad
st. f. i. f. e. a. m.
ung. c. b. u.
Cent

20. Impetigo.

WATER

... Galatymisio. mell. rosat. Syr. ...
Succ. ...
... rhabarbarina

- d) In aliis obstructio alvi concurret, ubi negotium difficilius succedere, & notabilior febrilis æstus præsto esse, imo pavores, aut plane convulsiones accedere, observantur.
- e) In aliis autem vomitus vel diarrhœæ accedunt, & his dentes facilius prorumpere solent.
- f) Ubi adstrictioris alvi sunt, ibi lenes clysteres, laxationes superius num. 8. nominatæ conveniunt.
- g) His subjungantur antifebrilia, diapnoica, antepileptica e lumbric. terrestr. cinnabar.
- h) Externe autem gingivæ cum dente lupi, lardo &c. fricentur.

24. *Febriles motus.*

His succurritur

- a) *Interne*: aquis diapnoicis, colliquantibus, ostracodermatis semisaturatis, cum antimon. diaphoret.
- b) *Externe*, si alvus adstricta sit, clysteribus.

25. *Pavores.*

- a) Quando materialis causa subest, hæc prius tollatur.
- b) Si vero nulla talis causa subesse deprehendatur, satis efficax est hyacinthus orientalis.

26. *Convulsiones.*

Hæc, pro causarum diversitate, diverse etiam tractandæ sunt, e. g.

- a) Excretiones sudoris repressæ promoveantur essentia alexipharm. succin. liquore C. C. succinato, interposito mercurio dulci.
- [b) Acrimonia, in intestinis hospitans, demulceatur oleo amygdalar. dulc. crystallo montana, subjuncto evacuante rhabarbarino.
- c) In stasibus lymphalibus eadem remedia conducunt, quæ sub littera a) indicata sunt.
- d) In causa magis serosa radix valerianæ, & aurum fulminans, præcipue laudantur.
- e) In acutarum epilepsia cinnabaris, largiuscule propinata, convenit.
- f) In vermium causa Mercurius dulcis & myrrhata conducunt.
- g) In

infantibus ingruant a causis mere externis, pauciores sane ab interna ad morbos dispositione.

2. Sunt autem externæ tales causæ præcipue sequentes:

- a) *Aëris alterationes*: dum enim ab aliorum arbitrio penitus pendent, modo lectis nimium tecti incallescere & sudare coguntur, modo calentes imo sudantes ex illis erepti frigori immodeste exponuntur. Hinc oriuntur affectus
 - 1) *Catarrhales*, e. g. tussis, coryza, oculorum & aurium manationes ferossæ, oppletiones pectoris cum ronchis.
 - 2) *Cutanei*, e. g. achores, crusta lactea, quo etiam referri possunt parotides, crinones.
 - 3) *Febriles*.
- b) *Cibus & potus*, dum vel *quantitate* immodica, vel *qualitate* inconveniente, ipsis obruduntur. Pertinent huc imprimis lactis vitia, de quibus præcedente Tabula jam dictum est, e. g.
 - 1) Lactenue, biliosum, excitat tormina & dejectiones biliosas.
 - 2) Lac nimium pingue inducit oppletiones pectoris, asthma, imo catarrhos sic dictos suffocativos.
 - 3) Lac impurum & venerea labe inquinatum infert affectus ulcerosos, scabiosos malignos.
- c) *Motus & quies*. His varia incommoda infantibus objiciuntur: Spectant huc
 - 1) Immodestæ volutationes in cunis, quando pigræ nutrices vi quadam somnum per tantam concussionem obrudere tentant, eo ipso autem infantes vertiginosos reddunt.
 - 2) Incongruæ fasciarum stricturæ, unde motus voluntarius & circulatorius turbatur.
 - 3) Præmaturæ ad standum & ambulandum coactiones.
 - 4) Luxationes & distorsiones.
 - 5) Interpellatio & turbatio quietis, unde quoad animum morosi, quoad corpus autem torpidi infantes redduntur.
- d) *Excretiones suppressæ*, præcipue *Meconii*. Licet hæc a vitio Principii vitalis deduci possint, non minimum tamen aliorum

ho-

hominum errores & perversæ administrationes contri-
buunt; ubi præcipue nutricum cruda, acida, vel alia in-
conveniens dixta, & injuriæ aëris accusantur.

e) *Animi pashemata.* Hæc merito ad extraneas etiam causas refe-
runtur, ab aliis enim potissimum excitantur, e. g.

1) Iracundia, quæ non solum congenita parentum malitia, sed
& variis externis irritamentis producitur.

2) Terror stolidis gestibus, pulsationibus, trepidis clamori-
bus, infantibus incutitur, unde pavores excitantur.

IV. PROGNOISIS GENERALIS.

1. Licet infantes ob nimiam corporis teneritudinem præ adultis gra-
vius a morbis affligi judicandi sint, docet tamen experientia,
præcipue variolarum exemplo, quod morbidæ afflictiones mi-
nus illis periculi, quam adultis, adferant: unde assertum vul-
gi: ein Kind kan viel ausstehen / verissimum est.

2. Quando autem autocratia Naturæ in infantibus vel frigoris im-
pedimentis, vel aliis externis injuriis, frivole turbatur, tum
majores in illis ataxiæ, quam in adultis, metuendæ sunt.

3. Facile enim in tali perturbationis casu infantis Natura ad ulti-
mum illud & vehementissimum conamen, nempe motus con-
vulsivos, convolat; quos si mature, viribus nondum exhau-
stis, suscipiat, res minoris est periculi, quam si extremo vel-
uti molimine hanc luctam ultimo adgrediatur, ubi non raro,
nimium defatigata, penitus aufugit,

4. Convulsiones *interne*, magis hypochondriacæ, torminosæ, fin-
gultuosæ, der innerliche Zammer dietz, cum repentinis clango-
ris exclamationibus, infantibus, intra terminum sex septima-
narum adhuc inclusis, sæpius sunt lethales.

5. *Consuetæ* convulsiones uti facilius aliis affectibus superveniunt,
ita minus etiam periculi adferre observantur.

6. Cæterum omnes morbi infantiles, sive sponte, sive congrua
arte, expugnati breviorum periodum & exitum habere con-
stat:

stat: unde etiam infans non facile febre quadam *intermittente* succumbereprehenditur.

V. CAUTELÆ & OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Uti omne punctum medelz, infantibus adferendz, corrigentibus & evacuantibus absolvitur, ita leniora, tenera & secura pro hac infantili ætate omnino feligenda sunt.
2. Hinc *essentias* non ingrediatur *acriora*, e. g. Zedoaria, galanga, crocus, camphora: neque *elixiria*, *tinctura* e multiplicibus mistz, præscribantur. Sufficiunt *temperata* e rad. pimpinell. alb. vincetox. helen. scord. item: *aque diaphnica*, scabios. plantag. Card. benedict. Scorzoner. flor. tiliz &c. antimon. diaphoret. tenerius.
3. *Essentia myrrhe* in catarrhalibus & pectoris affectibus non nisi parvissime, & quidem cum largiore portione essentiz succini remixta, exhibeatur: in motibus febrilibus utraque exulet.
4. *Aqua fumarie* in acutis, præcipue exanthematicis, removeatur.
5. Sunt, qui *Tincturam antimonii* ad multos infantum morbos, ipsas adeo febres, eximie laudant: sed licet hoc remedium, fortiter tartarifatum, in *chronicis adultiorum* affectibus non contemnendum sit, in morbis tamen infantum non solum operæ pretium non facit, verum etiam aliquando incommoda producere observatur.
6. *Emetica* vix unquam necessaria sunt: si tamen consultum videatur, vomitum excitare, nudæ mechanicæ irritaciones in faucibus fere sufficiunt; aut ad summum leniora adhibeantur, e. g. conserva florum persicorum, florum jaceæ: cavendo ab emeticis antimoniatz & venercis. Vomitus autem *spontanem* salutaris esse observatur, unde mulieres dicunt: *Spey-Rinder*/ *Geden-Rinder*; modo caveatur, ne, ad vomitum talem excitandum, studio cibis repleantur.
7. *Mercurius dulcis*, extra febriles commotiones, tutum & elegans est catharticum pro infantibus non plane tenerimis: modo insipidus fit, & non ultra 3-4. grana propinetur. Pulveris

- veris forma, si recte comminutus fuerit, absque omni hæfatione potest exhiberi. Præterea in gravibus symptomatibus, a scabie repulsa inductis, usum præstat plurimorum expectatione majorem.
8. *Manna, fenna, spina cervina, extra febres, ad alvum solvendam etiam possunt adhiberi; si autem quid febrilis subfit, rhabarbarina commodissime exhibentur.*
 9. *Doses remediorum exiguas in teneris infantibus ipsa ratio commendat: hinc absolum est, diffusas & crudiores formulas variarum radicum, magisteriorum, terrarum sigillatarum, calcium fatuarum, præscribere.*
 10. *Mirandum sane est, quod B. Ludovici, vir alias meritissimus. & strenuus censor inutilium compositionum, a pulvere suo, infantibus destinato, unicornu fossile & alia incongrua continente, peculiarem efficaciam expectare potuerit.*
 11. *Ejusdem census sunt vulgaria antepileptica, e. g. ungula alcis, unicornu verum, lapis Manati, corium humanum, pulvis Marchionis, quæ omnia dubiæ semper fidei reperiuntur; imo nec specificum cephalicum Michaëlis ullam præregativam meretur.*
 12. *In gravibus intestinorum & præcordiorum pathematibus, cum tetris dejectionibus, ejulatibus, pavoribus, mucilaginosæ crassioribus absorbentibus præferenda sunt.*
 13. *Vermes infantum, uti vivi sæpius atrophiam & convulsiones, ita necati, & in intestinis putrefacti, malignos affectus cum mirificis symptomatibus producant, ita ut vulgus inde fascinum & magicas incantationes arguat.*
 14. *Alexipharmaco-diaphoreticorum usus, quando necessarius est, nutricibus potius, quam infantibus adhibetur. Antimonium autem diaphoreticum temperatissimum est remedium diapnoicum, modo recte sit præparatum.*
 15. *In acutis, præcipue exanthematicis, laxantia & nimix calefactiones exulent, justi autem temporis decursus & crises debite expectentur.*

16. In omnibus acutis & æstuosis affectibus, præcipue circa caput, *Camphora* suspensio de collo. vel solutio ejus linteis confersa, ad diapnoicum, resolutorium & nervinum scopum admodum utilis est.
17. In anginodeis affectibus plebs Belgica pulverem certarum cochlearum, quas *Hoorntjens* vocat, exhibet, cum indubio, ut fertur, successu. Huc spectat, quod Bonettus de amuletico *Entali* usu refert.
18. In detitione difficili cerebrum leporis, aut sanguis cristæ galli; qui humores vehementius elicit, cum successu probabili vix unquam adhibita sunt.
19. *Crocus martis* & *sulphur*, quando ad intertrigines adhibentur, ulcerosas hæc eruptiones infelicitè retropellunt.
20. *Siriasis* seu fontanellæ subfidentia, adhuc in teneris, communiter lethale signum est; & tunc quidem temporis spiritus odoriferi frustra huic loco applicantur, quorum alias efficacior usus est.
21. *Narcotica* cautissime exhibeantur: sola theriaca ad gran. I. sufficit.
22. *Cinnabaris* specificam quidem antepilepticam efficaciam, quam ab aliquot viginti annis ipsi tribuerunt, non exhibet, exacerbationes tamen spasticas egregie mitigat, & relaxata hac ratione cutis strictura, transpirationem promovet: modo parvæ doses, utpote satis efficaces, propinentur, largiores enim ventriculum gravare observantur.
23. *Flasulentias*, a transpirationis repressione in intestino colo & cæco sub costis nothis generatas, falso mulierculæ pro concretione partium, das Anwachsen/ declarant: facile enim & oriuntur & disparent, cedunt etiam illitui per olea carminativa, e. g. chamomillæ.
24. *Achores* rubei coloris, & malignæ indolis, circa mentum, aures &c. variis externis tractare, intutum est. Sufficit oleum ovorum externe, interne autem conducunt absorbentia & diapnoica. His accedat congrua nutricis dixta, a crudis, acidis & salsis libera.

25. Quod ad reliquam infantis dietam attinet, & tractationem, incumbit quidem hoc negotium mulieribus, quoniam autem Medicus non raro ad hoc consilium trahitur, sequentia sibi habeat commendata.
26. Simplicitate plurimi infantes, pauciores pomposo apparatu, educantur; illi quidem satis commode, vegete, & optimo familiariter successu, hi vero ut plurimum non ad vota.
27. Hanc itaque simplicitatem Medicus ubique commendet, cavendo, ne scrupulosis, imo anxii muliercularum agitationibus in vanum simul abripiatur.
28. Recordetur omnino, quod ad corpus infantis a muco liberandum, & diaphoresin invitandam, *balneo* quidem opus sit, plurimi autem simplicem saltem aquam, lac, aut cerevisiam eodem felici successu adhibeant, quo pauciores vino calido, aut nervinis decoctis, utuntur.
29. Meminerit, opinionum diversitatem circa *pulmentum* parandum exigui esse momenti: sunt enim, qui e nuda farina & aqua; sunt qui adhibito lacte illud parant; sunt etiam qui loco farinae micam panis, utpote jam fermentatam, adhibent: utrobique prospero successu; modo *varietas*, & nimia ciborum obtrusio evitetur.
30. Lactis & lactantis constitutio varias offert cautelas, quas praecedente Tabula indicavimus. Restat monere, ut primis 24. horis a *consistentiore* lacte infantem detineant: meconium enim nondum evacuatum cum lactis talis accessu acriorem subit fermentationem, unde tormina, ejulatus, imo convulsiones exoriuntur. Admiranda sane etiam in hoc passu simplex est sapiens Natura, quae salutari intentione *colostrum* huic evacuationi destinat, quod autem a multis, tanquam impurum, rejicitur.
31. Lac ubi sufficiens est, ante tertium vel quartum mensem pultis alimento non quidem indigent teneriores, neque tamen illis nocet, primis statim septimanis pulticulam adhibere.
32. Sordes oris statim post partum linteo quodam, vino imbuto, eluendae sunt.

33. Pro *causis* morborum superius jam accusavimus profundas infantum in cunas immersiones, frigoris & caloris repentinas alterationes, immodestas in cunis concussioniones, nimias fasciarum stricturas, & reliqua, omni hinc studio evitanda, considerando, quod infantilium malorum origo a mere externis & adventitiis causis vix non semper fit derivanda.

F I N I S.



SERIES



SERIES TABVLARVM.

Tabula	I.	De Morbis in genere	pag. 1
	II.	Plethora	7
	III.	Hæmorrhagiis in genere	12
	IV.	Hæmorrhagia narium	21
	V.	Hæmoptyli	27
	VI.	Vomitu cruento	33
	VII.	Mictu cruento	38
	VIII.	Hæmorrhoidibus internis	43
	IX.	Fluxu hepatico	51
	X.	Fluxu mensium ordinario & nimio	53
	XI.	Fluxu lochiorum ordinario & nimio.	60
	XII.	Suppressione hæmorrhagiæ narium	66
	XIII.	Suppressione mensium	70
	XIV.	Suppressione lochiorum	79
	XV.	Suppressione hæmorrhoidum	84
	XVI.	Congestionibus in genere	89

SERIES TABVLARVM.

Tabula	xvii.	De Cephalalgia	95
	xiii.	Clavo hysterico	105
	xix.	Cephalæa	111
	xx.	Hemicrania	116
	xxi.	Affectibus oculorum præci- puis	122
	xxii.	Otalgia & reliquis aurium af- fectibus	133
	xxiii.	Odontalgia	141
	xxiv.	Vertigine	146
	xxv.	Angina	152
	xxvi.	Phthisi	161
	xxvii.	Vomica pulmonum	173
	xxviii.	Empyemate	179
	xxlix.	Malo hypochondriaco-hyste- rico	183
	xxx.	Infarctu lienis	195
	xxxi.	Scirrho lienis	201
	xxxii.	Infarctu hepatis	204
	xxxiii.	Scirrho hepatis	208
	xxxiv.	Atrophia	212
	xxxv.	Nephritide	217
	xxxvi.	Calculo renum & vesicæ	223
	xxxvii.	Hæmorrhoidibus cæcis seu externis	235
	xxxviii.	Inflammatione in genere	242
	xxxlix.	Febribus in genere	251

SERIES TABVLARVM.

Tabula XL.	De Febre ephemera simplice & plurium dierum	263
XLI.	Febre synocha seu continen- te	267
XLII.	Febribus biliosis, nempe cho- lerica & caulo	272
XLIII.	Hepatitis	283
XLIV.	Splenitide	291
XLV.	Pleuritide & Peripneumonia	294
XLVI.	Phrenitide	301
XLVII.	Paraphrenitide	306
XLIX.	Febre catarrhali benigna	309
XLIX.	Febre catarrhali maligna pe- techizante	317
L.	Febre purpurea seu miliari	325
LI.	Variolis & morbillis	331
LII.	Dysenteria	341
LIII.	Peste	352
LIV.	Febre quotidiana intermit- tente	359
LV.	Febre tertiana intermittente	364
LVI.	Febre quartana intermit- tente	373
LVII.	Febre lenta	380
LVIII.	Febre hectica	385
LIX.	Febribus compositis ex acu- ta periodo	393

Tabula	LX. De	Febre tertiana continua	397
	LXI.	Febre quartana continua	400
	LXII.	Febribus nondum typicis; item de Febribus corru- ptis	403
	LXIII.	Oedemate	405
	LXIV.	Cachexia	413
	LXV.	Hydrope universali	422
	LXVI.	Hydrope particulari	435
	LXVII.	Ictero	439
	LXVIII.	Scabie	448
	LXIX.	Scorbuto	459
	LXX.	Fluore albo	471
	LXXI.	Gonorrhoea	477
	LXXII.	Lue venerea	487
	LXXIII.	Coryza & gravedine	498
	LXXIV.	Rauedine	505
	LXXV.	Catarrho suffocativo	507
	LXXVI.	Tuffi	514
	LXXVII.	Asthmate	524
	LXXIX.	Stranguria, Dysuria & Ischu- ria	529
	LXXX.	Incontinentia urinæ	536
	LXXXI.	Diabete	539
	LXXXII.	Vitiis sudoris	541
	LXXXIII.	Vomitu	545
		Diarrhoea	551

SERIES TABVLARVM.

Tabula LXXXIV.	De Vermibus	557
LXXXV.	Colica	562
LXXXVI.	Passione Iliaca seu mi- ferere mei	573
LXXXVII.	Cardialgia	578
LXXXIX.	Tenesmo & prociden- tia ani.	583
LXXXIX.	Soda	587
XC.	Obstructione alvi	590
XCI.	Flatulentia	594
XCII.	Appetitus defectu, seu Anorexia & Nausea	600
XCIII.	Appetitus excessu	603
XCIV.	Foetore oris	607
XCV.	Spasms in genere	608
XCVI.	Affectibus arthriticis	612
XCVII.	Palpitatione cordis	626
XCVIII.	Incubo	631
XCIX.	Asthmate spastico seu convulsivo	633
C.	Singultu	638
CI.	Convulsionibus	641
CII.	Apoplexia	650
CIII.	Paralyfi & Hemiplexia	657
CIV.	Affectibus soporosis	666
CV.	Lipothymia & Syncope	672

SERIES TABVLARVM.

Tabula	CVI.	De	Tremore artuum	680
	CVII.		Memoriæ debilitate	682
	CLIX.		Melancholia	684
	CLX.		Mania	689
	CX.		Hydrophobia	694
	CXI.		Noctambulatione	698
	CXII.		Affectibus Gravidarum	699
	CXIII.		Affectibus Parientium	716
	CXIV.		Affectibus Puerperarum	726
	CXV.		Affectibus Lactantium	732
	CXVI.		Affectibus Infantum	738



INDEX.

A.

A <i>Bbatis Trisemsi</i> pulvis, quid præstet in memoriz debilitate p. 683	
<i>Abdominis</i> calor commendatur in Colica. 567	
fotus commendatur in colica 567	
<i>Ablactationis</i> incommoda 736	
<i>Aborsum</i> , unde oriatur 702	
quomodo præcavendus 64. 703	
cur excludatur 62	
quando impediri non possit 63	
<i>Absorbentia</i> 258	
laudantur in stillicidio urinæ infantum 539	
acido subtili saturata laudantur in Tussi febriculosa 521	
orgasum sanguinis interpo- nendo temperant 82	
quænam adhibenda sint in co- cila biliosa 568	
illorum usus nullius efficaciz est in scabie 458	
illorum abusus nocet in scabie 458	
sola nocent in febribus biliosis 282	
nocent in Dysenteria 350	
nocent in Hæctica 321	
nocent Hypochondriaco. Hy- stERICIS 192	
nocent in Quartana 378	
nocent in Quartana continua 402	
cinnabarifata commendantur in Ischuria 533	
marina cum acido citri saturata commendantur in Hæctica 389	
salina laudantur in scabie be- nigna 453	
simplicia & terrea nocent in af- fectibus pectoris chronicis 510	
marina, laudantur in affectibus pectoris chronicis 510	
terrea nocent cachecticis 420	
<i>Abstergentia</i> , quænam adhibenda in phthisi 167	
pectoralia commendantur in Hæmoptyseos declinatione 30	
<i>Achores</i> 742	
externis tractare intutum est 750	
<i>Acida</i> 258	
quænam & quando in febrim bus locum habeant 261	
quænam usurpanda in peste 356	
commendantur in febre terti- ana continua 399	
omnia in phthisi nocent. 171	
nocent in tussi 523	
dulcificata nocent in febribus. 251	
<i>Acidularum</i> usus improvidus quæ- nam mala causetur 88	
qualis sit in Hæmorrhoidum fluxu 49	
quibus Arthriticis conducatur vel noceat 625	
ac-	

INDEX.

accelerat mortem Hydropicis	432	in mensium fluxu nimio majora damna inferunt	56
nocet in Infarctu lienis	209	in loechiorum fluxu nimio sunt evitanda	64
exiguus in malo Hypochondriaco-Hysterico	193	illorum usus prudens, quando in febribus concedendus sit	262
nocet in Oedemate	411	quoniam damna in febre Tertiana pariant	367
nocet in Phthisi	171	quoniam damna in febre quotidiana intermittente pariant	363, 364
<i>Acria</i> nocent in adfectibus arthriticis	624	eorum abusus nocet in febre lenta	384
<i>Addephagia</i> quid?	603	externa nocent in scabie	456
ineffabile damnum toti generi humano adfert	605	Gargarismatibus admixta nocent in lue venerea	495
<i>Adianthi albi essentia</i> commendatur in malo Hypochondriaco-Hysterico	189	interna & externa nocent in adfectibus Arthriticis	624
commendatur in Quartana	379	positiva nocent in vomitu cruento	37
<i>Adstrictio</i> intempestiva & nimia nocet in inflammationibus	249	vulneraria & balsamica aciora in phthisi sunt periculosa.	169
<i>Adstringentes pulveres</i> nocent in Tenesmo	587	nocent in Coryza	502
<i>Adstringentia</i> in primis viis usum præstant	17	nocent in Diabete	541
quando adhibenda sint in Cachexia	421	nocent in Dysenteria	349
locum habent in Dysenteria	349	nocent in Epilepsia	648
cautissime adhibenda sunt in Incontinentia urinæ	538	nocent in Febribus	261
quoniam & quando in Hæmoptysi adhibenda	30	nocent in Febribus biliosis	278
eorum usus, qualis in Hæmorrhagiis narium	26	in Febre synocha improvide adhibita nocent	270
fortiora, quando in Hæmorrhagiis exhibenda	17	nocent in Febre quartana	375
in Hæmorrhoidum fluxu excludenda sunt	49	nocent in Fluore albo	475
illorum abusus Mensium suppressionem causatur	72	nocent in Hæmoptysi	29
		nocent in Hæmorrhagiis	15
		nocent in Hæctica, 391. eam facilius provocant	17
			no-

INDEX.

nocent in fluxu Hepatico.	52	temperata commendantur in	
omnia in Oedemate nocent	411	Cephalalgia	99
nocent in Soda	590	temperata commendantur in	
nocent in sudoribus promo-		Febre Synocha	270
vendis	544	temperata commendantur in	
<i>Aer</i> humidus heceticis amicus est.	392	Phrenitide	303.304
frigido-humidus parit scorbu-		temperatorum usus laudatur	
tum	464	in Coryza acriore & conta-	
humido frigidus nocet in catar-		giofa	592
rho suffocativo	511	<i>Alexipharmaca</i> <i>Essentia</i> cum multa	
<i>Æstus febrilis</i> quomodo temperan-		essentia Scordii remixta	
dus sit in Hecetica	389	commendatur in Febre ca-	
<i>Album Græcum</i> commendatur in		tarrhali maligna	321
Angina	159	commendatur in Febre tertiana	
<i>Alcaline tinctura</i> laudantur in Hy-		continua	399
drope	433	commendatur in Hæmoptysi	
laudantur in scabie benigna	453	commendatur in Quartana	377
<i>Alchimilia</i> externe in Vomica pul-		commendatur in scabie	455
monum commendatur	178	commenatur in Variolis	338
<i>Alexipharmaca</i> , quando in feбри-		commendatur in Febre biliofa	
bus usurpanda sint	261		277
nocent in Quartana sub Paro-		commendatur in Hepatitide	288
xysmis	378	temperata commendatur in	
<i>Alexipharmaco-diuretica</i> in Feбри-		Dysenteria	348
bus	259	temperata commendatur in Pa-	
commendantur in scabie beni-		raphrenitide	308
gna	453	<i>Alexipharmaca</i> radices temperatæ	
<i>Alexipharmaca</i> acria nocent in fu-			258
doribus suppressis	544	<i>Aloe</i> laudatur in Flatulentia	599
calida nocent in Febre Synocha		<i>Aloëtica</i> nocent in Hemicrania	120
	270	nocent in Tenesmo hæmorrhoi-	
calida nocent in Febre catarrha-		dali & bilioso	586
li maligna	323	laxantia nocent in Cephalalgia	
moderata in omnium Hæmor-			103
rhagiarum excessu com-		<i>Alterantia</i> nocent Hypochondria-	
mendantur	64	co-Hystericis	192
		Ddd d d	<i>Alibea</i>

<i>Althee syrupus cum cochleari vini</i>	<i>ejus successus legitimus quomodo conservandus fit in</i>
sumtus laudatur in Stranguria, Dyfenteria & Ischuria 535	Flatulentia 598
<i>Alumen</i> ustum commendatur in	in febre Synocha non irritanda, sed lenienda est 271
Stomacace 470	<i>ejus irritatio periculosa in Purpura</i> 330
<i>Alvus adstricta</i> , quomodo in Malo Hypochondriaco Hysterico solvenda fit 189	<i>ficca remoratur partum</i> 715
<i>ejus adstrictio nocentissima est in Febre catarrhali benigna</i> 312	<i>ejus tormina in gravidis quomodo tractanda</i> 705
quomodo aperiatur in angina 156	<i>Alvi obstructio</i> 590
quomodo solvenda in Cephalgia 99	quomodo dijudicanda fit 590
quomodo solvenda in Clavo hysterico 108	unde oriatur 591
quomodo aperienda & aperta conservanda in adfectibus Arthriticis 613	multa parit incommoda. 591
quomodo solvenda in congestionibus 91	gravidarum quomodo tractanda 705
quomodo aperiatur & aperta servetur in Infarctu lienis. 198	in Hæmorrhagiæ narium suppressione nunquam toleranda 69
quomodo in Vomica Pulmonum primò aperienda & semper aperta servanda fit 177	nocet in Catarrho suffocativo 502
quomodo aperta fit conservanda in febre catarrhali benigna. 313. 316	<i>Amara</i> laudantur in lue Venerea 494
in Empyemate aperta servetur. 181	specifica requiruntur ad vermes enecandos 561
expedita servetur in Hæctica. 390	<i>Amuletica</i> , quænam laudentur in Quartana 377
<i>ejus solutio in puerperis primis diebus non anxie querenda est.</i> 730	quæ & quomodo in Hæmorrhagiis adhibenda 17. 18
	<i>Amygdale</i> , quomodo in Phthisi adhibendæ 171
	amaræ laudantur in Hydrophobia 696
	amaræ non reïculæ sunt in Vermibus 562
	<i>Analeptica</i> & humectans methodus in febre lenta 384
	com-

INDEX.

commendantur in Congestio-		nocent gravidis	715
nibus	94	puerperis maxime noxia sunt	731
commendantur in Catarrho		causantur Lochiorum suppressio-	80
suffocativo advires rescien-	511	onem.	80
das	511	illorum noxius effectus occupa-	
quaznam adhibenda in Lipo-		tatur absorbentibus & Ni-	713
thymia & Syncope	676	trofis.	713
eorum usus in Hæmorrhoidi-		<i>Anisi</i> oleum circumspèctissime ad-	
bus	17	hibendum est in pectoris	
<i>Anasarca</i> qua methodo tractanda		affectionibus	512
fit	429	<i>Anodyna</i> , quinam illorum usus in	
quomodo dijudicanda fit	423	calculo	219. 230
	424	in febre intermittente	362
<i>Angina</i> , & ejus differentia	152	admodum provide adhibenda	
ejus signa & subjecta	153	sunt in Hepatide	291
ejus causæ & remedia	154. 155.	quaznam adhibenda sint in Vo-	
ejus cura præservativa com-		mitu	548
mendatur.	160	nocent in febribus biliosis	278
<i>Ani proidentia</i> .	583	nocent in Mictu cruento.	42
unde oriatur	584	nocent in Scorbuto	469
quomodo tractanda fit	586	correcta in palpitatione cordis	629
quando periculosa & lethalis	585	lenia cum subadstringentibus	
prolapsum in illa intestinum		commendantur in Dysente-	
blando calore foveatur	586	ria	348
inflammatio ejus superveni-		lenia commendantur in conge-	
ens quomodo tractanda	586	stionum exacerbatione	92
<i>Ani sphincter</i> paralyti enervatus		lenia commendantur in Mictu	
est affectus communiter in-		cruento	41
curabilis	586	lenia commendantur in Vomi-	
<i>Animalium Marinorum</i> usus nocet		tu cruento	36
Hypochondriaco - Hysteri-		lenia in Diarrhœa.	554. 555
cis	194	lenia quando in Hæmorrhagiis	
<i>Animi commotiones</i> nocent in ca-		narium propinanda	24
tarrho suffocativo	511	intempestiva maxime nocent	
<i>Animi pathemata</i> nocent in conge-		in congestionibus	93
stionibus	94	subadstringentia quando &	
nocent lactantibus	737	Ddd dd 2	quo.

INDEX.

quomodo in Hæmorrhagiis adhibenda	16	<i>Antiscorbutica specialia</i>	465
tempestive nocent in Empe- mate	182	acria nocent in lue Venerea	494
<i>Anorexia</i> , quomodo differat	600	cautissimus sit eorum usus, in primis calidiorum in vera Paralyfi	664
unde oriatur	601	<i>Antiscorbutice herbe & amaricantes</i> commendantur in Oede- mate	409
<i>Antepileptica</i> quando propinanda sint	649	<i>Antispasticus pulvis</i>	622
vulgaria, quid de illis censen- dum?	749	<i>Antivenerea</i> magis nocent, quam profunt Hypochondriaco- Hystericis	193
<i>Anthraces & Bubones</i> quomodo a Medico in peste tractentur	357-358	calida nocent in Gonorrhœa	483
<i>Anticatarrhalia</i> lignosa nocent in Febre catarrhali maligna	313	ligna commendantur in Oede- mate	409
<i>Anti-hæcticum Poterii</i> in Phthisi re- jicitur	169	Unwachsen der Kinder quid sit	750
<i>Antimonium diaphoreticum</i> est tem- peratissimum remedium di- apnoicum	749	<i>Aperientia</i> ad infarctus viscerum in Diabete expediendos	540
nullius specialis usus est in phthisi	169	<i>Aphthæ</i>	743
cum sale digestivo & abfor- bente remixtum commen- datur in Ictero	343	in Febri catarrhali maligna sunt periculose	320
<i>Antimonii fumus</i> in Phthisi com- mendatur	170	<i>Apoplexia</i> , quomodo differat	650 651
laudatur in Tussi simplici & ulcerosa pectoris Tussi	522	unde oriatur?	652. 653
<i>Antimonii tinctura</i> apud Infantes non probatur	748	quomodo dijudicanda?	651. 652
acris commendatur in Gonor- rhœa	482	quibus familiaris?	652
commendatur in Anasarca & Ascire	430	frequentior est Paralyfi	652
commendatur in Ictero	443	vehementior sæpius lethalis est	653
commendatur in Vomitu cru- ento	37	<i>Apoplecticorum</i> qualis exitus	653
		<i>Apostema</i> Inflammationis externæ levior quid sæpius relinquitur	654
		quomodo mundificandum & consolidandum sit	247. 248
		illius ruptio in Angina non est per vomitoria promovenda	160
		<i>Appetitus</i> defectus	600
			ex-

INDEX.

excedens unde oriatur	604. fq.	<i>Arteria vulnerata</i> quomodo cura	
excessus quomodo differat	603. fq.	randa	19
excessus quomodo dijudicandus sit	604	<i>Arteriotomia</i> in Hemicrania rejicitur	120
excessus post morbos graviores periculosus est	605	<i>Arthritici affectus</i>	612
perversus gravidarum mature suppressendus est	714	unde oriatur	617 618
<i>Aqua spirituosæ</i> in partu non promiscue exhibendæ sunt	724	quomodo dijudicandi sint	615
<i>Hungarica</i> caute adhibenda est		differunt tantum quoad loca & tempora	613
in <i>Cephalalgia</i>	101	quosnam invadant	616. 617
destillatæ diapnoicæ	265	quomodo generaliter tractandi	620. 621
<i>Aquarum</i> præmatura evacuatio in gravidis quid minetur	707	<i>Arthritici spasmi</i> quando pertinaces	620
<i>Ariradix</i> commendatur ad sudorem difficilem	543	<i>Arthritis</i> , quomodo differat	613
laudatur in <i>Coryza</i>	503	quomodo differat a congestionibus & commotionibus sanguinis	614
commendatur in <i>Hydrope</i>	433	ejus differentia a rheumatismis	613
laudatur in <i>Phthisi</i>	172	ejus vagæ, & scorbuticæ congestaria	620
<i>Aridura</i> per <i>Paralyfin</i> inducta quomodo tractanda	662	<i>Artuum tremor</i> , quomodo differat	680
<i>Armoracia</i> radix laudatur in <i>Scorbuto</i>	470	unde oriatur	680. 681
<i>Aromata</i> laudantur in <i>Scorbuto</i>	470	quibus familiaris	680
illorum essentia laudantur in <i>Cardialgia</i>	582	quomodo tractandus	681
<i>Aromatica</i> caute adhibenda sunt in <i>Vertigine</i>	151	habitualis vix curam admittit	681
carminativa laudantur in vomitu gravidarum	549	in senibus est affectus valde pertinax	681
<i>Arsenicum</i> , cura per illud in <i>Tertianâ</i> non decet viros sinceros	372	<i>Ascarides</i> difficiliter expelluntur	560
		<i>Ascites</i> , quomodo dijudicanda sit	424
		qua methodo tractanda sit	429
		Ddd dd 3	<i>Asth-</i>

INDEX.

quænam laudentur in calculo	230	largiter camphoratum com-	
laudantur ad sudores in Chron-		mendatur in Quartana	379
nici affectibus eliciendos	544	<i>Barbette</i> laxans haustus in Epile-	
fulphurea, aluminosa, adstri-		psia	648
ctoria nocent in Cachexia	421	<i>Bardana</i> Radix laudatur in affecti-	
supervacanea sunt in Ictero	446	bis serofis	504
<i>Balsama</i> , quænam adhibenda sint		<i>Beccheri pilula</i> commendantur in	
in Colica	567	Anasarca & Ascite	430
acriora, in Mictu cruento reji-		commendantur in Diarrhœa	
cienda	42	commendantur in Dysenteria	
caute adhibenda sunt in Verti-			347
gine	151	laudantur in Febre quotidiana	
apoplectica & cephalica no-		intermittente	363
cent in catarrhis	504	commendantur in Febre lenta	
stomachica laudantur externe			383
in vomitu	548	laudantur in Quartana conti-	
<i>Balsamica</i> , quænam commenden-		nua	402
tur in calculo	231. 233	commendantur in Fluore albo	
externa penetrantiora nocent		benigno	475
in Gonorrhœa	482	in Gonorrhœa maligna com-	
interna caute adhibenda sunt		mendantur	480
in Gonorrhœa	482	stimulo quodam acuatæ com-	
temperata commendantur in		mendantur in Oedemate	
Vomica pulmonum	177		409. 410
temperatiora quænam adhi-		commendantur in Purpura	330
benda sint in Gonorrhœa		laudantur in Tertiana	369
virulenta	480. 481.	<i>Bellis minor</i> laudatur in Phthisi	
temperatiora, quænam in Vo-			171
mica pulmonum commen-		<i>Bezoardica</i> tinctura officinales ne-	
dentur	176	cent in febre synocha	270
<i>Barbette emplastrum saponatum</i> com-		<i>Bezoardicus pulvis</i> quinam adhibe-	
mendatur in Atrophia	215	atur in febre catarrhali be-	
commendatur in malo Ischiadi-		nigna	323
co	625	quinam usurpandus in Febre	
		catarrhali maligna	321
		<i>Birck</i> .	

INDEX.

<i>Birchmanni pulvis</i> stomachicus lau- datur in ventriculi affecti- bus 603	<i>urinosa</i> adhibenda sint 421
<i>Bistorte</i> radix commendatur in An- gina 159	<i>Calculus</i> 223
<i>Blancardi pilula</i> commendantur in Gonorrhœa 484	quomodo differat 213. 224
<i>Bolaria</i> nocent in adfectibus Ar- thriticis 624	quomodo cognoscendus 215.
nocent in Hectica 391	unde oriatur 227. 228
<i>Branchus</i> veterum 498	verus rarissime extirpatur 228
<i>Bronchotomia</i> commendatur in An- gina, ubi suffocationis metus impendet 156	<i>Calculosi</i> quomodo communissime pereant 228
<i>Bubones</i> ulcerascentes in Gonor- rhœa pariculosi, sunt 485	motus non semper calculi præ- sentiam indicant 224
<i>Bufo</i> , quomodo & quando com- mendandus in Angina 160	<i>Calefacientia</i> nocent in Inflammati- onibus 249
applicatus vertici commenda- tur in Phrenitide 304	<i>Calida</i> omnia nocent in scabie 457
exsiccatus commendatur in congestionibus 94	nocent in febribus compositis ex acuta periodo 396
	eorum abusus nocet in Febre lenta 384
	<i>Calidiora</i> nocent in tremore ar- tuum 681
	<i>Calvaria</i> distortio in Infantibus 739
	<i>Camphora</i> commendatur in clavo hysterico 109
	laudatur in Inflammationibus externis 246
	commendatur externe in palpi- tatione cordis 629
	ejus usus externus commenda- tur in Coryza 501
	ejus suspensio quem habeat u- sum in acutis 750
	cautius-adhibenda est in Ne- phritide 222
	nocet in cachexia 411
	<i>Camphorata</i> commendantur exter- ne in affectibus oculorum 127. 132 lau-
C.	
<i>Cachexia</i> , quomodo differat 413	
quomodo dijudicanda sit 414	
unde oriatur 415. 416. 417	
plenaria est malum pertinacif- simum 417	
retropulsa facile inducit Ca- tarrhum suffocativum 417	
per multos sæpe annos contu- maciter durat 418	
remedia in illa 419	
quando in illa salia volatilia	

B. in re-
f. in re-
in phrenitide
528.

INDEX.

laudantur externe in Comate	671	<i>Caries dentium</i> , remedia contra eam	142. 143.
laudantur externe in Mania	693	<i>Carminativa</i> , quznam sint in Colica flatulenta adhibenda	567. 568
commendantur externe in Odontalgia	143	in Colica post clysteres & laxantia demum adhibenda sunt	569
commendantur externe in Odontalgia	136	prudentissime sunt adhibenda in Flatulentia	599
laudantur in Phrenitide	304	nocent in Cardialgia	582
commendantur in Vertigine idiopathica	149	<i>Carthamus</i> illiusque semen commendatur in Hydrope	433
eorum usus aliquis est in Pleuritis & Peripneumonia	300	<i>Caruncule</i> in urethra quomodo in Gonorrhœa absumendæ	485
<i>Camphoratus</i> spiritus commendatur externe in Febre biliosa	277	<i>Caryophylli</i> commendatur in Odontalgia	145
<i>Fid. Vinum.</i>		<i>Cascarilla</i> essentia commendatur in Pleuritis & Peripneumonia	298. 300
<i>Cancer</i> combusti laudantur in Hydrophobia	696	ejus pulvis commendatur in Dysenteria.	348. 351
fluviatiles commendantur in Diabete	540	laudatur in catarrho suffocativo ejus cortex	511
<i>Cantharides</i> caute adhibendæ sunt in Hydrope	433	cortex laudatur in Tussi	521
earum usus nocet in Fluore albo	475	<i>Cassia</i> fistulosa nocet in singultu	640
essentia earum laudatur in Gonorrhœa	483	<i>Castoreum</i> externe exhibitum in affectibus soporosis quem effectum præter	671
<i>Cardialgia</i>	578	ejus usus nocet in Epilepsia	649
quomodo differat	578	nocet Hypochondriaco-Hysterico	194
quomodo dijudicanda sit	578	usuf illius externus laudatur	
unde oriatur	579	<i>See ee</i>	in
Idiopathica quomodo tractanda sit	580		
Symptomata & syncoptica quomodo tractanda sit	581		
<i>Cardui Mariae</i> semen laudatur in Inflammationibus	250		

INDEX.

in Paralyfi & Hemiplexia	664	evacuatio commendatur in	
ejus usus internus nocent in		Gonorrhœa virulenta	480
Colica	572	Catheter quando adhibeatur in I-	
interne nocet in fingultu	640	schuria	533
<i>Castoreum</i> commendantur in Tre-		Cause occasionales quænam vitan-	
ni: mōre artuum	681	de sint in adfectibus Arthri-	
<i>Catapspsis</i> quid	609	dis ticus	626
<i>Cataplasmata</i> nocent in aurium af-		Causæ acriores nocent Hydropi-	
fectibus	140	cis	434
rufefacientia externa commen-		Causus	272
dantur in Apoplexia	655	quomodo dijudicandus	274
rufefacientia commendantur		<i>Centaureum minus</i> laudatur in Ter-	
in Phrenitide	305	tiana	371
<i>Cataractæ</i> ortus	124.125	<i>Cepa</i> tostæ laudantur externe in	
<i>Catarrhalia</i> inaccessantia	518	Stranguria & Dysuria	533
lenia in Coryza	501	<i>Cephalæa</i>	111
obtundentia & demulcentia	518	ejus differentia	111
resolventia & discutientia	517	ejus affectus dolorifici	112
<i>Catarrhalis</i> materia quomodo ad		quinam illi obnoxii sint	112
evacuationem præparanda		ejus origo	113
fit	517.518	quando Apoplexiam præfigat	
<i>Catarrhus</i> , quomodo differat a			113
rheumate	498.499	mucosæ illius stases, quibusnam	
Hujus præcipuz species	498	remediis resolvendæ	114
<i>Catarrhus suffocatus</i>	507	<i>Cephalalgia</i>	95
quomodo differat	507.508	ejus species variz	95.96
quomodo dijudicandus fit	508.	quomodo a Cephalæa differat	
	509		95
unde oriatur	509.510	varii illius effectus dolorifici	96
est brevioris eventus	510		97.98
ab Asthmate convulsivo distin-		quinam illi obnoxii	97
guendus est	512	unde oriatur	97.98
febre succedente quomodo tra-		ejus neglectus in Cephalæam	
ctanda sit	512	degenerat	98
<i>Cathartica</i> drastica nocent in		duplici modo solvitur	98.99
Quartana	378	adsueta difficulter sanatur	99
		gravidarum unde oriatur	701
		gra-	

INDEX.

gravidarum quomodo tractanda	702	commendatur in Cephalalgia	103
iliaco-Hæmatitica	105	laudatur in Paralyfi	665
<i>Cera</i> commendatur in Stomacace	470	<i>Cinnamomi</i> oleum in Sphacelo metuendo laudatur in Inflammationibus	250
<i>Cerebrum</i> leporis an usum habeat in dentitione difficili	750	<i>Citta</i> quid	604
<i>Chacarilla</i> cortex commendatur in Malo Hypochondriaco-Hysterico	189	<i>Clavus Hystericus</i>	105
<i>Vid. Cascarilla</i>		quomodo differat	106
<i>Cherofolum</i> laudatur in Calculo	232	quosnam affectus dolorificos pariat	106
commendatur in Phthifi	171	quibus subjectis contingat	107
succus commendatur in Phrenitide	304	unde oriatur	107
<i>Cbelidonii majoris</i> radix laudatur in Ictero	446	curari potest, licet sit inveteratus	108
<i>China china</i> nocet in Febre tertiana continua	400	<i>Clyma</i> extemporaneum commendatur in Angina	455
<i>Chiraruga</i> praesidia in Hydrophobia	697	quando in vertigine exhibendum	150
<i>Chlorosis</i> virginum est malum plerumque Chronicoteron	417	<i>Clysteres</i> laudantur in Alvi obstructione	592
<i>Cibi</i> conditi quales adhibendi sint in Tulle	523	quinam adhibendi sint in Apoplexia phlegmatica	654
<i>Cichorium</i> commendatur in Infarctu Hepatis	107	commendantur in Calculo	229
<i>Cinnabarsina</i> laudantur in convulsionibus symptomaticis & spasticis circa caput restrictionibus	649	stimulantes commendantur in catarrho suffocativo	520
<i>Cinnabaris</i> , qualem habeat efficaciam	750	quinam adhibendi sint in Colica	566. 567
fungitur officio cotis in motibus spasticis	612	quales & quoties in Colica repetendi	570
<i>Antimonii</i> laudatur in Asthmate	528	carminativi commendantur in Diarrhœa	554
		actu frigidi nocent in Dysenteria	350
		commendantur in febre synocha, alvo obstructa	270
		pro Hemicrania	118. 119
		Eee ee 2	e Ve.

INDEX.

e Veronica parati laudantur in		riculosa	565
Ischuria	533	ejus origo	50
quando adhibendi sint in Lipo-		quomodo solvatur	565. 566
thymia	678	& Nephritica quomodo tra-	
ufus eorum laudatur in Malo		ctanda fit	518
hypochondriaco-Hysterico		<i>Colica Hysterica</i> quomodo tractan-	
	193	da fit	568. 569
commendantur in Nephritide		<i>Collyrium</i> quoddam commenda-	
	220	tur in affectibus oculorum	131
revulforii commendantur in		<i>Coma</i> quid sit	666
Palpitatione cordis	629	quibus familiare	668
stimulantes colocynthiaci com-		quomodo dijudicandum	667.
mendantur in Paraphreniti-			668
de	308	quomodo tractandum	670
quales adhibendi sint in Stran-		quod signum lethalitytis habe-	
guria, Dysuria & Ischuria	534	at	669
<i>Cochlearia</i> laudatur in Scorbuto		ab otio inductum periculosum	671
	469. 470		
<i>Colica</i>	562	<i>Comitissa</i> unguentum camphora-	
quomodo differat	562. 563	tum externe laudatur in	
quomodo dijudicanda sit	563	Ischuria plethoricorum	513
cum quibus aliis affectibus		<i>Commotiones</i> animi, corporis &	
communiter conjuncta sit	564	sensuum post nimium flu-	
unde oriatur	564	xum sanguinis nocent	65
quznam inflammationem mi-		<i>Commotiones</i> artificiales quartanae	
netur	565	continuae minime omni-	
quznam vehementior	565	um tolerant	462
causa ejus materialis quomodo		<i>Concha</i> nitz laudantur in Ictero	
discutienda sit	566. 567		445
singultu stipata diri ominis		<i>Congestiones</i> in genere	89
censenda est	566	variae earum species	89. 90
<i>Colica biliosa</i> , quomodo tractanda		earum effectus	90. 91
fit	568	unde oriatur	90. 91
quznam mala producere possit		quznam illis sint obnoxii	90
	566	circa pectus omnium periculo-	
<i>Culica hemorrhoidalis</i> quando sit pe-		sissima sunt	91
			fan.

INDEX.

sanguinis ad pectus qua zote & quomodo prævenda sint	69	<i>Cornu cervi</i> laudatur a multis con- tra vermes	562
sanguinis versus caput quos- nam affectus pariant	65	Spiritus quid præstat contra ver- mes	562
finis earum, a Natura intentus, a Medico observandus est	93	Spiritus nocet in peste	356
quibusnam cautelis tractandæ sint	93. 94	<i>Coryza</i> quid	428
<i>Consolidantia</i> in Phthisi quænam adhibenda	167	unde oriatur	499. 500
<i>Consuetudo</i> fit causa morborum	3	quomodo dijudicanda sit	499
parit Hæmoptysin	29	simplex parum periculi in re- cessu habet	500
<i>Convulsa</i> mulier ex abortu raro e- vadit	645	quid in annosioribus & effæris efficiat	500
<i>Convulsiones</i> quid	641	rarissime eget medicatione	500
quomodo differant	641. 642	<i>Costus</i> verus commasticatus lau- datur in catarrhis	504
quomodo dijudicandæ	642. 643	<i>Crisis</i> humorum in Orhthalmia quomodo corrigenda	128
quibus familiares	643	<i>Crato</i> , ejus M. P. de succino com- mendatur in Cephalza	114
unde oriantur	643. 644	laudatur in Tussi	517
sorpori nullum effectum salu- tarem conferunt	644	<i>Creta</i> nocet in Soda	589
morbis acutis accedentes ple- rumque periculosæ & lethæ- les	644	<i>Crinones</i>	745
quænam contumaces sint	645	<i>Crisis</i> icterica non est periculosa	447
infantum	744	<i>Crocus</i> usus qualis sit in Lochiorum suppressione	83
infantum febrilibus adfectibus supervenientes sunt lethæ- les	645	Martis Antimoniatus com- mendatur in Hæmoptysi	30
morbis infantum facile super- veniunt	747	<i>Crollis extractum Panchymagog.</i> com- mendatur in Cephalza	114
internæ apud infantes sunt pe- riculosæ	747	laudatur in Coryza	503
parentium quomodo tractan- dæ	720	commendatur in Febris cor- ruptis	404
		commendatur in Tussi	517
		cum Mercurio dulci commen- datur in Variolis superatis	337

INDEX.

qualis in Hæmorrhoid. sup- pressionē	88	nulla simpliciter cohibenda est	556
in Hæctica	390 491	quomodo moderanda sit in Hæ- ctica	389
in idiopathica appetitus pro- stratione	602	omnis per adstringentia vel o- piata positive cohibita sit pe- riculosa	553
qualis in Ictero	447	biliosa apud infantes	742
quæ tenenda in Mensium sup- pressionē	78	copiosa & diuturna quid indu- cat	553
qualis in Phthisi	168	cholericæ puerperarum	727
qualis in salivationis cura	497	colliquativa Hæcticorum quo- modo tractanda sit	556
quænam observanda in Vermi- bus	561	critica, semicritica, sympto- matica quomodo tractanda	555
Diaphoresis lenis in salivationis cura necessaria est	497	gravidarum, quomodo tractan- da	705
Diaphoretica in Febribus	259	Hepatica, Dysenterica quomo- do tractanda	556
nocent in Febribus biliosis	278	Ictericæ, quomodo tractanda	555
blanda commendantur in Ce- phalalgia	99	periodica, quomodo tractan- da	555
blanda commendantur in con- gestionibus	92	in Phthisi indicat malum con- summatum	164
calida nocent Hypochondria- co-Hystericis	192	sanguinolenta in lue Venerea quomodo tractanda sit	495
liquida commendantur in pe- ripneumonia	298	spontanea in Scorbuto cauto moderamine indiget	469
liquida commendantur in Pleu- ritide	298	spontanea in Variolis per ad- stringentia non est cohiben- da	339
positive talia caute sunt adhi- benda in Febre catarrhali be- nigna	215	symptomata quando infeli- cem sæpius habeat exitum	553
potio commendatur in Vario- lis & morbillis	337		ter-
Diapnoice aquæ destillatæ	265		
Diarrhœa	551		
quomodo differat	551		
unde oriatur	552. 553		
externa in illa adhibenda reme- dia	555		

INDEX.

commendantur in congestioni-	quznam in scirrho lienis adhi-
bus 94	benda 103
<i>Embryonis</i> nimius motus unde 708	quznam adhibenda sint in Vo-
nimius motus quomodo tra-	mitu 545
ctandus 708	stomachalia laudantur in Coli-
debilitas quomodo dijudican-	ca 567
da 708	<i>Emplastrum</i> de Ammoniaco com-
debilitas unde oriatur 708	mendatur in Atrophia 215.
debilitas quomodo tractanda	Diaphoreticum Mynsichti lau-
708.709	datur in Inflammationibus
<i>Emetica</i> infantibus vix unquam	externis 247
necessaria sunt 748	miraculosum externe com-
in affectibus gravidarum ple-	mendatur in Paraphreniti-
rum queno nocent 712	de 308
fortiora abortum minantur 713	de spermate ceti laudatur in in-
nocent Hypochondriaco-Hy-	flammationibus externis 247
stericis 191	<i>Empresshotonus</i> quid 608
<i>Emetico catharticum</i> nocet in Cau-	<i>Empyema</i> 179
so 278.279	quomodo differat 179
nocet in Hemicrania 110	quomodo cognoscendum 179
<i>Emmenagoga</i> quznam commen-	unde oriatur 180
dentur 74	qualem spem restorationis fa-
tempore intermedio non sunt	ciat? 180
adhibenda 77	<i>Empyici</i> paucissimi a morte liberan-
fortiora promovent fluxum	tur 180
menstruum nimium 56	<i>Emulsiones</i> quznam usurpanda
lenia 475	sint in Febre catarrhali ma-
<i>Emollientia</i> pure adhibita nocent in	ligna 322
Angina 159	diluta quznam in febribus con-
<i>Emplastica</i> quznam adhibenda in	veniant 261
paralyfi 665	in Phthisi commendantur 171
<i>Emplastrum</i> quznam & quando	quznam commendentur in
comendentur in Angina	Pleuritide & Peripneumo-
156	nia 300
quznam & quomodo in Infar-	quznam adhibenda sint in
ctu Hepatis applicanda 106	Sranguria & Dysuria 513
	Fff ff <i>Emul-</i>

INDEX.

<i>Emulſiva</i>	259	ſicca nocent in Hemicrania	120
<i>Epileptici</i> infantes quando intere-		<i>Equitatio</i> hecticis convenit	392
ant plerumque	645	quid in Phthiſi præſtet	171
quid fugiant	649	<i>Erotomania</i> perſonalis quam medi-	
<i>Epilepſia</i> , pulvis contra eam in va-		cationem expoſcat	692
riolis	338	<i>Effentia</i> Adianthi albi commenda-	
per philtrum inducta quomodo		tur in malo Hypochondriaco-hyſterico	189
curetur	646	commendatur in Quartana	379
puellarum ante menſium eruptionem		Alexipharmaca Stahlī	405
eveniens quomodo ceſſet	645	Alexipharmaca commenda-	
circa menſium eruptionem orta		tur in Hectica	389
quando recrudescat	645	Enulz laudatur in ſcabie benigna	453
chronica & habitualis non eſt		<i>Evachantia</i> quando adhibenda ſint	
periculofa	645	in Tertiana	370
habitualis exitus	645	<i>Evacuaciones</i> tumultuariz nocent	
idiopathica quomodo tractetur	646. 647. 648		6
nocturna difficilioris curz		<i>Excrescentia</i> fungoz in lue Venerea	
quam diurna	645	quomodo abſumendz ſint	493
in ſymptomatica reſpiciendus eſt		<i>Excretionum</i> debitarum generales	
morbus primarius	646	ventilationes quid præſtent	
uterina quomodo evaneſcat	646	in debilitate memoriæ	683
<i>Epithema</i> cordiale quodnam in pal-		<i>Expectorantia</i> quznam & cum quibus	
palpitatione cordis externe ad-		diſcutientibus in Vomica	
hibendum	629	adhibenda	176. 177
quodnam in Odontalgia commenda-		inutilia ſunt in Pleuricide & Peripneumonia	299
tur	144	dulcia in Phthiſi caute uſurpanda ſunt	169
nervinum commendatur in Odontalgia	136	nocent in Aſthmate ſicco	528
<i>Epithemata</i> , quznam applicanda in		nocent in Aſthmate ſpaſtico	637
Catarrho ſuffocativo	513	nocent in Hectica	391
quznam applicanda in Vomitu	548	nocent in febre catarrhali benigna	314
ſicca commendantur in affectibus		oculorum	510
oculorum	127	nocent in Tuſſi	nd.

INDEX.

nocent in Tussi habituali	523	quomodo tractandz	709. 710
<i>Exsiccantia</i> nocent in Hzmorrhoidibus cœcis	240	<i>Febris</i> ardens quomodo dijudicanda	274
<i>Externa</i> remedia in adfectibus Arthriticis	612	biliosa	272
quznam adhibenda in Nephritide	220	biliosa unde oriatur	274
quznam usurpanda in Atrophia	215	biliosa quomodo differat	272
		cholericæ	272
		cholericæ quomodo dijudicanda fit	272. 273
		<i>Febris catarrhalis benigna</i>	309
		quomodo differat	309
		quomodo dijudicanda fit	309.
			310
		unde oriatur	310
		est contagiosa	312
		<i>Febris catarrhalis maligna petechizans</i>	
			317
		quomodo dijudicanda fit	317
			318
		unde oriatur	319
		est contagiosa	318
		cum quibus morbis & quibus temporibus facile complicitur	318
		<i>Febris compositæ ex acuta periodo</i>	
		quomodo differant	393. 394
		quomodo dijudicandz sint	394
		unde oriatur	394. 395
		ut aliz acutz tractantur	396
		<i>Febris corruptæ</i>	403
		veram methodum antifebrilem exposcunt	404
		<i>Febris ephemera</i> quomodo differat	
			263
		unde dijudicanda fit	263. 264
		unde oriatur	264. 265
		Fff ff 2	sim;

F.

<i>Farina</i> laterum nocet in Soda	589
<i>Fauces</i> arrosz in lue Venereæ quomodo sublevandz sint	492
<i>Febres</i> in genere	251
quomodo differant	251. 252.
	253. 254
quomodo dijudicandz sint	254
unde oriatur	255. 256
a retentione secundinarum quomodo tractandz	722
in Lipothymia quomodo præcaveantur	676
remedia in iis excretioni subvenientia	259
infantum	744
puerperarum inflammatoriz sunt periculosz	726
puerperarum miliaris	726
puerperarum papularis	726
gravidarum intermittentes, quomodo tractentur	709
<i>Febres acute gravidarum</i> sunt semper periculosz	709
præcipue abortum minantur	709

INDEX.

simplex & plurium dierum	263	unde oriatur	360
<i>Febris Helica</i>	385	quomodo transeat in continu-	
quomodo differat	385.386	am, pręcipue inflammatori-	
quomodo dijudicanda sit	386	am	361
	387	quomodo illius symptomata	
vera & confirmata nullam ad-		mitiganda sint	361. 362
mittit medicationem	387.	illius materia pręparata quo-	
	388	modo sit evacuanda	361
<i>Febris lenta</i>	380	illius materia viscido-mucosa	
quomodo differat	380.381	quomodo sit corrigenda &	
quomodo dijudicanda sit	381	pręparanda	361
unde oriatur	381	<i>Febris synocha</i>	267
quando periculosa reperitur	382	quoruplex sit	267
quomodo in ea stagnatio discuti-		unde dijudicanda sit	267. 268
enda	382	unde oriatur	268
quomodo in ea saburra viscida		<i>Febris tertiana</i>	364
incidenda sit	382	quomodo differat	364. 365
lentam quoque exposcit curam		quomodo dijudicanda sit	365.
	385		366
<i>Febris purpurea s. miliaris</i>	325	unde oriatur	366. 367
quomodo differat	325. 326	quando contagiosa apparet	368
quomodo dijudicanda sit	326	quomodo recidiva fiat	368
	327	<i>Febris tertiana continua</i>	397
unde oriatur	328	quomodo dijudicanda	397
<i>Febris Quartana</i>	373	unde oriatur	398
quomodo dijudicanda	373	Opium in ea nocet	400
unde oriatur	374. 375	<i>Febres nondum typica</i>	403
facile recidivat	375	quomodo differant	403
incongrue suppressa quęnam		non admittunt commotiones	
damna pariat	375. 376	artificiales	403
continua	400	<i>Flatulenta</i>	594
continua quomodo dijudican-		quomodo differat	594
da sit	400. 401	quomodo dijudicanda sit	595
<i>Febris quotidiana intermittens</i>	359	unde oriatur	596. 597
quomodo differat	359	directa & simplex quomodo	
quomodo dijudicanda sit	359.	tractanda sit	598
	360	gravidarum quomodo tractan-	
		da	705
			ha.

INDEX.

<p>habitualis quænam mala secum trahat 597</p> <p>lochialis 717</p> <p><i>Plains</i> anoterici suppressi nocent 597</p> <p>habitualium suppressio quæ- nam mala inducat 597</p> <p>cohibitio eorum voluntaria no- cet 597</p> <p><i>Fluor albus</i> 471</p> <p>quomodo differat 471</p> <p>unde oriatur 473</p> <p>sæpe recrudescit 475</p> <p>benignus quomodo dijudican- dus 472</p> <p>gravidarum quomodo tractan- dus 705</p> <p>invalescens infert sterilitatem 474</p> <p>malignus quomodo dijudican- dus sit 472</p> <p>malignus incongrue cohibitus periculosus sit 474</p> <p><i>Fluxus Hepaticus</i> 51</p> <p>quomodo a Dyfenteria differat 51</p> <p>unde oriatur 52</p> <p>minus periculosus est 52</p> <p><i>Fluxus sanguinis</i> uterinus in gravi- dis quomodo tractandus 712</p> <p><i>Foetor oris</i> 607</p> <p>unde oriatur 607</p> <p>tractandus est pro diversitate causarum 607</p> <p><i>Fontes</i> motuus quomodo dijudi- candus 710</p>	<p>mortui causæ 710</p> <p>mortuus quomodo tractandus 711</p> <p>ejus situs ante secundinarum rupturam exquisitè non potest agnosci 724</p> <p>hydrocephalicus vel mortuus dystociam causatur 720</p> <p><i>Fonticulorum</i> usus in affectibus so- porosis 671</p> <p>& Setaceorum usus qualis in Co- ryza 502</p> <p><i>Foresti</i> Decoctum nephriticum lau- datur in Calculo 219</p> <p>Epithema commendatur in palpitatione cordis 629</p> <p><i>Formicarum</i> ovorum liquor in cli- bano paratus laudatur in affectibus oculorum 130</p> <p>spiritus commendatur in affe- ctibus arthriticis 623, 625</p> <p>spiritus acidus laudatur in Pa- ralysi & Hemipl. 664</p> <p><i>Formula</i> pro excessu motuum in menstruum suppressione 75</p> <p><i>Formule</i> fluidæ in affectibus ocu- lorum nocent 131</p> <p>humidæ, quænam commenden- tur in Cephalæa 115</p> <p>pulverulentæ in affectibus ocu- lorum nocent 131</p> <p><i>Fotus</i>, quinam commendatur in Calculo 230</p> <p>calidus laudatur in Nephritide 222</p> <p>quinam adhibeatur in tremore artuum 681</p> <p>Fff ff 3 Fri-</p>
---	--

INDEX.

<i>Friktiones</i> partium inferiorum		dis	619
commendantur in Apoplexia	654	<i>Gemiana rubra</i> laudatur in Diarrhœa	556
commendantur in congestionibus	94	laudatur in Colica	572
commendantur in catarrho suffocativo	511	<i>Gesneri virga aurea</i> quid præstet in Stranguria, Dysuria & Ischuria	535
commendantur in Nephritide	221	<i>Gonorrhœa</i>	476
in pedibus commendantur in Paraphrenitide	308	quomodo differat	476.477
commendantur in Phrenitide	305	unde oriatur	479
promoveant sudores	544	quomodo dijudicanda sit	477
<i>Frigida</i> nocent in febribus biliosis	278	per adstringentia cohibita quanam damna inferat	480
nocent in Tussi	523	suppressa, quomodo revocanda & corrigenda sit	493
<i>Fumaria</i> essentialis laudatur in scabie benigna	453	illius fluxus incongrue suppressus revocatur per essentiam alexipharmacam Strahlii	484
<i>Furor uterinus</i> , quam medicationem exposcat	692	<i>Grammanni</i> tinctura antiphthistica nocet in Hæctica	391
G.			
G <i>Argarisma</i> quando adhibendum in Phrenitide	305	<i>Gravado</i>	498
<i>Gargarismata</i> , quando in Angina applicanda	155	quomodo dijudicanda sit	499
eorum formulæ in Angina	178	exposcit justam & necessariam evacuationem	500
eorum remedia sunt triplicis generis	155	<i>Gravida</i> fovæant divinas ideas	715
caute sunt applicanda	158	quid in genere illis conveniat	711
subadstringentia adhibenda sunt in febre catarrhali maligna	322	earum affectus	699
in Lue Venerea	492	affectus a dixæ vitiis dependentes	703.704.705
<i>Gelatinosa</i> decocta commendantur in Hæctica	389	affectus a causis singularibus dependentes	707.710
<i>Gemmata</i> in Diarrhœa	554	affectus a mole & pondere uteri dependentes	706.707
analeptica in palpitatione cordis		affectus a plethora dependentes	701.702

INDEX.

earum debilitas syncoptica quomodo tractanda	707	<i>Hematus</i> nocet in Vomica pul- monum	178
earum dolores a calcitracione fœtus tolerandi sunt	708	<i>Hæmoptysis</i>	27
earum incommoda præter con- suetudinem	ibid.	quomodo præservetur	31
nimia earum pinguedo quid exposcat	707	omnium Hæmorrhagiarum pe- riculofiffima	29
<i>Graviditatis</i> signa	699	quomodo plerumque lethalis evadat	ib.
quomodo differat	700	quibus & cuinam ætati contin- gat	27
<i>Gravitas</i> artuum in gravidis quo- modo tollenda	701, 702 <i>Vid.</i> <i>Artuum gravitas.</i>	<i>Hæmorrhagia</i> in genere	12
<i>Gummata</i> temperata commendan- tur in Quartana	376	earum species	ib.
<i>Gummi Ammoniacum</i> quomodo in Infarctu Hepatis usurpan- dum	107	unde earum excessus	15
Ammoniacum commendatur in Vertigine	151	legitimus earum successus quid efficiat	12, 15
<i>Arabicum</i> laudatur in Dyfente- ria	350	causæ earum fictitiz	14
<i>Arabicum & tragacanthum</i> lau- dantur in Diarrhœa	556	earum finis non semper optatus	15
<i>Gummi-resine</i> commendantur in Diarrhœa	554	quænam periculofæ	ib.
commendantur in fluore albo benigno	475	earum quantitati, quomodo occurrendum secundum naturæ intentionem	ib, 16
commendantur in Ictero	443	earum finis a natura intentus	14
commendantur in Oedemate	409	effert quomodo succurrendum	24
nocent interne in inflammatio- nibus	250	critica quanta esse possit in febre synocha	271
		suppressæ in Phthisi præservati- ve justa methodo revocan- diz sunt	168
		<i>Hæmorrhœgia Narium</i>	21
		in febribus acutis qualis	ibid.
		chronica quæ dicatur	ib.
		molimina	22
		suppressæ succedunt multa in- commoda	23
			fym-

H.

Habitatio humido-frigida pa-
rit scorbutum 464

INDEX.

symptomatica ubinam periculosa	23	<i>Hemorrhoides caecae</i>	235
habitualis	ib.	quomodo differant	235. 236
fenibus periculosa	24	unde oriuntur	ib.
quando carere possit medicatione	ib.	<i>Hemorrhoidum fluxus</i> nimius quomodo temperandus	48
habet multas causas occasionales	23	nimius quomodo praevendendus	ibid.
quomodo preoccupari debeat	25	legitimus nil nisi dixta conveniente indiget	47
criticę suppressio quid causetur	67	<i>Hemorrhoidum inflationes</i> vesiculares in gravidis quomodo tractandę	706. 707
quid praefagiat in febre catarrhali maligna	320	<i>Hemorrhoidum molimina</i> circumspicte tractanda sunt	86
larga in Variolis non est periculosa	339	quando & quomodo promovenda	47
in scorbuto quomodo tractandę sint	467	in quibus non promovenda	48
in scorbuto incongrue prohibitz varia incommoda inferunt	469	<i>Hemorrhoidum motus</i> , quibus affectibus communiter jungantur	50
<i>Hemorrhagia uteri</i> quomodo contingat in gravidis	701	quinam pertinacius durent	ib.
gravidarum quomodo tractanda	ib.	interni quomodo facile in motus externos transeant, & vice versa	ib.
partum praecedens est periculosa	720	suppressarum quomodo stimulandus	86. 87
<i>Hemorrhoides internę</i>	43	<i>Hemorrhoidum suppressio</i>	84
earum species	43	quęnam mala pariat	84. 85
quando imminentes	44	quinam ei obnoxii sunt	ib.
quando praesentes	ib.	unde oriatur	ib.
juniorum sunt hereditaria dispositio	45	periculosa	46
legitime fluentes sunt beneficium naturę	46	quomodo revocanda	86
impedite fluentes qua methodo sunt promovendę	47	diuturna varias sanguinis inducit translationes	85
		<i>Hellebori essentia</i> commendatur in Cephalza	114
			al.

INDEX.

albi usus providus laudatur in Hydrope 433	<i>Hernia</i> incarcerata quomodo tra- ctanda sit in passione iliaca 576
albi usus sit cautissimus in Ma- nia 693	<i>Hiera picra</i> a Baglivio commenda- tur in ventriculi affectibus 603
nigri essentia commendatur in tremore artuum 681	<i>Hippopotami</i> Dens commendatur in Asthmate spastico 636
nigri essentia cum tinctura Ja- lappæ mixta laudatur in Co- ryza 503	<i>Hirudines</i> commendantur in adfe- ctibus arthriticis præserva- tive 623
<i>Helleborina</i> quomodo in Cephalal- gia adhibenda 103	earum usus circumspæctus lau- datur in Asthmate spastico 637
commendantur in vertigine Idi- opathica 149	in Hæmoptysi commendantur 31
<i>Hemicrania</i> 116	præservative commendantur in Hæmorrhoid. cæcis 240
ejus differentia ibid.	usus earum commendatur in Hæmorrhoidum suppressi- one 87
ejus origo 117. 118	commendantur in malo Hypo- chondriaco Hysterico 188
est initium arthritidis ib.	præservative commendantur in motibus spasticis 611
inveterata difficulter tollitur ib.	commendantur in Nephritide 221
ejus remedia ib.	quando in Phthisi applicandæ 168
<i>Hemiplexia</i> 657	earum usus commendatur in congestionibus 93
quomodo dijudicanda 658	præservative commendantur in Apoplexia 655
quomodo lethalis 660	laudantur in Hemicrania 120
remedia externa in ea adhiben- da 661	commendantur in Paraphreni- tide 308
<i>Hepatis</i> inflammatio omnium fere est perniciosissima 285	<i>G g g g</i> . <i>Hu</i>
spastica contractio quomodo tractanda 106	
<i>Hepatitis</i> 283	
quomodo differat ib.	
quomodo dijudicanda ib. 284	
unde oriatur 285	
<i>Herba hepaticæ & splenicæ</i> sub- adstringentes in Diabete 540	
incidentes & resolventes com- mendantur in Ictero 443	
vulnerariæ nocent in calculo 233	

INDEX.

<i>Humectantia</i> maxime nocent in Pa- ralysi 665	unde oriatur ib. 417
<i>Humectatio</i> fortis nocet in Inflam- mationibus 249	<i>Hydrops universalis</i> 422
<i>Humectationes</i> heceticis conveniunt 392	quomodo differat 422
<i>Humores</i> serosi, corrupti, quomo- do corrigantur & eliminan- tur 52	quomodo dijudicanda fit 423.
eorum affluxus quomodo revel- lendus fit in Oralgia 136	424
eorum affluxus quomodo re- vellendus fit in Phrenitide 304	<i>Hypochondriaci</i> sunt sputatores, vel jejuno, vel repleto ventricu- lo 184
corruptio eorum quomodo fit corrigenda in scabie 453	<i>Hypopyi</i> remedia 128. 129
æqualis dispartitio quomodo adjuvanda in adfectibus ar- thriticis 621	<i>Hyssopi</i> aqua laudatur in Asthmate senili, aliisque humidis pe- ctoris constitutionibus chronicis 528
eorum importuna commotio nocet in febribus biliosis 278	
<i>Hydragoga</i> fortiora commendantur in Anasarca & Ascite 430	I.
<i>Hydroccle</i> quomodo tractanda 437.	J <i>Alappa</i> commendatur in Cepha- liza 114
438	eius radix commendatur in Hy- drope 433
<i>Hydrocephalus</i> 739	resina commendatur in Tussi 517
quomodo tractetur 437	<i>Icterus</i> 439
<i>Hydrophobia</i> 694	remedia acriuscula flava lau- dantur in eo 446
quomodo differat 694. 695	flavus quomodo dijudicandus 440
affectus pertinacissimus 696	<i>Icterus niger</i> quomodo dijudican- dus fit 441
quomodo tractanda ib.	unde oriatur 441. 442
<i>Hydrops</i> unde oriatur 426. 427	quando periculosus fit ib.
<i>Armoraciz</i> radix commenda- tur in ea 433	difficulter curabilis est 443
<i>Hydrops particularis</i> 435	<i>Imperforatio</i> apud infantes 739
quomodo differat ibid.	<i>Impetigo</i> 743
quomodo dijudicanda fit ib.	<i>Incidentia</i> remedia in Vomitu 548
436	<i>Incrassantia</i> remedia in Vomitu ibid.
	eorum usus in affectibus pecto- ris

INDEX.

perruptio difficilis	732	præservative in calculo com-	
defectus	ib.	mendantur	231
abundantia	731	rhabarbarinæ commendantur	
tenuitas aquosa	733	in Tussi sicca	518
falsedo & biliosa flavedo	734	<i>Laxativa</i> formula in œdemate	410
mucida crassities	734	in Hæmorrhagiæ narium sup-	
Stasis	ibid.	pressionè qualis commen-	
coagulatio quomodo præoccu-		detur	68
panda	737	<i>Leporum</i> tali specificè laudantur	
cura in Phthisi nulla	171	in renum spasmodica con-	
<i>Laxantia</i> quænam usurpanda in		strictione	535
Atrophia	214	<i>Lepra</i> , quomodo dijudicanda	450
quænam adhibenda in Colica		<i>Lethargus</i> quid	666
	566	quomodo dijudicandus	667
quænam commendantur in He-		quomodo tractandus	669. 670
micrania	120	unde oriatur	668. 669
lenia quænam adhibenda in ad-		quibus familiaris	668
fectibus arthriticis	621	plenarius quamdiu duret	669
lenia præservative commen-		<i>Lichenes</i> gravidarum non indigent	
dantur in Cachexia	419	medicatione	708
lenia commendantur in Quar-		<i>Lienis</i> ulceratio, quomodo conso-	
tana	377. 378	lidanda	200
præservativa quænam adhiben-		<i>Ligatura</i> partium oppositarum	
da in adfectibus Arthriticis		commendantur in Apoplexia	
	623		655
quænam præservative adhiben-		commendantur in Catarrho	
da in Apoplexia	655	suffocativo	511
præservative contra Coryzam		commendantur in congestio-	
commendantur	501	num initio	94
<i>Laxatio</i> quænam sufficiat in catar-		quomodo in Hæmorrh. com-	
rho Chronico	315	mendantur	17
lenissima comendatur in Phthisi		<i>Limatura</i> orichalci commendatur	
	166	in Hydrophobia	696
<i>Laxationes</i> lenes in Coryza	501	<i>Linimenta</i> quænam adhibenda sint	
leniores commendantur in Ple-		in Colica	566
thora	9		<i>Lipo-</i>

INDEX.

<i>Lipothymia</i>	672	perpellentia aliaque calida re-	
quomodo differat	672, 673	media non revocandus est.	81. 82
quomodo dijudicanda	673	abortivus quomodo se prodat	61
quibus familiaris	674		
unde oriatur	674. 675	<i>Lochiorum fluxus legitimus</i>	qualis
quomodo generaliter tractan-			60
da	675. 676	quomodo evadat nimius	62
quomodo præservative tractan-		<i>Lochiorum fluxus nimius</i>	60. 726
da	677. 678	quomodo præoccupandus	64
quomodo specialius tractanda	676. 677	quomodo moderandus	63
durans medicamenta tuto non		quænam subjecta eum incur-	
admittit	678	rant	61
idiopathica quibus familiaris		<i>Lochiorum fluxus ordinarius</i>	60
	673. 674	communis est	61
Scorbutica quomodo generetur		<i>Lochiorum suppressio</i>	78. 726
	469	duplex datur	79
symptomata cujus momenti		quænam illi obnoxii	ib.
	675	unde oriatur	80
<i>Lipothymici</i> a venæ sectione quo-		est periculossissima	ib.
modo tractandi	679	quænam mala pariat	ib. 81
a rebus præsentibus quomodo		<i>Locorum</i> mutatio hæcticis conve-	
se habeant	ib.	nit	392
a rebus futuris, quomodo se ha-		<i>Lubricantia</i> remedia	506
bent	ib.	<i>Ludovici</i> Tinctura vitrioli martis	
illorum respiria profunda post		commendatur in defectu	
excitationem quid indicent		appetitus	602
	678	commendatur in Diabete	540
<i>Lithonriptica</i> temperata quænam		commendatur in Catarrho suf-	
& quando commendentur		focativo extra paroxysmum	511
in calculo	230	pulvis pro infantibus an pecu-	
<i>Lochiorum fluxus</i> quænam periculo-		liarem efficaciam habeat	749
sus	62	<i>Lues Venerea</i>	487
quomodo dijudicandus	79	quomodo differat	487
excessui expositus est	62	quomodo dijudicanda	487
quomodo excedat	61	G g g g 3	un-
magis activus, quam passivus			
habendus	62		

INDEX.

quando usurpanda in MaloHy- pochondriaco-Hysterico 189.	192	sanguinem evacuantia in Hz- morrhagiz narium sup- pressione nocent	
quando & quomodo usurpan- da in Infarctu Lienis 199		<i>Medicatio calida & acris nocet in</i> Nephritide	221
Menses magis supprimunt quam producunt 77		<i>Medicationes calidæ nocent in Pur- pura</i>	330
usus eorum in mensum sup- pressione quando commen- dandus ib.		vehementes nocent in febris	259
interne commendantur in Oe- demate 409		<i>Medicus debet esse minister natu- ræ</i>	5
usus eorum in Mensibus revo- candis periculosus 73		quid in Bubonibus & Anthraci- bus notare debet 357.358	
commendantur in Scorbuto 467		<i>Melanagoga commendantur in</i> Quartana	376
nocent in adfectibus Arthriti- cis 624		<i>Melancholia</i>	684
nocent in Cephalalgia 104		quomodo differat	ibid.
in Hæctica nocent 391		quomodo dijudicanda	ibid.
nocent in Hemicrania 121			685
nocent in Vomitu cruento 37		quibus familiaris	ibid.
<i>Materia nunquam moveatur, nisi</i> sit mobilis 260		unde oriatur	ib. 686
caustica quomodo in febre bili- osa corrigenda sit 277		quænam illius species obstina- tissima	687
mucosa, viscida & tenax, quo- modo in Vomitu incidenda & abstergenda sit 548		quomodo tractanda	ib.
tenax & viscida in Diarrhœis, quomodo pulposa & volu- bilis reddenda sit 554		<i>Melancholia a speculationibus in- ductæ vix remedia vera</i> inveniuntur	688
<i>Maturatio Hæmorrhoid. cæcarum</i> quomodo promovenda 239		<i>Mellis usus in Phthisi laudatur</i>	172
<i>Meconii retentio</i> 740		<i>Memoria debilitas</i>	682
<i>Medicamenta calidiora mutant fe- bres biliosas in Inflammato- rias</i> 278		unde oriatur	ib.
		quomodo tractanda	683
		<i>Memoria debilitati in quænam ex- trema inclinent</i>	682. 683
		<i>Mensum decoloratio, quid & quo- modo tractanda</i>	76
		<i>Mensum fluxus per quænam vasa excernatur,</i>	58
			la.

INDEX.

lactationis tempore infantem		culosa est	495
alterat	737	cura exposcit vires patientis	
largier non statim pro nimio		sufficientes	ib.
habendus	56	<i>Mercurius</i> quando salivatorium ef-	
<i>Mensium fluxus nimius</i>	53	fectum amittat	497
in quznam subjecta cadat	55	corrosivi usus in lue Venerea	
unde oriatur	ib. 56	cautissimus sit	495
quznam incommoda adferat	54	<i>Mercurius dulcis</i> commendatur in	
justo diutius durat	ib.	Atrophia	216
non stata servat tempora	ib.	est elegans catharticum pro	
in foeminis nondum maritatis		infantibus	748
saepe suspectus est	59	in quanam epilepsia usu veniat	646
quem exitum tandem obtineat	56	cum Jalappa vel extracto Pan-	
<i>Mensium fluxus impeditus</i> damna		chymag. Crollii commen-	
gravia infert	55	datur in fluore albo mali-	
<i>Mensium fluxus ordinarius</i>	53	gno	475
quo anno sese exferat	ib.	commendatur in Lue Venerea	491
quam diu duret	54	cum diaphoreticis lignosis ab-	
<i>Mensium cessatio</i> quznam	70	solvit curam internam luis	
emansio quznam dicatur	ib.	Venerae	492
retentio s. obstructio quznam		Dosim nimis augere in Lue Ve-	
vocetur	ib.	nerea neque necessarium,	
<i>Mensium suppressio</i>	ib.	neque consultum ducitur	497
triplex datur	ib.	commendatur in scabie	454
illius signa	71	quomodo commendetur in sca-	
quibus contingat	ib.	bie refractaria	458
unde oriatur	ib. 72	& Venerea	459
quznam mala pariat	72. 73	laudatur in affectibus scirrhopis	211
<i>Menstruum fluxum</i> patientes, a qui-		laudatur in Vermibus enecan-	
buis sibi caveant	59	dis & excernendis	560
<i>Mentha</i> in vomitu foeminarum pro		commendatur in Tussi	517
specifico habetur	550	<i>Mitio</i> nocturna non adeo invete-	
<i>Mercurialis</i> nocent Hypochondri-		rata	
aco-Hystericis	191		
<i>Mercurialis</i> aquae extriaseca applica-			
catio in Lue venerea peri-			

INDEX.

rata sæpius admittit curati-	quomodo dijudicandi sint	332
onem		333
involuntaria in febre acuta	placide, leniter & ordinate	pro-
quid prædicet	cedentes nulla egent medi-	catione
involuntaria nocturna junio-		336
rum quomodo tractanda sit	<i>Morbi</i> in genere	1
	differentia morborum triplex	1
<i>Mitlus cruentus</i>	quinam facilius aut difficil-	4
est affectus raro eveniens	curentur	4
repente suppressus nocet	illorum tempora respicienda	6
<i>Millefolium</i> nocet in Calculo	acutus a Lipothymia incipi-	ens periculosus
essentia ejus laudatur in Vomitu nephriticorum		675
decoctum commendatur in Malo Hypochondriaco-Hysterico	infantum brevioris communi-	ter sunt periodi
infusum ejus in motibus Hæmorrhoidalibus commenda-	infantibus minus periculum ad-	ferunt, quam adultis
datur		ibid.
usus commendatur in Hæmorrhoid. cæcis	<i>Motus</i> in morbis quomodo tractandi	5
	duo eorum extrema in uno in-	dividuo non raro occurrunt
<i>Millepedes</i> caute adhibeantur in Infarctu Hepatis		666
<i>Miserere mei</i>	defectus eorum carent adhuc	remediis specificis
<i>Mit, Esser bey Kindern</i>		ib.
<i>Mixtura</i> balsamica commendatur in Hæctica	sopitio eorum, quando susci-	pienda in palpitatione cordis
sanguinem mundificans		636
simplex commendatur in Paraphrenitide	eorum turbæ in Melancholia probe sunt discernendæ	688
Tonico-nervina Stahlîi commendatur in Splenitide	erroneorum remedia	5
<i>Mola</i> quid sit	<i>Motus corporis</i> commendatur in Cephalalgia	101
unde oriatur	commendatur in Clavo Hysterico	109
signa ejus	commendatur in Coryza	503
<i>Morbilli</i>	commendatur in Ictero	447
quomodo differant	assiduus commendatur in Scorbuto	465
	H h h h h	Mo.

INDEX.

<i>Motus consuetudinalis</i> in Tussi humida quomodo sopiendus sit	518		
<i>Motus spastici</i> , cura eorum præservativa	611		
quomodo extra paroxysmum tractandi	ib.		
quomodo tractandi in Paroxysmo	ib.		
<i>Motus spastico-dolorifici</i> , quomodo mitigandi & dissolvendi	621		
	622		
<i>Motus tonicus</i> , æqualis, quomodo promoveatur	21		
quomodo roborandus in Infarctulienis	198		
<i>Mucida</i> nocent in febribus biliosis	278		
<i>Mundificatio</i> Hæmorrhoid. cæcærum ruptarum	239		
<i>Mus</i> campestris a Paracelso in Phthisi laudatur	170		
marini fumus laudatur in Hæmorrhoid. cæcis	241		
<i>Myrrha</i> commendatur in fluore albo benigno	475		
nocet in Hæmoptyfi	32		
nocet interne in Inflammationibus	250		
in mensium suppressione usus ejus nocet	77		
subra laudatur in Vermibus enecandis	562		
ejus essentia caute infantibus est propinanda	748		
<i>Myrrhata</i> caulantur Lochiorum suppressionem	80		
		N.	
		<i>Ævi</i> materni	739. 740
		<i>Narcotica</i> quid præsent in Malo Hypochondriaco-Hysterico	195
		nocent in Epilepsia	648
		nocent in Cephalalgia	112
		<i>Narium</i> mucosa obstructio apud infantes	742
		<i>Nausea</i>	600
		quomodo differat	ib.
		unde oriatur	601
		<i>Nephritis</i>	217
		quomodo differat	ibid.
		quomodo dijudicanda	ibid. 218
		unde oriatur	219
		<i>Nephritici</i> ab operatione primæ viarum sibi caveant	222
		<i>Nervina & aromatica</i> in fluore albo benigno	475
		calida nocent in adfectibus Arthriticis	624
		calida interne & externe nocent in clavo hysterico	109
		quænam adhibenda in Paralyfi & Hemiplexia	664
		roborantia in stillicidio urinæ	537
		<i>Nitrosæ</i>	258
		temperata laudantur in Colica	566
		commendantur in catarrho suffocativo	511
		usus eorum laudatur in Coryza aciore & contagiosa	502
			quan-

INDEX.

quando adhibenda sint in idio- pathica appetitus prostrati- one	602	quomodo in Empyemate usurpandus	182
commendantur in Ischuria	533	qualis usus ejus in Febribus	262
laudantur in Hæmorrh. cæcis dolorificis	239	qualis usus in febribus biliosis	280
commendantur in Vomitu cru- ento	35	laudatur in febre catarrhali be- nigna	315
<i>Nitrosus pulvis</i> commendatur in Asthmate humido	527	laudatur in febre catarrhali maligna	324
laudatur in Colica hæmorrhoi- dali	571	laudatur in Gonorrhœa	483
<i>Nitroso-temperantes pulveres</i> cum Antimonio diaphoretico combinati commendantur in Vomica pulmonum	177	usus moderatus laudatur in He- ctica	392
<i>Nuxum</i> minuit acrimoniam hu- morum	470	commendatur Hypochondria- co-Hystericis	193
commendatur pro tempera- tione in affectibus grvida- rum	712	commendatur in Lochiorum suppressione	77
commendatur in affectibus o- culorum	127	regeneratum laudatur in men- sium suppressione	ib.
qualis ejus usus fit in affectibus paralyticis	665	laudatur in Melancholia	688
laudatur in Angina	155	purum laudatur in Peste	356
commendatur in dentium do- loribus	143	quando in Phthisi adhibendum fit	169
commendatur in Diarrhœa tor- minosa, Variolis superve- niente	338	commendatur in Pleuritide & Peripneumonia	300
laudatur in Dysenteria	350	usus illius largior commenda- tur in pollutione nocturna	486
commendatur in Dysuria	532.	laudatur in Scorbuto	470
	534	cum præcipitantibus marinis commendatur in Scorbuto	466
modice commendatur in Em- pyemate	182	laudatur in Stranguria	532. 534
usus ejus internus quando &		optimum & securum expecto- rans in Tussi	522
		usus illius moderatus laudatur in Tussi sicca	510
		H h h h 2	<i>Nojama</i>

INDEX.

<i>Noctambulatio</i>	638	remedia contra symptomaticam	143
quomodo differat	ib.	<i>Odorifera</i> caute adhibenda sunt in	
unde oriatur	ib.	vertigine	151
quomodo tractanda	ib.	<i>Oedema</i>	405
<i>Nodi Gallici</i> quomodo resolvantur	693	quomodo differat	405. 406
<i>Nuclei Perficorum</i> commendantur in Cephalalgia	101	quomodo dijudicandum fit	406
<i>Nutrices</i> temere non conducendæ sunt	738	repulsum quanta damna pariat	407
<i>Nux moschata</i> laudatur in Diarrhœa	556	rejjicit retropellentia, refrigerantia, humectantia frigida	ib.
vomica adultis convenit in vermicibus	562	remedia pro eo externa	409. 410
vomica commendatur in Quartana	379	ulceratio illius quænam medicamenta postulet	412
		aromatica peregrina & nostrata commendantur in illo	409
		composita in eo commendantur	ibid.
		emplastica vix possunt in eo admitti	411
		camphora in eo nocet	412
		<i>Oedematosis</i> robustioribus phlegmagoga fortiora commendantur	409
		<i>Olea</i> , quænam in calculo commendantur	230
		cocta in rupta suppuratione aurium nocent	139
		<i>Olea destillata</i> sola nocent in affectibus aurium	139
		nocent in Cardialgia	582
		plerumque in Cephalalgia nocent	102
		in Mensium suppressione nocent	78
		<i>Empyreumatica</i> in Odontalgia nocent	145
			no;
O.			
O <i>Bstruclio</i> Alvi habitualis motu & potu superatur	592. vid. alvus,		
<i>Oculi</i> continuo humidi indicant plethoram	8		
manationes eorum apud infantes	741		
pericula eorum, quomodo præoccupanda sint in Variolis	338		
<i>Oculorum affectus</i> præcipui	122		
varie differunt	123		
quomodo cognoscendi	ib. 124		
quinam iis obnoxii	ib.		
unde oriuntur	125		
nonnulli difficillimæ sunt re-staurationis	126		
<i>Odontalgia</i>	141		
quibusnam eveniat	ibid. 142		
unde oriatur	ib.		

INDEX.

nocent in sudoribus suppressis	544	nocent in Vomitu cruento	37
<i>Olea volatilia</i> caute sunt adhibenda		<i>Opium</i> , usus ejus summa cautione	
in <i>Quartana</i>	378 379	indiget in <i>Dysenteria</i>	349
<i>Oleum Chamomillæ</i> cum essentia		nocet in lumborum & renum	
<i>Succini</i> laudatur in aurium		affectu	134
affectibus	139	nocet in mensium fluxu nimio	59
<i>cinnamomi</i> laudatur in Paralyfi		nocet in Tussi	521
& Hemiplexia	661	<i>Opisthotonus</i> spasmus quid?	608
<i>philosophorum</i> commendatur		<i>Orexis</i> canina quid?	603
in Gonorrhœa	485	<i>Orgasmus sanguinis</i> , quomodo &	
<i>philosophorum</i> commendatur		quibus remediis temperetur	24.86
in Stomacace	479	quomodo in Cephalalgia tem-	
rectificatissimum <i>Dippelii</i> lau-		perandus	99
datur in Epilepsia	650	quomodo in congestionibus	
<i>Terebinthinæ</i> in Odontalgia		compescendus	92
commendatur	145	illum in Hæmorrhagiarum na-	
<i>Oleosa</i> nocent in Pleuritide & Pe-		rium suppressione tempe-	
ripneumonia	300	rant nitroso- præcipitantia	68
<i>Ophthalmia</i> , quomodo præservati-		& <i>Stahlîi</i> mixtura tonico-nervi-	
ve tractanda	128	na	68
<i>Opiata</i> , quid præsent in affecti-		in Hemicrania quomodo tem-	
bis Arthriticis	665	perandus	119
nocent in affectibus arthriticis	623	quomodo contemperandus in	
minus commode adhibentur in		<i>Nephritide</i>	210
calculo	234	causatur lochiorum suppressio-	
nocent in Cephalalgia	102.103	nem	80
nocent in Clavo hysterico	109	quomodo in lochiorum sup-	
nocent in Colica	571	pressionem mitigandus	81
nocent in febre synocha	271	<i>O</i> sacrum sub partu sustendan-	
nocent in Hæmorrhagiis nari-		dum est	715
um	26	sepis commendatur in fluore	
nocent in Infarctu lienis	199	albomaligno	475
nocent in Mania	693	<i>Oralgia</i> cum reliquis aurium affe-	
nocent in Phrenitide	305	ctibus	133
nocent in Pleuritide & Peripneu-		Hhh hh 3	ejus
monia	300		

INDEX.

<i>Pediluvia</i> quænam & quando adhibenda in affectibus arthriticis	623	remedia præservantia aliqua in ea	358
moderata commendantur in Cephalalgia	103	remedia præservantia in ea sunt summe incerta	358
commendantur in Cephalæa	115	in ea essentia Pimpinellæ albæ commendatur	355
commendantur in Clavo Hyfterico	110	<i>Pblegmagoga</i> commendantur in Ophthalmia serosa	127
commendantur in Colica	573	quænam in adfectibus soporosis adhibenda	670
commendantur in palpitatione cordis	629	<i>Phrenitis</i>	301
commendantur in tussificca	18	unde oritur	302
commendantur in Vertigine idiopathica	149	quomodo differat	301
<i>Pellentia</i> cautissime in calculo adhibenda sunt	233	quomodo dijudicanda sit	301.
draffica nocent cachecticis	420	est periculofiffima	302
vehementiora in partu quænam sint	719	<i>Phthisis</i>	303
<i>Peripneumonia</i>	294	unde oritur	164. 165
unde oritur	297	differt gradu	161
quomodo differat	294. 295	ejus signa	162
unde dijudicanda	296	quomodo mortem acceleret	165
<i>Persicaria</i> herba commendatur in mensium suppressione	77	<i>Pica</i> , quid sit	604
<i>Pestis</i>	352	<i>Puule</i> contra Hydropem	433
unde oritur	353. 354	præservative adhibendæ in passione Iliaca	577
quomodo dijudicanda sit	352	Beccheri in Hæmorrhagiz narium suppressione commendatur	68
quomodo lethalis fiat	353	Stahlianz num in Hæmoptysi adhibendæ	32
quomodo salutariter finiri soleat	ibid.	Stahlianz commendantur in Oedemate	410
per placidam & continuam exhalationem expelli debet	355	tartareæ Quercetani & Sylvii commendantur in Quarta-na	377

INDEX:

<i>Pimpinella alba essentia</i> laudatur in affectibus gravidarum	712	commota ad Hæmorrhagias est prona	14
commendatur in lue Venerea	491	commovetur remediis calidioribus	10
commendatur in molestiis a Mercurio in cura Luis Venereæ subnatis	496	illius evacuatio quomodo promoveatur	11
commendatur in Purpura	330	impedit hæmorrhagias simplices	13
commendatur in Peste	335	exasperat omnia symptomata in Febre tertiana	368
commendatur in Variolis	340	quomodo præservative imminenda in Vertigine	150
laudatur in scabie benigna	453	<i>Pleuritis</i>	294
<i>Pinguedines</i> recentes commendantur pro pterygio emolliendo	129	unde oriatur	297
<i>Pinguedinosæ</i> nocent in Pleuritide & Peripneumonia	300	quomodo differat	294. 295
<i>Pinguis</i> externe applicata in clavo Hysterico nocent	110	unde dijudicanda	296
<i>Piper</i> in Odontalgia commendatur	145	<i>Podagra</i> , quid sit	612. 613
<i>Plantæ</i> , quædam in Phthisi laudentur	172	ejus historia	614. 615. 616
<i>Plethora</i>	7	qui illi obnoxii sint	617
flex	ibid.	quam periodum servet	618
cacochymica	ib.	circumstantiæ illius rariores	619
ad vasa	ib.	junioribus superveniens fenestritatem non promittit	618
ad vires	ib.	an extirpari possit	ibid.
est morborum mater	8	quomodo & quando Hæmorrhoidum fluxus proficius	620
impedit actiones vitales	9	plerumque nephritide calculosa complicatur	620
ejus remedia	ibid.	suppressæ vel retro pulsæ confectaria	618. 619
est omnium adfectuum arthriticorum causa materialis	617	<i>Podagricorum</i> exitus	620
quomodo removenda in arthriticis adfectibus	620	<i>Pollutio nocturna</i>	486
quomodo commoveatur	14	<i>Poterii</i> antihecticum nocet in Hectica	391
commota periculosa est	9	<i>Potio</i> diaphoretica commendantur in Febre	

INDEX.

Febre catarrhali maligna	322	quens & quotidianus nocet	
temperans commendatur in			502
Hæctica	390	lenia commendantur in Grave-	
tonico-nervina commendatur		dine	501
in Hæctica	390	<i>Puerpera</i> , earum affectus	726
<i>Potiones</i> acidulatæ commendantur in		earum dixta	730
febree catarrhali maligna	322	num illis potus denegandus sit	730
<i>Potulenta</i> congrua in febribus com-			730
mendantur	260	instar vulneratarum tractandæ	
<i>Potus</i> qualis in Colica	572		719
calidus laudatur in Soda	589	a somno syncopiticæ arcendæ	
calidi laudantur in Tussi	523	sunt	731
frigidus nocet lactantibus	737	num illis statim post partum	
frigidus in nimio sanguinis flu-		somnia concedendus sit	729
xu puerperis tormina & fla-			730
tus excitat	65	febribus inflammatoriis obno-	
frigidus nocet in Paraphreniti-		xiz sunt	64
de	308	quando lectum & hypocaustum	
frigidus nocet in tussi	523	deferere possint	731
lactantium	737	<i>Pulveres</i> antifebriles commendan-	
spirituosus nocet gravidis	714	tur in Pleuriticæ & Peripneu-	
sufficiens, qualis in febribus ad-		monia	298
hibendus sit	261	nitroso-temperantes commen-	
<i>Precipitantia</i> in Vomitu	548	dantur in Paraphrenitide	308
<i>Preservativa remedia</i> in adfectibus		<i>Pulverulenta</i> , quando noceant in	
arthriticis	623	Angina	159
in Coryza	501	<i>Pulvis</i> absorbens salino-digestivus	
aliqua in peste	358	commendatur in febre lenta	
<i>Priapismus</i> quid	609		383
<i>Principium</i> agens quomodo ad mo-		abstergens, precipitans & diu-	
tus exsuscitetur in Lipothy-		reticus commendatur in He-	
mia & Syncope	676	ctica	390
<i>Pruna</i> Damascena laudantur in		antifebrilis commendatur in fe-	
malo Hypochondriaco-Hy-		bre tertiana continua	399
sterico	194	antiepilepticus in Variolis	338
<i>Pseudoacori</i> radix laudatur in Phre-		sympatheticus laudatur in	
nitide	305	Phthisi	168
<i>Ptarmico-errhina</i> , usus eorum fre-		temperans in calculo	229

INDEX.

<i>Purgantia</i> , quznam & quibus le-	
thargicis adhibenda	670
quznam adhibenda sint in ver-	
mibus enecatis excernendis	560
nocent in affectibus gravida-	
rum	712
nocent in paroxysmo scorbuti	468
nocent in Peste	355
nocent vomitu cruento corre-	
ptis	37
nocent in Tussi sicca	520
acriora admodum raro in febri-	
buss conveniunt	260
blandiora commendantur in	
Nephritide	222
fortiora quid præstent in arthri-	
tidis paroxysmo	624
nocent Hypochondriaco - Hy-	
stERICIS	191
nocent in convulsionibus idio-	
pathicis	649
nocent in Ictero	445
nocent in Quartana	375
<i>Purgationes</i> congruæ quando usur-	
pandæ in alvi obstructione	592
nocent in febre lenta	384
<i>Purgationis formula</i> in angina mu-	
cosa adhibenda	157
in scabie	454
<i>Purpure</i> eruptio quomodo promo-	
venda fit	329
albæ retrocessio sæpius est lethali-	
lis	328

Q.

Quercetani M. P. de Ammoniaco
commendatur in Tussi 517
pulvis Stomachicus laudatur in
ventriculi affectibus 603

R.

Radices Alexipharmaco-diure-
ticæ commendantur in Oede-
mate 409
catarrhales commendantur in
Ictero 443
incidentes commendantur in
Quartana 376
Radix Bryoniæ laudatur in fluore
albo benigno 475
Pimpinellæ albæ commendatur
in Pleuritide & Peripneumo-
nia 300
Rhodia commendatur in Ce-
phalza 115
Rhodia commendatur in Ce-
phalalgia 100
Raucedo 505
unde oriatur ib. 506
apud infantes 741
magis constrictione arteriæ a-
spersæ, quam relaxatione ori-
tur 506
in sexu fœminino contingens in-
terdum oritur ex obstructio-
ne mensium 506
em

INDEX.

<p>ex humoribus acrioribus bilio- fis orta quomodo tractetur 506</p> <p>expofcit remedia lubricantia 506</p> <p>illius exemplum ex menfium fuppreffione 507</p> <p><i>Refrigerantia</i> saturnina in adfecti- bus arthriticis 624</p> <p>nocent in febribus biliofis 280</p> <p>nocent in febre catarrhali beni- gna 314</p> <p>in febre fynocha improprie ad- hibita nocent 270</p> <p>maxime nocent in Paralyfi 665</p> <p><i>Refrigeratio</i> quolibet nocet in Dys- enteria 350</p> <p>corporis in omni febre nocet 260</p> <p>fortis nocet in Inflammationi- bus 248</p> <p><i>Refrigeria</i> externa nocent in febr- ibus biliofis 280</p> <p><i>Regimen</i> diaphoreticum quando noceat in Colica 572</p> <p><i>Remedia</i> externa, quznam com- mendantur in Cephalalgia 100</p> <p>externa in Noctambulatione 698</p> <p>in febribus incrassantia 258</p> <p>secretioni & præparacioni in- servientia in febribus 258</p> <p><i>Repellentia</i> congestionem quznam adhibenda in Apoplexia 655</p>	<p>lenia commendantur in conge- stionibus 92</p> <p>nocent in Hæmorrhoidibus cz- cis 240</p> <p>in Odontalgia 144</p> <p><i>Rerum nox-naturalium</i> usus com- mendatur in congestioni- bus 92</p> <p><i>Resolventes</i> herbæ commendantur in Quartana 376</p> <p><i>Resolventia</i> quznam & quomodo adhibenda in Atrophia 214</p> <p>in febribus 258</p> <p>fortiora in Ictero 446</p> <p>temperata in Ictero ibid.</p> <p>quznam commendantur in Phthifi 117</p> <p>fortiora quznam usurpanda in scirrho lienis 203</p> <p><i>Revellentia</i> commendantur in Hæ- moptysi 30</p> <p>externa commendantur in He- micrania 119</p> <p>affluxum in Odontalgia 144</p> <p>in menfium fuppreffione no- cent 78</p> <p>commendantur in Vomitu cru- ento 36</p> <p><i>Rhabarbarina</i> commendantur in Diabete 540</p> <p><i>Rhabarbarina</i> potiunculæ com- mendantur pro catharfi in affectibus gravidarum 712</p> <p><i>Rhabarbarum</i> laudatur in Diarrhœa 554 com-</p>
---	--

INDEX.

commendatur in Dysenteria	350	<i>Salia absterfiva & digestiva</i>	258
cum foliis Sennæ commendatur		<i>Salia digestiva</i> abftergunt cruditates primarum viarum biliofas	620
in Ictero	443	incidunt materiam mucofam & vifcidam in Vomitu	548
<i>Rheumatifmus</i> quid	89. 613	temperata laudantur in Colica	566 567
differentia ejus ab arthritide	613	media commendantur in flatulentia	598
<i>Roborantia</i> externa in ftillicidio urinæ	538	commendantur in Ictero	443
Köcheln auf der Bruft bey Kindern	741	commendantur in Infarctu Hepatis	106
<i>Ructus</i> fuppreffio nocent	597	commendantur in Quartana	376
		quando exhibenda in Vertigine	150
S,		<i>Salia fixa</i> commendantur in Diarrhœa	554
<i>Sabina</i> commendatur in menfibus revocandis	77	<i>Salia media</i> commendantur in Hæctica	388
<i>Sabulum</i> verum quomodo dijudicandum	224	commendantur in Diarrhœa	554
<i>Saccharata</i> modeste exhibitus in febribus non rejicienda funt	262	commendantur pro digeftione ingrauidis	712
<i>Sacchi</i> carminativi laudantur externe in Colica	566	commendantur in Oedemate	409
<i>Sal Anglicanum</i> commendatur in adfectibus arthriticis	623	<i>Salia volatilia</i> commendantur in Anafarca & Afcite	431
laudatur in Ictero	445	urinofa naribus admovenda commendantur in Apoplexia	654
commendatur in Odontalgia	145	quid præfent in Cephalalgia	104
commendatur in pterygio	129	quando in Hæmorrhagiis periculofa	18
<i>Sal commune</i> commendatur in Angina	158		quo-
<i>Sal digeftivum</i> Sylvii non commendatur in Tertiana	371		
<i>Salia</i> , eorum ufus tam medicus, quam dixericus cautus fit in pectoris affectibus	523		

INDEX.

quomodo in Lochiorum sup- pressionem adhibenda	88	idiopathica appetitus pro- stratione	601
odor illorum in Clavo hysterico caute adhibendus est	110	digestiva cum ipso nitro com- mendantur in fluore albo benigno	475
quando adhibenda in Nephriti- de	222	drastrictera caute adhibenda sunt in Hydrope universali	432
cum alcalibus fixis commen- dantur in Scorbuto	467	<i>Salivatio</i> , ejus usus nullus est in af- fectibus Arthriticis contra- ctis	626
commendantur in vertigine idiopathica	149	mercurialis nocet Hydropticis	434
nocent in adfectibus arthriticis	624	per externa mercurialia præfe- renda est internorum cura	495
nocent in adfectibus soporosis	672	in Lue venerea fit sufficiens	496
urinosa nocent in Coryza acri- ore & tenuiore	502	quomodo in Lue Venerea in- stituenda fit	492
in Epilepsia nocent	649	cura ejus in Lue Venerea expo- scit debitam animi & corpo- ris continentiam	494
in febribus nocent	261	spuriâ in Lue Venerea pericu- losa est	496
nocent in febre lenta	385	<i>Salsa</i> omnia in Phthisi nocent	171
in Febre catarrhali benigna no- cent	316	<i>Sambuci</i> fungus commendatur in Angina mucosa & san- guinea	157
in Febre catarrhali maligna uri- nosa nocent	323	<i>Sanguis</i> Afinitus quid præstet in Mania	694
in febre synocha nocent	271	crasis ejus sulphureo-acris quo- modo fit corrigenda	16
nocent in Hæctica	391	crasis ejus spissior quomodo at- tenuanda	ib.
nocet usus eorum improvidus in mensibus revocandis	76	cristæ galli quid efficiat in den- titione difficili	750
viperarum nocent in peste	356		
nocent in Phrenitide	305		
nocent in Quartana	375		
urinosa nocent in Tertiana	371		
<i>Saliva urinosa</i> quid præstet in An- gina	159		
eorum effectus in congestioni- bus	94		
commendantur in congestio- num declinatione	93		
<i>Saliva</i> digestiva commendantur in			

INDEX.

distributio æqualis quomodo promovenda in clavo hysterico	108	spissitudo ejus quomodo in Malo Hypochondriaco - Hysterico corrigenda & attenuanda	188. 189
quomodo distributio æqualis promovenda in palpitatione cordis	629	spissitudo ejus quomodo corrigenda in palpitatione cordis	629
ejus emissio insufficientis quædam in plethora inferat	10	quomodo præservative immi nuenda in vertigine	150
evacuaciones illius artificiales in plethora non temere prætermittantur	10	stagnans in Tussi, quomodo a pectore discutiendas sit	518
evacuaciones illius neglectæ vel suppressæ plethoram causantur	8	ventilationes ejus quando suscipiendæ in affectibus arthriticis	624
menstrui qualia inquinamenta	58	<i>Sapo</i> purus laudatur in Ictero	446
ejus orgasmus quomodo contemperandus	108. 269. 270	Venetus laudatur a Boyle in Dy suria a Cantharidum usu in ducta	535
ejus orgasmum imminuunt temperantia & nitrosa	10. 16	<i>Saponata</i> mature applicata in Oedemate laudantur	411
ejus orgasmus quomodo in febre ephemera temperandus sit	265	<i>Sardonium</i> risus, quid	609
ejus orgasmus quomodo contemperandus sit in palpitatione cordis	629	<i>Sassafras</i> , essentia istius ligni commendatur in Anasarca & Ascite	430
ejus orgasmus quomodo contemperandus sit in Phrenitide	303	essentia illius laudatur in scabie benigna	453
qualitas ejus spissior, quomodo corrigenda in infarctu lienis	197. 198	ejus decoctum laudatur in coryza	503
quantitas ejus, quomodo immi nuenda sit in infarctu lienis	197	<i>Saturnina</i> quid præstent in inflammationibus	250
spissitudo ejus quomodo corrigatur	100	<i>Scabies</i>	448
		quomodo differat	448
		quomodo dijudicanda sit	448
			449. 450
		in senioribus cautissime tractanda est	457
			fe-

INDEX.

febris quartanæ superveniens fe- licem decursum promittit	376	<i>Scarificationes</i> menſtruz profundæ commendantur præſervati- ve in adfectibus Arthriticis	623
benigna unde oriatur	451. 452	commendantur in affectibus oculorum	130
benigna quomodo dijudicanda	449	adſuetæ commendantur in Ce- phalalgia	104
chronica difficilioris curæ eſt	452	nocent in Hydrope	433
maligna, unde oriatur	452	commendantur præſervative in motibus ſpaſticis	611
maligna quomodo dijudicanda	449	commendantur in Plethora	9
maligna quomodo tractanda	453. 454	ſucculentis adſuetis commen- dantur in ſcabiæ	458
retropulſa, quanta damna pa- riat	452	neglectæ commendantur in Tuſſi	520
retropulſa œdemata parit	407	<i>Scirrhus</i> jam obfirmatus nullam medelam admittit	103
retropulſa quomodo tractanda ſit	455	<i>Scirrhus Hepatis</i>	108
ſimplex quomodo conſtanter tollatur	458	unde oriatur	209
venerea quomodo dijudicanda	450	quomodo cognoscendus	108
venerea quomodo tractanda	454. 456	quomodo diſcutiendus ſit	210
venerea quomodo tollenda	493	<i>Scirrhus Lienis</i>	201
<i>Scarabeorum</i> majalium uſus quan- tus in Hydrophobia	696	unde oriatur	202
<i>Scarificatio</i> in quibus affectibus commendetur	10	quomodo differat	201
quomodo in plethora noceat	10	quomodo dijudicandus	ibid, 202
præſervative in Calculo com- mendatur	231	<i>Scorbutus</i>	459
præſervative commendatur in Hæmorrhoidibus cæcis	240	unde oriatur	463. 464
præſervative commendatur in Purpura	310	quomodo differat	459. 461.
nocet in Oedemate	412	quomodo dijudicandus ſit	961. 462
		inveteratus eſt malum contu- max & diuturnum	464
		illius & Luis Venereæ confuſio quanta damna inferat	468
			<i>Scoræ</i>

distributio æqualis quomodo promovenda in clavo hysterico	108	spissitudo ejus quomodo in Malo Hypochondriaco-Hysterico corrigenda & attenuanda	188. 189
quomodo distributio æqualis promovenda in palpitatione cordis	629	spissitudo ejus quomodo corrigenda in palpitatione cordis	629
ejus emissio insufficiens quædam in plethora inferat	10	quomodo præservative imminuenda in vertigine	150
evacuaciones illius artificiales in plethora non temere præmittantur	10	stagnans in Tussi, quomodo a pectore discutiendas sit	518
evacuaciones illius neglectæ vel suppressæ plethoram causantur	8	ventilationes ejus quando suscipiendæ in affectibus arthriticis	624
menstrui qualia inquinamenta	58	<i>Sapo</i> purus laudatur in Ictero	446
ejus orgasmus quomodo con-temperandus	108. 269. 270	Venetus laudatur a Boyle in Dysuria a Cantharidum usu ducta	535
ejus orgasmum imminuunt temperantia & nitrosa	10. 16	<i>Saponata</i> mature applicata in Oedemate laudantur	411
ejus orgasmus quomodo in febre ephemera temperandus sit	265	<i>Sardonius</i> risus, quid	609
ejus orgasmus quomodo con-temperandus sit in palpitatione cordis	629	<i>Sassafras</i> , essentia istius ligni commendatur in Anasarca & Ascite	410
ejus orgasmus quomodo con-temperandus sit in Phrenitide	303	essentia illius laudatur in scabie benigna	453
qualitas ejus spissior, quomodo corrigenda in infarctu lienis	197. 198	ejus decoctum laudatur in Coryza	503
quantitas ejus, quomodo imminuenda sit in infarctu lienis	197	<i>Saturnina</i> quid præsent in inflammationibus	250
spissitudo ejus quomodo corrigatur	100	<i>Scabies</i>	448
		quomodo differat	448
		quomodo dijudicanda sit	448
			449. 450
		in senioribus cautissime tractanda est	457
			fe-

INDEX.

<p>febris quartana superveniens felicem decursum promittit 376</p> <p>benigna unde oriatur 451. 452</p> <p>benigna quomodo dijudicanda 449</p> <p>chronica difficilioris curae est 452</p> <p>maligna, unde oriatur 452</p> <p>maligna quomodo dijudicanda 449</p> <p>maligna quomodo tractanda 453. 454</p> <p>retropulsa, quanta damna pariat 452</p> <p>retropulsa oedemata parit 407</p> <p>retropulsa quomodo tractanda sit 455</p> <p>simplex quomodo constanter tollatur 458</p> <p>venerea quomodo dijudicanda 450</p> <p>venerea quomodo tractanda 454. 456</p> <p>venerea quomodo tollenda 493</p> <p><i>Scarabeorum</i> majalium usus quantus in Hydrophobia 696</p> <p><i>Scarificatio</i> in quibus affectibus commendetur 10</p> <p>quomodo in plethora noceat 10</p> <p>præservative in Calculo commendatur 231</p> <p>præservative commendatur in Hæmorrhoidibus cæcis 240</p> <p>præservative commendatur in Purpura 310</p> <p>nocet in Oedemate 412</p>	<p><i>Scarificationes</i> menstruæ profundæ commendantur præservative in affectibus Arthriticis 613</p> <p>commendantur in affectibus oculorum 130</p> <p>adsuetæ commendantur in Cephalalgia 104</p> <p>nocent in Hydrope 433</p> <p>commendantur præservative in motibus spasticis 611</p> <p>commendantur in Plethora 9</p> <p>succulentis adsuetis commendantur in scabie 458</p> <p>neglectæ commendantur in Tussi 520</p> <p><i>Scirrhus</i> jam obfirmatus nullam medelam admittit 103</p> <p><i>Scirrhus Hepatis</i> 108</p> <p>unde oriatur 209</p> <p>quomodo cognoscendus 108</p> <p>quomodo discutiendus sit 210</p> <p><i>Scirrhus Lienis</i> 201</p> <p>unde oriatur 202</p> <p>quomodo differat 201</p> <p>quomodo dijudicandus ibid. 202</p> <p><i>Scorbutus</i> 459</p> <p>unde oriatur 463. 464</p> <p>quomodo differat 459. 461.</p> <p>quomodo dijudicandus sit 961. 462</p> <p>inveteratus est malum contumax & diuturnum 464</p> <p>illius & Luis Venereæ confusio quanta damna inferat 468</p> <p style="text-align: right;"><i>Scor.</i></p>
--	--

INDEX.

- Scorbutica* maculæ quomodo tractandæ 466. 467
- Scorbutici* Hæmorrhagiarum obnoxii sunt 22
- Scybala* indurata quid præsentent in obstructione alvi 591
eorum induratio quomodo tractanda sit in passione Iliaca 576
- Secundinarum* concretio certa signa non habet 709
concretio unde oriatur ib.
concretio suspecta quomodo tractanda ibid.
membranz quando & quomodo ab obstetrice rumpendæ sint 719. 720
retentio 722
quomodo promoveatur ib.
- Sedum* vermiculare specificum emeticum laudatur in Scorbutica paralyfi 469
- Segmenta* pinea laudantur in Asthmate 519
- Semen* cardui Mariæ quid præstet in Pleuriticæ & Peripneumonia 299
- Semina* frigida exulent in emulsionibus contra Phthisin 171
- Senne* foliorum usus fit moderatus in Malo Hypochondriaco-Hysterico 193
- Sennate* possunt commendantur pro catharsi in affectibus gravidarum 712
commendantur in Diabete 549
- Sensatio* quomodo in paralyfi & Hemiplexia revocanda sit 661
662
- Sensibilitas* morbos sæpe producit 3
- Septica* commendantur pro pterygio tollendo 129
metallica chirurgorum nocent in lue venerea 497
- Serpilli* spiritus abstractus externe commendatur in tremore artuum 681
- Sevum* Hircinum externe laudatur in Stranguria & Dysuria 523
- Siccantia* nocent in inflammationibus 249
- Sinapi* & Coriandri semen commendantur in vertiginis symptomata 150
- Sinapismi* commendantur in Paraphrenitide 308
commendantur in catarrho suffocativo 511
- Singultus* 638
unde oriatur 639
quomodo differat 638
quibus fit familiaris 638
chronico vexati quomodo se gerant 641
communis vel vulgaris non est periculosus 639
communis non eget medicatione 639
colicæ accedens periculosus 639
- diu durans, quomodo tractandus 639. 640
morbus acutus superveniens, est periculosus 639

UMF



